Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
9 H
40



R. P. FRANCISCI COSTERI E SOCIETATE IESV PRESBYTERI, THEOLOGI DOCTISSIMI,

CONCIONES

IN EVANGELIA A DOMINICA Prima Aduentus vsque ad Quadragesimam.

PARS II.

Nunc iterum ex Belgico, melius quàm anteà in Latinum sermonem translatæ, & denuò in lucem editæ.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.
ANNO M. DC. XIII.
Superiorum permissu, & cum grat. & Priuil. S. Cæs. Maiest.

R. P. FRANCISCI

COSTERI

E SOCIETATE IESV
PRESBYTERI, THEOLOGI
DOCTISSIMI,

CONCIONES

IN EVANGELIA A DOMINICA
Prima Aduentus vsque ad Quadragesimam.

PARS II.

Nunc iterum ex Belgico, melius quàm anteà in Latinum sermonem translatæ, & denuò in lucem editæ.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Antonij Hierati, sub signo Gryphi.
ANNO M. D.C. XIII.
Superiorum permissu, & cum grat. & Priuil. S. Cæs. Maiest.

INDEX MATERIARVM, QVÆ IN HAC CATHOLICARVM CONCIONVM PARTE ADVENTVALI CONTI-nentur, nempe à Dominica prima Aduentus vsque ad initium Quadragesimæ, non quidem ordine alphabetico, sed methodo Theologica procedens: in qua.

Num. 1. designat *Primam Dominic. Aduentus.*
2. *Dominicam Secundam.*
3. *Dominicam Tertiam.*
4. *Dominicam Quartam.*
5. *Domin. post* Natiuit. Christi.
6. *Domin. 1. post Epiphan.*
7. *Domin. 2. post Epiphan.*
8. *Domin. 3. post Epiphan.*
9. *Domin. 4. post Epiphan.*
10. *Domin. 5. post Epiphan.*
11. *Domin. 6. post Epiphan.*
12. *Domin. in Septuagesima.*
13. *Domin. in Sexagesima.*
14. *Domin. in Quinquagesima.*

Prior numerus Concionem, posterior paragraphum designat.

DEVS.

† a In

Nemi-

CHRISTVS IESVS.

Chri-

ANGELI ET SANCTI.

SANCTA

SANCTA ECCLESIA.

PAPA ET CONCILIA.

ECCLESIASTICI.

Potissi-

RELIGIOSI.

MAGISTRATVS ET SVBDITI.

Magi-

VERBVM DEI ET DOCTRINA Christiana.

Hære-

Ad

Ad percipiendum Dei verbum 5. requisita. 13.16
Lazarus, Martha, & Magdalena triplex terræ genus significant. 13.6
Cur subinde Deus verbum suum subtrahat. 13.8
Quidam aures non habent, alij habent quidem, non tamen vt audiant. 13.8
Quibus aures audiendi. 13.8
Apostolis eorumq; successoribus explicandæ scripturæ collata potestas. 13.10
Sacerdotes & Diaconi authoritate Episcopi concionari possunt. ibid.
Ea doctrina perfectior, quæ in corde Ecclesiæ residet. ibid.
Nolebat Christus à populo percipi verba sua. 4. de caussis. 13.11
Similitudinibus vsus Christus propter rationes. 4.13.12
Verbum diuinum tritico simile in 12. 13.13
Concionatori imitandus qui seminat in quinque. ibi.
Auditoribus verbi Dei 5. exequenda. ibid.
De verbo Dei indormientibus. 13.14
De sponte sub concione euagantibus. ibid.
De vicem aliorum subeuntibus in audienda concione. ibid.
Septuplex Auditorum genus, vijs non dissimile. ibid.
Biblijs non comprehensa omnia credenda. 13.10
Cur vni eidemq; agro diuersum frumenti genus non mandandum. 13.16
Duo ad terram bonam requisita. 13.17
Auditoribus quid faciendum. 13.17
Verbum diuinum audire ne prætermittas, etiam obstinatus. 13.16
Triplices Auditores, Mancipia, Mercenarij & Filij. 14.1
Quædam Explicationes seu Considerationes dictionis, Ecce. 14.2
Ex præteritis verbo diuino factis, de futuris prædictis certos nos esse decet. 14.3
Liber Ecclesiastes quid contineat. 3.6

FIDES SPES ET MIRACVLA.

Illuminat internos intellectus oculos Christus. 2.6
Quinq; diuersæ de Fide conditiones. 9.5
Non satis est credere Christum aliquem esse, sed & Iesum illum

CHARITAS ET DEI PRAECEPTA.

SACRAMENTA.

BAPTISMVS.

DE SS. EVCHARISTIAE SACRAMENTO.

MISSA.

COMMVNIO.

In

DE CONFESSIONE.

DE MATRIMONIO.

Aetas

BENEDICTIONES.

DE HOMINIBVS.

DIVITES ET PAVPERES.

HOMINES CHRISTIANI.

Quod

IVSTI ET SANCTI.

MVNDVS ET PECCATORES.

Peri-

HAERETICI ET GENTILES.

Omnes

DIABOLVS ET TENTATIONES.

CREATVRAE.

DE TEMPORE.

Quare

LOCA SACRA.

VETVS TESTAMENTVM, EIVSQVE *figura.*

PASSIO CHRISTI, EIVSDEM CRVX, *gratia & vocatio.*

TRIBVLATIO.

Secundum

COGNITIO ET ADMIRATIO.

TIMOR DEI.

Timen-

ORATIO ET MEDITATIO.

Veſperi

VIRTVS ET VIRTVTIS OPERA.

Merces

MISERICORDIA, EIVSQVE OPERA.

DE ALIIS VIRTVTIBVS, EARVMQVE Operibus.

PECCATA IN COMMVNI.

Vtiles

IGNORANTIA ET CAECITAS.

COGITATIONES.

VERBA EORVMQVE PECCATA.

PECCATA ALIA.

MORS.

Tenta-

IVDICIVM DEI.

DE PVRGATORIO.

INFERNVS.

Dam-

BEATITVDO ET VITA AETERNA.

INDEX SECVNDVS
PRÆCIPVORVM EXEMPLORVM QVÆ IN HOC LIBRO continentur.

1. DEVM, EIVSQVE CVLTVM ET SAcramenta concernentia.

2. DE SANCTIS.

Iulianus

3. DE POENITENTIA ET CONuersione.

4. DE MISERICORDIBVS ET OPERIBUS misericordiæ.

5. DE ALIIS VIRTVTIBVS, ET operibus iustis.

6. DE TENTATIONE, ET FRAVdibus diaboli.

Item

7. DE HÆRETICIS, ET PERSECVtoribus S. Ecclesiæ.

Diocle-

DE RELIQVIS PECCATIS ET EOrum vindicta.

DE NOVISSIMIS.

Cum

FINIS.



APPROBATIO CENSORIS.

HAs Catholicas Conciones à Dominica prima Aduentus vſque ad Quadrageſimam à Reuerendo, & eximio S. Theolog. Doctore, P. Franciſco Coſtero, Societatis IESV Presbytero elaboratas, omni doctrinæ genere refertas eſſe, atteſtor; vtileſque, tum ad Catholicorum omnium confirmationem, tum ad illorum, qui ab orthodoxa defecerunt Eccleſia, reductionem. Ideoque dignas eas cenſeo, quæ publico in lucem prolatæ bono, omnium terantur manibus. Datum Antvverpiæ 15. Ianuarij. 1601.

Siluester Pardo SS. Theologiæ Licent. Cathedralis Eccleſiæ Antvverpien. Canonicus & librorum Cenſor:

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Euangelium Luc. 21.

N illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Erunt signa in Sole & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum: arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cælorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas, ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælum & terra transibunt verba autem mea non transibunt.

Compendiosa Euangelij explicatio



Vangelij huius verba non multo ante sanctissimam passionem suam locutus est Christus; cum sedens Oliueti monte, discipulos suos de excidio Hierosolymitano, typo nimirum eius quam hic prædicit consummationis seculi, admonuisset, vt enim multa destructionis Ierosolymitanæ fuere præludia, bella plurima, factiones, hæreses, ac pressuræ maximæ, & quemadmodum ea huius fuit destructionis enormitas, vt nec lapis super lapidem, nec incolarũ vlli aut mortis, aut captiuitatis manserit effugium: ita totum orbem magna inuadet bellorum, hæresum, caritatis annonæ, mortalitatis, ac omnis generis ærumnarum seges. Nam, vt S. ait Gregorius, *multa debent mala præcedere, vt malum valeant sine fine nunciare.* Quod vtique malum ita totum affliget mundum, vt nihil penitus in orbe terrarum relinquat integrum; non domum, non fundum, non aurum, non argentum, nec metalla vlla, nec ligna, nec lapides; pisces, aues, homines, bestias, & minima quæque atteret. Peribunt omnia & vniuersali incendio conflagrabunt. Sed generalem hanc vastationem proxime in cœlo & terra signa præcurrent admodum insolentia: vt terreantur terreni, ac improbi, qui rebus temporalibus adiecerunt animum: vt recreentur pij, quibus in terra extra Deum non est solatium, quem non secus, ac ex ærumnoso carcere libertatem suam captiui, suspirant. Signa in cœlo erunt Solis, Lunæ, ac Stellarum obtenebratio: non

Hom. 35. in Euang.

non nube, vt modo, interposita; nec timoris causatâ magnitudinę, quo pacto Prophetæ comminari solent populo, atque ingruentes ita graphicè depingere calamitates, vt prę angustia Solem, Lunam, Stellas, viderentur eripere; nec gloriosi corporis Christi claritate, quod orbem irradiabit, ac reliqua offuscabit lumina, vt Solis splendor astra lunamq; obscurat: sed reuera externum suum lumen negabũt. Vt enim magno terrore correpti hominis sanguis, ab alijs membris ad cor se recipit, adeo vt exterius pallens & exanguis appareat: ita radios retrahent corpora cœlestia, nec splendorem dabunt, formidantia quasi aduenienis iudicium, & vt nos timeamus admonentia. Ita in Christi passione tribus horis Sol obscuratus est, velut trepidatione ac horrore tanti mali. Virtutes cœlorũ.i. Angeli, quos Scriptura virtutes, aut exercitum Domini appellat, mouebuntur. Etsi enim timore affici nequeant: timorē tamen præferēt seueræ iustitiæ, & executionis, horrendi, quod improbos inuoluet, iudicij. Non incōmode etiam per cœlorum virtutes cœli polos atq; axes, quibus circumrotantur, intelligas. Atq; tum significatur istic, cœlos cursum mutaturos, & timentium instar versuros flexũ. Ad hęc mare, & flumina, strepitus ac boatus ingētes, ac magnũ dabunt terrorē peccatoribus: adeo vt arescere eos credas. Facile enim aduertēt, omnia hęc portēta, mundi excidio, aut excellenti aliquo malo terminād̄a. Tum Christum Dei filium videbit omnis caro, sicut suscipiēte nube ascēderat, de cœlo in nube descendentē, Angelis, Sanctisq; stipatũ, cũ summo gloriosi corporis sui fulgore. Et quamuis diuinā eius essentiā neutiquā, gloriā tamē corporis ei⁹ peccatores adspectabũt, ad

Isa. 13. & seq. Ierem. 15. per totum. Ezech. 32. 8. Ioel. 2. 2. Amos 8. 9.

Simile.

 maiorem

Compendiosa Euangelij explicatio



Vangelij huius verba non multo ante sanctissimam passionem suam locutus est Christus; cum sedens Oliueti monte, discipulos suos de excidio Hierosolymitano, typo nimirum eius quam hic prædicit consummationis seculi, admonuisset, vt enim multa destructionis Ierosolymitanæ fuere præludia, bella plurima, factiones, hæreses, ac pressuræ maximæ, & quemadmodum ea huius fuit destructionis enormitas, vt nec lapis super lapidem, nec incolarũ vlli aut mortis, aut captiuitatis manserit effugium: ita totum orbem magna inuadet bellorum, hæresum, caritatis annonæ, mortalitatis, ac omnis generis ærumnarum seges. Nam, vt S. ait Gregorius, *multa debent mala præcedere, vt malum valeant sine fine nunciare.* Quod vtique malum ita totum affliget mundum, vt nihil penitus in orbe terrarum relinquat integrum; non domum, non fundum, non aurum, non argentum, nec metalla vlla, nec ligna, nec lapides; pisces, aues, homines, bestias, & minima quæque atteret. Peribunt omnia & vniuersali incendio conflagrabunt. Sed generalem hanc vastationem proxime in cœlo & terra signa præcurrent admodum insolentia: vt terreantur terreni, ac improbi, qui rebus temporalibus adiecerunt animum: vt recreentur pij, quibus in terra extra Deum non est solatium, quem non secus, ac ex ærumnoso carcere libertatem suam captiui, suspirant. Signa in cœlo erunt Solis, Lunæ, ac Stellarum obtenebratio: non

Hom. 35. in Euang.

non nube, vt modo, interposita; nec timoris causatâ
magnitudine, quo pacto Prophetæ comminari so-
lent populo, atque ingruentes ita graphicè depin- *Isa. 13. & seq.*
gere calamitates, vt præ angustia Solem, Lunam, *Ierem. 25. per totum.*
Stellas, viderentur eripere; nec gloriosi corporis *Ezech. 32. 8.*
Christi claritate, quod orbem irradiabit, ac reliqua *Ioel. 2. 2.*
offuscabit lumina, vt Solis splendor astra lunamq; *Amos 8. 9.*
obscurat: sed reuera externum suum lumen nega-
būt. Vt enim magno terrore correpti hominis san- *Simile.*
guis, ab alijs membris ad cor se recipit, adeo vt exte-
rius pallens & exanguis appareat: ita radios retra-
hent corpora cœlestia, nec splendorem dabunt, for-
midantia quasi aduenienes iudicium, & vt nos time-
amus admonentia. Ita in Christi passione tribus ho-
ris Sol obscuratus est, velut trepidatione ac horro-
re tanti mali. Virtutes cœlorū. i. Angeli, quos Scri-
ptura virtutes, aut exercitum Domini appellat, mo-
uebuntur. Etsi enim timore affici nequeant: timorē
tamen præferēt seueræ iustitiæ, & executionis, hor-
rendi, quod improbos inuoluet, iudicij. Non incō-
mode etiam per cœlorum virtutes cœli polos atq;
axes, quibus circumrotantur, intelligas. Atq; tum si-
gnificatur istic, cœlos cursum mutaturos, & timen-
tium instar versuros flexū. Ad hæc mare, & flumina,
strepitus ac boatus ingētes, ac magnū dabunt terro-
rē peccatoribus: adeo vt arescere eos credas. Facile
enim aduertēt, omnia hæc portēta, mundi excidio,
aut excellenti aliquo malo terminãda. Tum Chri-
stum Dei filium videbit omnis caro, sicut suscipiēte
nube ascēderat, de cœlo in nube descendentē, Ange-
lis, Sanctisq; stipatū, cū summo gloriosi corporis sui
fulgore. Et quamuis diuinā eius essentiā neutiquā,
gloriā tamē corporis ei⁹ peccatores adspectabūt, ad

 maiorem

maiorem sui confusionem, ac formidinem; qui veriti non sint tantum aspernere atq; exasperare Dominum. Prædicta hæc signa percellēt malos: iustos autem, vt exultent cum hęc persentiscunt, hortatur Christus. certum enim erunt appropinquantis redemptionis indicium. ita modo ab improbis iacet suppressa pietas, vt nec erigere verticē, nec mūdum libere adspectare audeat, peccatis ac malitia in oculos vndiq; incurrentibus. At cum hæc affulgere cœperint portenta, præstolantes omnis peccati ac malitiæ finem, subleuabuntur atq; euehentur. sicuti gemmantibus ac frondescentibus vere arboribus, ac grossos proferente ficu, certam nobis pollicemur adesse ęstatem. Ac quemadmodum nos tū post hyberna frigora, de æstate certi, exultamus: ita & iusti, post mundi seruitutem expectantes regnū Dei, gaudebunt. Et ne verba hæc comminatoria, ac vana opinemur, subiungit Christus. Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Firmat quasi iuramento ac si diceret: Reuera fient, & generatio hæc. i. Iudæorum gens, aut (Chrysostomo interprete) Ecclesia sancta, non præteribit donec omnia fiant. Ista enim vsq; ad mundi finem stabit. & horum tam indubitata est veritas, vt cœlum & terra transitura sint citius, quam in verbis meis vlla falsitas deprehendatur.

Simile.

Documenta primæ Concionis.

I. *Simile.* *Diuisio anni Ecclesiastici.*

IN *illo tempore.* sicut bipartitum Deus fecit annum, in hyemē illum diuidens, atq; æstatem partes potiores: quarū hyems frigida est ac ingrata sensibus; terrestrib. tamē vtilissima creaturis, quæ tum, fructibus æstate germinandis, ex terra succum trahunt. ita & Ecclesia, ex Apostolorum traditione, ac diuina pro-

a prouidentia, in partes easdem, eiusdem anni diuina offi-
a ac cæremonias distinxit. A prima enim Dominica Aduē-
s, quæ semper aut subsequendo aut præcedendo S. Andreę
post. festo & proxima, vsq; ad Dominicam primā post Pen-
cost. mysteriorum quatuor, Christi personam tangentium,
diuinis officijs memoriam agit. *Primo*, In Aduentu de ijs q̄
atiuitatem Christi præcesserunt, qualia sunt Prophetiæ ve-
res, ardentissima Patrum veteris Testam. desideria, Christi
vtero B. Virginis conceptio, ac nouem mensium, quibus
m gestauit, decursus. *Secundo*, à Natiuitate ad Purificatio-
m vsq; de Christi natiuitate atq; infantia. *Tertio*, inde vsq;
Pascha, de vitæ ipsius austeritate; quæ, vt quadragesima
ostra etiam innuit, continua quædam erat pœnitentia: &
acta atq; amarissima ipsius passione, cuius duab. postremis
adragesimæ hebdomadibus memoria est. *Quarto*, de Tem-
re Resurrectionis, Ascensionis, ac missionis Spiritus S. Pri-
a tria in hyemem, quartum in ver, aut æstatis initia incidit
ysterium. Vt doceamur Christum, in vita sua, tempora ca-
isse laboriosissima, sarcinam tulisse grauissimam, ac sum-
a dierum pōdera: vt nobis viam redderet facilem, ac labo-
us, & passione sua, omnem nobis gratiam atq; opem me-
etur. Post mortē eius atq; resurrectionem, merita hęc mū-
s cum quodam adhuc formidinis frigore sentire cępit, do-
c Spiritus S. æstate corda inflammaret.

Altera anni Ecclesiastici pars inter Pentecost. atq; Aduen-
n intermedia gestorum omniū ab Ascensione, ac Spiritus
descensu, vsq; ad iudicium extremum, memoriam cōtinet.
timum enim, q̄ Aduentum præcedit Dominicæ Euange-
m, semper de consummatione agit seculi. Tēpore isto Eu-
gelijs, ac Epistolis Dominicalibus instruuntur Christiani,
risti doctrinam, ac vitam quō imitari oporteat. Vt enim in
teri Test. lex Moysis in Synagogis, à filijs Israel, per omne
ebatur Sabbathum, vt antiquæ legis cognitione ad Chri-
duentum præpararentur: ita Sabbathum in Dominicum
m sancta commutauit Ecclesia, qui & Christi Natiuita-
, & Resurrectione, & Sancti Spiritus missione insi-
s est: vt & nos præcepta Christi audientes; ijs vitam
confor-

A 1. Dominica Aduētus vsq; ad Pentecostē quid Ecclesia proponat.

Quid in Aduentu?

Quid post Natiuitatē? Quid post Purificationem?

A Paschate quid?

Altera anni pars quid contineat.

Dominicus dies cur Sabbatho suffectus sit Iudæorum? *Vid. 6. Synod Constant. c. 8.*

conformemus, atque ita Christianam perfectionem attingamus.

II. *Dixit Iesus discipulis suis.* Euangelia, quod annum incipit, & quod claudit, cum horrore multo, districtum iudiciũ Christi nobis ob oculos ponunt. Cur autem postremum? Ratio est: quia diuinum iudicium, vt vltimum quoddam ferculum æternas, quo ablegabimur mansiones, præcedet. Cur vero primum eius rei faciat mentionem, Causa est, *Prima*, vt ad festum venturum nos disponentes, puerulum nasciturum expendamus bene, vt nihil in eo suspicemur vulgare, intellectu, scientia, viribus destitutum: sed eundem illum esse Dominum, qui cœlum & terrã non tantum creauit, sed qui & te, & omnes, ęternis, secundum merita, adiudicabit habitaculis, qui tantum valeat scientia, vt ne minimæ quidẽ ab ea abscõdantur cogitationes: tantum potentia, vt quæcunq; promisit potens sit & facere; æternã incredibilemq; iustis gloriã, supplicia autẽ reprobis retribuere æterna, atq; ineffabilia. *Secunda*, vt causam consideremus, cur in mundum hunc propter nos aduenerit, & natus sit infantulus, vt nimirum in die iudicij, incarnatione sua nos faceret securos. Vt .n. finis in intentione primus, in executione postremus est. i. quemadmodum is qui de domo cogitat struenda, primum de loco deliberat ædificij, vt cõmode nimirum habitet; quã tamen cõmodam habitationẽ postremo acquirit, domo tota cõstituta penitus: ita prima filij Dei intentio, cum carnem vellet suscipere, fuit hæc, vt iudicẽ eum experiremur clementẽ; quę tamen reapse nõ implebitur, nisi in mundi nouissimo, cum peracta vita & natiuitatis, ac passionis Christi merita, fide ac bonis operibus participauerimus. atq; ideo iudicii diuini memoria anni frõtem & calcem tenet. *Tertia*, vt ad vitę emendationem acutioribus premamur calcaribus, quo timore sæpius quam amore impellimur: sicut fortius multo clauus pãgitur graui malleo, quam funiculi tractu, Atq; ideo à minis Prædicationis suæ S. Ioannes Baptista sumsit exordium, dicens: *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? pœnitentiam agite: iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Eodem etiam Christus

[Margin notes: Cur primũ & vltimum anni Euangeliũ agat de iudicio? 1. Ratio cur primum. — Secunda. — Simile. — Tertia. — Simile. Luc. 3. 7. Matth. 3. 7.]

Christus concionari cœpit modo. *Appropinquauit regnum Dei, pœnitemini, & credite Euangelio.* Ita prima sua concione S. Petrus populum terruit, vt ad ipsum, cæterosq; Apostolos, tria concurrerent hominū millia, dicentiū *Quid faciemus viri fratres, vt salui fiamus?* hic timere admodū salutare est, timor, n. amorē, vt acus filum, trahit. & quemadmodū nec filo sine acu, nec acu sine filo pannum penetramus; ita à peccatis vt plurimū sine timore homo nō conuertitur (inquit Aug.) & vt ad charitatem veniat, timore à Deo mouetur. In futuro seculo, & inferni pœnis, rei multo timebunt grauius; at metus ille nec meliores illos reddet, nec tormenta minuet. *Quarta*, vt nobis summi iudicis cōditiones insinuet; quē hic ꝓ puero habem⁹, & in extremo iudicio experiemur puerū, At diuersimode. Dū viuimus admodū placabilis est super malitia, imo leuiori negotio quam puellus, qui pomo componitur, flectitur ad veniam. Quantacunq; flagitia admiseris, si cum vera ad Christū contritione redis, liberalissime dimittet vniuersa, & potum aquæ vita remunerabit æterna. Sed si in peccato moriaris, alia ratione puerum se tibi exhibet Christus: quippe tanquam puer te iudicans, non puerili ignorantia, aut leuitate, sed animo à passione ac malo affectu libero, quemadmodum non vitiosis motibus rapiuntur pueri, sed innocentia. Timebat S. Propheta Ieremias iram & gladium columbæ; & S. Ioannes, audiens vicisse leonem, agnum conspexit. innuentes sine affectu iræ, præcipitantiæ, odii, inuidiæ, æquam & simplicem à Christo sententiam, executionem vero tanquam à generoso & inuicto leone profecturam. Quæ vtique sententia tanto formidabilior, quia iustitiam integritatemque eius innocens infantulus possit aduertere. Ex prædictis colligere est, cur Aduentum, Dominicæ Natiuitati, Ecclesia antiquo præmiserit instituto: ne videlicet Christiani ruditer, temere, atque illotis in tantum festum inuolemus manibus; sed debito ad id præparemur modo. Piis meditationibus expendentes *imprimis*, Quis ille sit in lucem editus, cuius cum tota Ecclesia sancta recolemus natiuitatem. Idem ille est quem sub mundi initia promisit DEVS, maledicens serpenti, [a] semen mulieris conteret caput tuum, [b] Abrahæ

Marc. 1.15.
Act. 2.37.
Simile.
Tract. 9. in epist. Ioan. & lib. de catechisand. rudib. cap. 5.
Quarta.
Matt. 10.42.
Hier. 25. 46. & 50.
Apo 5. 5. & 6.
Cur Aduentus Natiuitatem præcedat?
Septem in Aduentu cogitanda.
Primum. Quis nascatur?
a *Gen. 3.15.*
b *Gen. 22.18.*

a Deut. 18. 15 b Apoc. 5. 5. semen est, in quo benedicētur omnes gentes.[a]Propheta magn⁹ est Moysi promissus:[b] Leo est de tribu Iuda, filius Dauid. lumē est, & expectatio gentium, verus est tot sponsionib. addictus, tot votis exoptatus Messias, Dominus Dominorum, Rex Regū, Sanctus Sanctorū, Verbum, Sapientia, splendor Dei, ac vnicus eius filius, ęternus, omnipotens, Patri consubstantialis, qui Deus manens immutatus, naturā humanā personæ suæ, verus Deus, verus homo, vniuit, se vt summus Pōtifex offerens, & nūc super omnia in perpetuū regnans, qui

2. vnde aduenerit? tandē veniet reddere vnicuiq; iuxta opera sua. *Secundo*: Vnde aduenerit.[c] E summo cœlo (inquit Scriptura) [d] ex diebus æ-

c Psal. 18. 7. d Mich. 5. 2. e Ioan. 1. 18. ternitatis, [e]ex sinu patris. *Tertio*, quo venerit, in hunc. s. mundum, vbi regnum & plenā dominationē vsurpabat diabolus

3 Quo venerit? in atriū quod fortis armat⁹ inuaserat, ac possidebat, in regionem dæmonibus fartā, in biuium vbi asinus stabat alligatus.

Luc. 11. 21. Ephes. 6. Marci 11. *Quarto*, Quare? Vt ouem quæreret perditam, vt pretioso san-

4. Quare? guine inimicos æternæ damnationis vinculis erueret, vt de maledicto crucis, sanguinis sui funiculis, ad se nos traheret,

5. Qui nos? vt à nobis amari vt omnia nobis bona largiri posset. *Quinto*, qui nos? Corpore quidem qualibet bestia maculatiores, obsita vero peccatis anima, nihilo malignis amabiliores spiritib. Peccatum enim, ꝙ diabolum deturpat, in multis hominibus magis abundat, eo solum discrimine ꝙ nostra tolli possit im-

6. Quando? munditia, obstinata diabolorum non possit. *Sexto*, quādo ad nos venerit? Non in mundi flore, sed senectute; cum lex & naturalis & Mosaica, inopes ac inutiles deprehensę essent, cū iam increbuissent mala super terram, cum idolorum cultor Imperator Augustus, atq; per ipsum Princeps tenebrarū orbem regeret in pace constitutum, cum subtus pleniluniū collustraret terram, superius autem Lunæ hæmisphærium, quod cœli summa respicit, pœnitus esset sine lumine obscurum. i. cum mundus humano die, honoribus, diuitijs, prudentia, eloquentia, atq; externo decore suum impleslet orbē; anima vero peccati tenebris cooperta, & vera Dei scientia squaleret

7. Quomodo venerit? destituta. *Septimo*, qūo venerit? Misit Deus angelū suum Gabrielem ad virginē castā, intemeratā, ætate tenellā, annorum quindecim, cum inter ardentissimas preces, hunc filij Dei aduen-

duentũ cum magno animi desiderio ac submissione medi-
tetur. Magnus ille Angelus nouũ hoc ipsi Euãgelizabat, ac
sius postulabat consensum, quẽ vbi summa cũ humilitate
edit, confestim in purissimo eius vtero, Dei Patris virtute, ac
piritus S. charitate, Deus filius carnem suscepit. Septem hic,
ptẽ hebdomadæ diebus habes meditationis materias. *Se-
cundo*, præparãdi sumus iã magis quã alias, orationib. & quo-
diano verbo Dei, si annuncietur, auditu: cõscientiæ nostræ
mundandæ sæpius, peccatorũ confessione eleemosynis ac ie-
iunijs redimendæ iniquitates. Aduentus enim, non quidem
rȩcepti, sed pietatis libera quędam est quadragesima: vt per
pœnitẽtiȩ opera, gratiæ diuinæ fiamus aptiores, ac per opera
misericordiæ, Dei misericordiam de cœlo in nos contraha-
mus. Ornandum etiam nobis est cordis nostri conclaue, o-
mni virtutum genere; sæpe sanctissima adeunda synaxis, vt
in nobis Deus ipse sibi commodum exstruat habitaculum: i-
se enim optime quæ sibi placita sint nouit.

Aduentus est pia quędam quadragesima.

Erunt signa in Sole & Luna & Stellis. Tãta Dei est misericor-
dia, vt ante vltionẽ præmonere soleat peccatores. multis ex
modis admonet. *Primo*, mouens eorũ cõscientias, vt fieri gẽ-
tibus S. Paulus scribit. *Secundo*, increpatione concionatorũ,
piorum hominũ, quo pacto Sodomitas dehortabat Loth;
S. Prophetæ Ieremias, Isaias, &c. Filios Israel. *Tertio*, mira-
bilibus sanctorũ exemplis, sicut durã tolerabat S. Ioann. Ba-
ptista vitã, ac Vet. Test. Prophetæ circuibant in cilicio, sacco,
melotis, pellibus caprinis, magnam agentes pœnitentiam, vt
rigorem diuini iudicij quẽ effugerȩ quærebãt, hominũ men-
tibus inculcarent, ac simul possibilem esse peccatorum pœ-
nitentiam. Cũ hæc nihil proficiunt media, alia nonnunquã
admouet; vt vindictam peccantium, quo modo Dathan &
Abiron, toto inspectante populo, terræ hiatu absorpsit. Cir-
ca diem nouissimũ cũ fides vix inuenietur in terris (vt inquit
Christus) ac charitas, vt multis iam videmus in locis, refriges-
cit signa dabit de cœlo Dominus, vt ad saniorem vitã exci-
tet homines; quæ tamẽ omnia plurimis erũt neglectui. vt.n.
in diebus Noe lusum reputabant Noeti cõmonitiones, quin
edebant, bibebant, conuiuebant, donec omnes irrumpente

III.
Varie Deus præmonet.
Primo. *Rom.2.*
Secundo.
Gen.19.14.
Tertio.
Quarto.
Num.16.31.
Luc.18.

præfocarentur diluuio:habitatores item Sodomæ, quos cælicus ignis terrę mersit voragine,non posuerunt super cor,ita

Insensibilitas quorundam.

& in nouissimo tempore,inuenientur audaculi, qui omnem exuerunt pauorem.Nihilominus signis de cęlo finem mundi prænunciabit Deus.Vbi aulam Rex habet,frequens solet

Simile.

esse de itinere ac discessu eius rumor;non credũt multi, quia ad iter nullum vident apparatum.Sed qui ingressus videt cõuasari supellectilem,mulis imponi,ac quadrigis,de Regis migratione nihil dubitat.ita quotidie mundi finis pulpita implet,sed fidem paucorum. atque ideo tandem vtensilia sua Deus componet,Solem, Lunam, Stellas, & tenebras nobis relinquet;vt serio de commigrationis hora cogitemus.Signa

Propter tria obscurabuntur cœli. *Primo.*

hæc,Solis,Lunæ,ac stellarum erunt obscuratio,quam tribus de causis inducet Deus. *Prima*, vt peccatorum ostendat grauitatem,ob quam nobilissimæ ac maximę pœnam pati videbuntur machinæ,ꝙ humanis peccatis aliquod credi possint exhibuisse ministeriũ,nocte dieq;,cum delinquerent homines,lumẽ suum subministrãtes.Tãta.n.peccati est malitia,atque adeo diuinis displicet oculis,vt peccantes nõ solum, sed

Iosue 6.21.

& peccati organa plectere soleat,quæ aliquid istuc quocunque modo contulissent.Ita funditus deleta est Iericho, cum

1.Reg.15.3.

incolis,animalibus,ædibus,mœnib⁹,hortis,&c. & Sauli mãdauit Dominus vt deleret Amalec,nec bestiis parceret, So-

Gen.19 25.

domã,Gomorrhã,cũ trib. aliis ciuitatib. vniuersaq; regione,

Secundo.

in peccatorum vltionẽ terra vorauit.*Secunda*,vt pauorẽ incutiat peccatorib.ad conuersionẽ,piis ad quotidianorum delictorum purgationẽ,& satisfactionem mortaliũ confessione abolitorum.Si.n.ea iudicii extremi futura est facies, vt ab ea Sol,Luna,astra,omnis peccati expertia,abscondantur, quæ nullam ex eo exspectant pœnã:hominẽ ergo vt oportet concuti,propter quem iudicium tam seuerum instituitur? Non

Exod. 10.22.

tantus occupauit Ægyptũ metus,vbi timore triduano nemo loco motus,donec tandem lucẽ redaspicerent.Augebũt hũc obtenebrationis horrorẽ,directæ à cœlo emissiones fulgurũ; quorũ copia tanquã à bene curuato arcu,iaculorum ac sagit-

Tertio.

tarũ instar exiliet,vt stellas cælitus ruere existimęs. *Tertia*, vt declaret quã ægre ad peccatorum vindictã egrediatur Deus.

Ipse

ipse natura clemens est,& facilis ad ignoscendū. Vim sibi facit cum peccata ferit,ac maxime cum terribilē æternæ damnationis sententiā edicit. Recogitans Christus Ierosolymæ excidium,lacrymatus est,cum festiuiter in vrbem inueheretur.Cum cataclismo Deus terras perderet,tactum dicit Scriptura *dolore cordis intrinsecus.* Quanto magis cum tot hominū centena millia,immo omnē prope carnem addicere cogetur gehennæ ignis: valde enim exiguus, si damnādis componat, saluandorū erit numerus. Tristitiæ huius causa ineffabilis est ipsius charitas, qua nos cōstringit,multo arctius quam parētes filios suos, sponsā spōsus, imo ipsi nos ipsos. Vrgentiorem insuper faciunt hanc causā tot ꝓ salute nostra deuoratæ passiones, sanguis effusus, tradita anima, tolerati labores; quæ omnia in dānatis irrita, cassaq; concident. Quamuis in Deum Christum,& Sanctos nō cadat tristitia qui beatitatē iam viuūt, omnis mœroris expertem, nō aliter tamē quam si humano more doleret, se habet Deus; vt nobis ponat ob oculos impendens malum, ꝙ tanta condignum est anxietate, & Dei amorem, qui per iustitiam suam, tantum malum, in malo obduratis, cogitur immittere. Ideo Solem, Lunam, Stellas, ad luctum inducit, omnesq; creaturas mœrere facit, non secus ac si & ipsum mœstitia teneret, vt pullus color, ac aulicorum luctus, Regij mœroris argumentum est. *Et in terris pressura gētiū, pra confusione sonitus maris, & fluctuū.* Dabitur hominib. non solū per caliginē & cœli signa, sed & per ea quæ in terra euenient trepidatio. Subtracto.n. terris lumine, quo sublunaria omnia vegetant, ac conseruantur; mouebuntur omnia. Terra tremoribus quatietur insolitis, quales antea nunquā fuisse Scriptura testatur; corruent ciuitates, & ipsa montium iuga, ac plurima ruinis opprimentur hominum millia. Aeris regio inauditis agitabitur tēpestatibus, fulmine, tonitru, procellis, grādine, libras ęquante. Hinc maris & aquarum omnium tumor, surgentibus vndis, & insulas operientibus, & ille erit concurrentium aquarum fremitus vt dissita longe remugiāt loca, & omnia formidine ac angore impleant. Noctu enim diuque audietur hæc elementorum concertatio, in densa caligine, lunæ solisque obscuritate, ac perpetua nocte. Omnia hæc bona methodo homines docebunt fructus

Luc. 19. 41.

Gen. 6. 6.

Charitas Deum à pœna prohibet.

Simile.

IV.

Terribilia iudicij præambula.

Apoc. 6. 11 16

Apoc. 16.

Ista signa quid nos doceant.

Quid tenebræ?

facere dignos pœnitentiæ. Sed & nobis eãdem ſequi doctrinam non fuerit infructuoſum. *Primo* enim docet nos totius mundi caligo, ſeponere tempore pœnitentiæ voluptates externas, vt fecerũt Niniuitæ. abiicere cultũ indumentorũ, ſedere in ſacco, cum [a] Iſaia, [b] Daniele, [c] Ezechia, aliiſq; qui peccata ſua luxerũt ex animo. *Secundo*, Vehemẽs terræ motus, monet nos timere nouiſſima noſtra, ac ſalutari hoc timore omnẽ aſpernari gloriã, ac ſublimitatẽ mundanã. Pauper. n. & humilis per anguſtã portam in die iudicij expeditius ſe ingeret, quã diuitijs & faſtu gibboſi Principes. Docemur *tertio* ſonitu, fremituq; maris & aquarum, peccata noſtra lacrymis intimis ac vero dolore eluere: tales. n. lacrymæ peccata quælibet expurgant. *Quarto*, Aeris tempeſtates, rationẽ veræ nobis monſtrant pœnitẽtiæ, Grandinũ globi, corpuſculũ labore ac moleſtia affligere. Rapidi venti, voluntarijs ſine cunctatione, cũ omni diligẽtia pœnitentiã peragere. Tonitrua, ꝓximos, maxime ſi quos offendimus, verbo atq; opere ad virtutẽ reſtaurare. fulgetra, omnem ab operibus arcere hypocriſin & ardẽti pœnitere charitate: nõ ſecus ac ignis fulmineus, concluſus nubibus, inardeſcens magna vi erumpit, ac ſonitũ, quem tonitru dicimus, cauſat. Bonam etiã hinc peccatores conuertẽdi habemus viam: non verbis vtiq; ſolũ, ſed præclaris pœnitentię operibus, quib⁹ magis, quã ſubtili ſermocinatione trahunt homines. Solet hoc sẽſu Annæ Samuelis ꝓphetæ matris verba myſtice exponere S. Franciſ. *donec ſterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata eſt*: i. ſimplex, aiebat, rect⁹ ac ſanctus quilibet qui nec lingua valet; nec doctis cõcionib. rapit auditorẽ; ſed ſanctæ vitæ prælucet exẽplo, feruẽti oratione diuinã iram deprecatur, ac laborioſis operibus multa hominib. impetrat, multo ſæpe ad Deum plures cõuertit, quam Doctores eximij & Concionatores diſerti, quorũ frequentia ſunt auditoria: opera. n. illa ponderoſos referũt malleos, quæ clauos valide infigunt. S. Pater noſter Ignatius Loyola, fundator Societatis Ieſu agens Pariſijs, conterraneũ habebat quendã vitæ impuræ, ſæpe illũ monẽs nihil ꝓficiebat. excogitauit itaq; efficaciorem monendi rationem. Cum iam infeſta hyeme aduertiſſet ſocium hunc ſuum ad illicitam exire

a *Iſai. 20. 2.*
b *Dan. 9. 3.*
c *Ezech. 37.*

Quid terræ motus?

Quid ſonitus maris?

Quid tempeſtates aeris?

Optima ratio conuertendi peccatores.

Barthol. Piſanus conformitat. 11.
1. Reg. 2. 5.

Ribadenira lib. 5. vitæ eius c. 2. & Maffeus lib. 3. c. 4.

Exemplũ.

xire consuetudinem, ad aquas, quà illi transitus necessario iat, præcurrit. vestimenta exuit, & collo tenus gelido se stano immersit, atq; vt ponti se vicinum aduertit hac eum voce de aquis compellat. *Quoquo miserrime properas non intelligis i quo vitæ verseris discrimine. Perge porro perge nefariam istam exple e libidinem. Ego me hic tam diu tua caussa macerabo, quoad cœlestes iras meo a os te malo profligem*. Audiens hæc ciuis eius, & charitatis magnitudinem considerans, tactus est dolore summo peccatorum, atque ad Deum conuersus.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superueniet vniuerso orbi. Non formidabunt tantum ac timebunt homines præsentem elementorum adspicientes commotionem, etiam terremur ac concutimur, si in aere, mari, aut terra præter solitum aliquid triste accidat: sed ingenti pauore consternabuntur, animaduertentes impēdere grauiora: facile enim suspicabuntur hæc consummationis sæculi præambula tantum esse. sicuti cum annosæ domus cariosa increpuere statumina, instantis ruinę ac maturandi receptus indicium est, & cum morbo ac ægritudine singuli corporis pulsantur artus, præludium quoddam mortis præ foribus adstantis. Tantus hic terror futurus est vt homines arefaciat: *Spiritus enim tristis*, vt inquit Sapiens) *exsiccat ossa*, & sublato corporum cœlestiū lumine, marcescere omnia necessum est. neque solos percellet hæc trepidatio gentiles, paganos, improbos, qui vitam in voluptatibus degunt; sed omnes etiam pios. Communis enim, etsi alijs mag s, alijs minus, timendi erit ratio. Nemo vtrum amore an odio dignus sit (Scriptura teste) habet exploratum. i. vtrum in gratiæ an damnationis statu hæreat. *Sed omnia in futurum seruantur incerta*. Atque ideo ne inter damnatos censeatur iusta est cuiq; timoris occasio. S. Arsenius Abbas vitæ singularis, morte appropinquāte amare flebat, & ecquid mortē timeret rogatus? respōdit, magn⁹ reuera me timor habet, ab eo tēpore in me perseuerans quo mundo valedixi ac Monachū indui. multo tamē grauius pauebunt impij. *Primo*, Quia finē expectabūt omnis solatij, q in externis ac temporalib. collocarāt; quæ omnia peribūt in æuū, forma, honores, dignitates, choreæ, comessationes, vinolētiæ, & omnia mūdi delecta-

Marginalia: V. — *Simile.* — *Aliud.* — *Prou. 17.22.* — Omnes omnino timebunt. — *Eccl. 9.1.* — *Ibid. 2.* — *Parte 2. de vitis Patrum lib. de humilitate.* — Cur impij plus timoris habituri *Primo.*

delectabilia. *Secundo*, quia nihil de quo gaudeant inueniunt boni operis in sua conscientia. Similes facti herbis de pariete enascentibus, quę ad primũ vsq; solis æstum, quo exarescunt, pulchre germinant. Pij similes sunt arboribus, quæ hyberno tempore apparent emortuę, at æstate adolescente reuirescũt, & fructus ferunt iucundos. Christus ad mortẽ cruce onustus egrediẽs, ita mulierculas est affatus, *si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* se ac omnes pios subindicans ligna esse virentia, impios arida, atq; ideo mala, bonis euenientia, multo grauius malos afflictura. Carebit consolatore ipsorum timor; at bonorum metus, quo finis propinquat magis, magis euanescet. Disce hinc quam periculosa & virulenta nostrorum hæreticorum sit doctrina, quæ humanis cordibus omnẽ aufert timorem, ac in sola fide suadet confidentiam; quasi per fidẽ de salute certi sint. Tota nos ad timorem hortatur Scriptura: mortem veteres omnes timuere Patres: nec sine timore vitã decurrerunt Sancti. Cum lacrymis in vitæ exitu psalmos pœnitentiales recitabat Augustinus, ac nemini, aiebat, sine pœnitentia hinc exeundum. Timor monasteria Monachis, eremum impleuit Anachoretis. Vnde igitur noua hæc, & impauida fides huc vsq; priscis ignota sæculis? tandem se sentient deceptos. De his Iob ita scribit. *Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* At S. Ambrosius (vt aiunt) pro se facit: cuius hæc verba. *Sed metus est ne iudex seuerior sit. Considera quem iudicem habeas, nempe Christo dedit Pater omne iudicium. Poterit te ergo ille damnare quem redemit à morte? pro quo se obtulit? cuius vitam suæ mortis mercedem esse cognoscit? Nonne dicet: Quæ vtilitas in sanguine meo, si damno quem ipse saluaui? Deinde consideras Iudicem, nonne cõsideras Aduocatum? potest iste seueriorem ferre sententiam, qui interpellare non desinit, vt paternæ recõciliationis in nos cõferatur gratia.* Huc usq; S. Ambrosius. Qui non de omnibus agit fidelibus, quorum multi peribũt: vt patet ex sententia à Christo in immisericordes decreta: ac plurimi alij, vt comessatores, ebriosi, adulteri, auari, fures, raptores, blasphemi, superbi, contentiosi, inuidi, impudici, mendaces, deceptores, de quibus, & ijs qui talia agunt, scriptura affirmat, *quoniam regnum Dei nõ possidebũt.* At de pijs sermo ipsi est Christianis, qui, quãtum possunt, bonis ope-

Secundo. *Simile.* *Psal. 128.6.* *Aliud.* *Luc. 23.31.* Pestifera nostri temporis hæresis. *Possidius in eius vita. c. 31.* *Iob. 21. 31.* *De Iacob & vita beata. lib. 1. c. 6.* *Obiectio.* *Matt. 25. 1. Cor. 6. Gal. 5.* *Apo. 21. 23.*

nis operibus Deo placere student. Qui, quo sanctiores sunt, tanto leuiora sua peccata grauiora æstimant; & melius iudicij diuini, quo terrentur, inflexibilitatem agnoscunt. His cōsolatione sua animum S. addit Ambrosius, vt & seipsum his verbis animare solet. *Non sic vixi vt pudeat inter vos viuere; sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus.* *Si Deus pro nobis quis contra nos?* nostri inclamant hæretici. Sed quęro vlterius, Quis pro nobis si Deus contra nos? Non sola Deo infidelitas odio est, sed multo magis Christianorum impietas, qui quouis Iudæo ac Turca grauius ipsi olent, vt humanum oletum, equorum, canum, ac aliarum bestiarum fimo putentius est. Quod vt ostenderet, Hierosolyma, ac terra sancta malos exuit Catholicos, & in eorum locum Turcas intromisit, sicut in templis bestiarum excrementa, humanis tolerabiliora sunt. Cōcionatores multi, ac miraculorum patratores, cum vera fide ad iudicium surgent, quorū tamen auribus ea insonabit vox, *Discedite à me operarii iniquitatis, quia nunquam noui vos.* Addunt & hoc nostri hęretici, nos peccatorum remissionem credere, & vitam æternam; non vtiq; alijs, sed nobis ipsis. Dico ego tā alijs, quam nobis ipsis. i. Credimus non tibi, nō mihi, in particulari remissa peccata, apertum cœlum; sed ꝙ in Ecclesia S. potestatem reliquerit Christus, omnia remittendi peccata, legitime confessis ac pœnitentibus; & quod regnum dabit ijs, qui bonis operibus cœlo vim fecerint. Hos itaq; securos, ac sine timore homines, deuita: superueniet enim illis extemplò perditio, quam non excutient.

Responsio: Posidius in vita S. Aug. ca. 27. Rom. 8. 31.

Impius Christianus Turca deterior.

Matt. 7. 23. Obiect. Responsio.

VI.

Nam virtutes cœlorum mouebuntur: Diuersæ apud Doctores horū verborū exstant interpretationes, probæ tamē singulæ, ac doctrinales. *Primo*, per virtutes cœlorum quidā solidos ac incorruptibiles orbes cęlestes intelligūt. quos S. Petrus *magno* dicit *impetu* transituros. i. Motū deserturos consuetū, ac nouo quodā cursu, quasi diuino iudicio attonitos & trepidātes circūagendos, atq; alterādos, primū dēsis ante iudiciūDei tenebris, deinde ingēti claritate; significātes magnā rebus omnib. aduenire mutationē. *Secūdo*, ꝑ virtutes cœlorū tertij chori angeli possūt intelligi, quos S. Paul. *Virtutes* nominat: quorū est (vt testatur S. Gregorius) signa ac miracula facere in terris.

Variæ interpretationes Doctorum. **Virtutes cœlorum.** *Primo.* **Orbes.** *2. Pet 3. 10.* **2. Angeli tertii chori** *Ephes. 1. 21. Hom. 34. in Euang. paulo vltra med.*

Hi

Hi Dei imperio mouebuntur, vt inauditis vbique portentis totum dent in stuporem mundum. *Tertio*, Virtutum nomine significantur diaboli. Sunt enim in aerē, quem Scripturæ etiam cœlum appellant, ruina delapsi; & S. Paulus eos *principes potestatis aeris huius* appellat. Hi mouebuntur non parum: tum quia ab illa hora cum damnatis inferno claudentur, sine vlla exercendæ fraudis, ac exitus in futurum spe: tum quia accusationum parabunt libellos, vt reos omnes faciant homines, ac plures secum trahant in Barathrum; aut saltem vt damnatos ad libidinem suam torquendi pleniorem accipiāt facultatem. Tanta enim Dei est misericordia, vt in inferno etiam citra condignum puniat. *Quarto*, Virtutum nomine communiter omnes notantur Angeli Sancti, qui mouebūtur. *Primo*, Quia cum Christo huius iudicij descendent spectatores, & vt S. placet Gregorio, omnium oculis erunt conspicui, & de omni bono ac malo opere, ꝙ viderunt testabuntur. *Secundo*, quia trepidabunt aliquatenus asperrimam Iudicis ad dānatos vocē, & immutabilis decreti horrendam executionē. de quibus B. Iob. *Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutū eius.* non ꝙ dolorē aliquē tristitiæ sensuri sint, quē omnem beatitudo ipsorū excludit; sed ꝙ talem sumpturi sint, ad mali magnitudinē significandā, speciem. Cum.n. Dei contēplentur gloriā, peccati, cōtra infinitā Dei maiestatē admissi, malitiam optime pnoscunt, & paratarū pœnarū acerbitatē. Peccata in dies vidēt augeri, vidēt & Dei longanimitatē, qua nos ad pęnitentiā inuitat, & illa quæ ad conuersionē adhibet media, corda insuper hominū ęque obdurata. Atq; ideo cū magna aduersus impios indignatione in diuino iudicio consurgent, nec timoris tantum, sed & iracūdiæ vultum sument. Quis tū erit peccatoris status, cū ꝓ Deo cōtra ipsum vniuersa bellabit creatura? Angeli, dæmones, terra, cœlū, elemēta omnia, imo & beati, vt testat Dauid, in interitu ipsorū ridebūt, ac dānati ipsi incusabūt se mutuo, inuidebūt, exꝓbrabūt, execrabunt, ac sine vlla cōmiseratione, multo sibi inuicē imprecabunt diriora; ij maximè quorū in seculo sensualis amor arctior, aut vita alijs ad peccandū fuit illecebrosior. Diues epulo timebat fratrū ad gehennā aduentū. sciebat enim eos, quibus peccati fuerat

3. Diaboli.
Matth. 13. 32.
Ephes. 22.
4. Omnes Angeli.
Cur dicantur moueri
Primo.
Hom. 34. in Euang.
Secundo.
Iob. 26.
Damnādorū miseria.
Sap. 5. 18.
Psal. 58.
Luc. 16. 21.

fuerat auctor, augmēta allaturos pœnarum. Ah quis eos cruciatus manet, qui iam tam facili negotio proximos, de via bona, in auia seducunt. prę reliquis vero animarum deceptores, quales sunt Ministri, Concionatores hæretici, fautores, protectores, ac opitulatores eorum, de quibus S. Ioannes affirmat, quod odio habiti nudabuntur, carnes in deuorationē, ac tandem in cōbustionē dabūtur ignis. Quicunq; enim hic ab alijs seducti sunt, seductorū suorū tormenta semper aggrauabunt.

Seductoribus damnatio grauior.
Apoc. 17. 16.

VII.

Et tunc videbunt filium hominis, venientem in nube, cū potestate magna ac maiestate. Tunc implebitur quod in Ascensione Domini dixerunt Angeli: *Sic veniet quemadmodū vidistis eū euntē in cœlum.* Huc vsq; Christus corporaliter cęlos nō exiuit: tūc egredietur, & in mundū ad nos descendes sublunarē. Nobis quidē vbiq; per spiritū suū hic præsens est, vt ꝓmiserat: *Rogabo Patrē, & aliū Paracletū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū.* In Ecclesia etiā sancta per orbē vniuersum, non vt Deus tantū, verum etiā vt homo, iuxta promissionē suam, adest. *Ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationē sæculi.* in Sacrosancto videlicet Eucharistiæ Sacramento; nec tamen ideo (vt scribit Chrysost.) in cœlo minus est. *Qui cū Patre sursum sedet, in illo ipso tēporis articulo omniū manibus pertractatur: Christus autē nobis suā carnē reliquit, & ipsam habens ascendit.* Qui hęc negat cū Sacramētarijs, omnipotentiā Dei negat simul, qui idem corpus diuersis collocare locis nequeat: aut Christi extenuat charitatē, qui pręsentiā suā sanctæ inuiderit Ecclesię: aut Christū facit mendacē, qui tandē corpus suum, sæpius promissum, donauit dicens: *Accipite & comedite: hoc est corpus meū.* Quæ si non vt sonant accipiēda sunt, maiorē certe Idololatriæ occasionem eamq; statim post ascēsionē sponsæ suæ Ecclesiæ obiecit Christus, quam vllis vnquā data sit gentibus. Quandoquidem Auctor primus huius nostrę fidei de venerabili Sacramento totis mille quingentis annis nominari non possit.

Act. 1.
Ioan. 14.
Matth. 28.
Lib. 3. de Sacerdotio.
Hom. 2. ad pop. Antiochen.
Ioan. 6.
Matth. 26.

Vocula, *tunc*, magnā, ac bene notandā habet emphasin. *Tunc* cū videlicet omnia concident; forma, honores, diuitiæ, amici, cōsanguinei, te deserent; cū grysia ac pannosa vestis, purpura gemmisq; erit optabilior, cū non verbis, sed bonis operib⁹, ac interrogationi bonæ conscientiæ pretiū erit: cū ratio reddēda

Tunc energiā habet.

factorum, dictorum, cogitationumq; omnium, cum nihil indiscussum, nihil siue bonum, siue malum, manebit irremuneratum. Quis horam hanc nouit? quæ certo tamen aduenient. Tria nobis de hac constant. *Primum* quod tales nos dies ille mundi nouissimus inueniet, quales vitæ nostræ dies summus illuc emittet. *Secũdum*, quod duo hi dies extremi, venient inopinati: repente enim nobis mors nihil cogitantibus superuenit: & cum longam sibi vitam spondebunt mortales, deprændet eos mundi interitus. Hæc monet Christus ita, vt in diluuio generali, ac subuersione Sodomæ & Gomorrhæ, euentura. tunc enim *edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabãtur ad nuptias, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant, vsq; in diem qua*, oceani fontibus & cataractis cœli apertis, *diluuium venit* & ignis defluens pentapolin perdidit. *Tertium*. Diem extremum non longè remotum, sed opinione nostra esse viciniorem. Si virum annis grauem, morbus lecto figit, ac euigorato calore, manus, pedes, brachia, crura, obrigescunt, proximæ mortis argumentum est irrefragabile. Cõsenuit mundus, delirat, ac repuerascit: opera bona rarescũt, perit fides, refrigescit charitas, torpent omnia. Quid igitur vltra præter resolutionem mũdi credimus reliquũ? Neq; enim sine caussa Vincentij Valentini Dominicani spiritum suscitauit Deus, sub annũ Domini 1415. vt finem sæculi adpropinquare prænunciaret. Fecit per Lusitaniam, Hispanias, Gallias omnes, in hanc vsq; inferiorẽ Germaniam. Atq; vt ab omnibus intelligeretur, fecit Deus vt cum suo solum Hispanico vteretur idiomate, eum quilibet lingua sua audiret loquentem. Atq; vt fidem apud omnes inueniret, miracula, qualia ab Apostolorum temporibus visa non erant, operabatur. Clare videbunt omnes Christũ filium hominis; non diuinitatem eius, quæ sub oculorum aspectum nõ cadit, nec sub intellectum nisi diuino roboratũ auxilio, ac lumine collustratum supernaturali, quæ nõ erunt in impijs. Nota huius filij hominis, id est, Christi cõditiones, vitãq; eius expẽde. Humilis erat, munificus, clemẽs, inops, castus, obediens, charitate ac comitate plenus, patiens, longanimis, abundans virtute, detestans peccata, iniustitiam & iniquitatem. Timeat itaq; sententiam eius qui in se peccata agnoscit. Quemadmodum

Tria nobis de extrema hora cõstãt.

Primum.

Secundum.

Luc. 17.

Tertium.

Simile.

Petrus Ransan. in vita ipsius l b. 2. c. 5. Extat tom. 2. Surij die 5. April.

Christi diuinitatem damnandi non videbunt.

Christi iudicis conditiones.

Simile.

dum enim elatus aut auarus, humili, liberali, ac benigno iudici causam suam nunquã probabit: ita damnabit omnes Christus, quos vestigia sua non viderit assecutos. Nulla ibi erunt nobilitatis, teneritudinis, dignitatis, pallia. dicet enim, Te ego & nobilior, & dignior eram, & tenerior. Quorum mihi, eorũ & vobis debuit esse cautela. Veniet autem in nube Christus. Nubem hanc concomitantium Sanctorum multitudinẽ exponit Ambrosius, secutus Isaiam, *qui sunt isti qui vt nubes volant.* Cum vera nube descensurum, sicut cum vera ascenderat, putat Chrysostomus. Opinantur nonnulli nubem hanc, ad arcendam ab impiorum oculis corporis Christi claritatem, presto futuram. Sed elucebit potentia, & Maiestas Christi; tam lucis splendore, quam omnium creaturarum ministerio. Lux hac ipsas reuerberabit cõscientias, ac bene maleq; ab ineunte ætate gesta manifestabit. Apparebunt per eam etiam remissa Sanctis peccata, pœnitentię operta laboribus; nec dehonestabũtur hoc tectorio, sed ornabuntur magis, vt tunicæ ruptura; aurei panni tegmento. Reuelabuntur etiam reproborũ bona; sed sequentibus peccatis contecta. Vult enim omnia patere Christus, quidquid vsquam terrarum gestum, dictum, cogitatum est: vt iustum eius laudemus, ac probemus iudicium.

Nubes quid? secũdũ Ambrosiũ. *Isai. 60. 1.*

Secund. Chrysost. Act. 1. 9.

Claritas Christi omnia manifestabit.

Simile.

VIII.

His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniã appropinquat redemptio vestra. Tria hominum genera surgent ad iudicium. *Primo* Peccatores, qui damnationem suam expectant. Hi deformi, graui, terreoq; corpore, infra in terra adstabunt. *Secundo*, pij, qui cum grege saluabũtur; hi corpore lucido de sepulchris rapientur sublimes, obuiam Christo in aëra, salutis pręstolantes sentẽtiam. *Tertio*, maioris perfectionis sancti, qui Christum in hac vita propius sunt secuti. Quales sunt, qui pro eius nomine sanguinẽ fuderunt Martyres: qui omnia propter Christum reliquerunt Religiosi, & voluntariam paupertatem, castitatem, obedientiam, amplexati. Hi volabunt celsius, & Christo vt Assessores iungẽtur: imo, sicut pollicitus est, collaterales in sede eius considebunt. *Qui vicerit, dabo ei sedere in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cũ Patre meo in throno eius.* De Martyribus autem sic S. Ioannes: *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium est datum illis*; scilicet; *animæ decollatorum;*

Tria hominum genera ad iudiciũ surgent. *Primi. Secundi.* *1. Thess. 4. 17.* *Tertij.*

Apoc. 3. 21.

Apoc. 20. 4.

rum, propter testimonium Iesu, & propter verbum eius. De Religiosis S. Petro respondit Christus, inquirenti, quid daturus esset eis,
Matth. 19. 28. qui reliquerāt omnia, & secuti erāt ipsum, *sedebitis* (inquit) *super sedes, iudicantes duodecim tribus Israel.* id est, vniuersum mundum.

Epist. Iud. 14 Hi sunt Sancti de quibus Enoch *Ecce venit Dominus in Sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum.*

Primi timebunt. *Apoc. 6. 16. Osea 10. 8.* *Isai. 2. 19.* Primi generis homines, mali videlicet, diem Domini non desiderabunt; sed territi *dicent montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare? Et introibunt in speluncas petrarum* (inquit Isaias) *& in voragines terræ, à facie formidinis Domini & à gloria maiestatis eius.* Perhibebit enim illis testimonium conscientia ipsorum, finem esse fœlicitatis, ac extrema mala diuinamque maledictionem solum ipsis superesse.

Secundi & tertij gaudebunt. Secūdi, ac tertij generis homines, duabus de causis exultabunt. Prior, quia appropinquat ipsorū redemptio; posterior quia confestim in domini sui gloriam introibunt. Expectabunt donec omnia ab eis mala tollat Deus, ac omnem lacrymam ab oculis eorum, toties præ
Apoc. 7. & 21. Isai. 25. Matt. 25. 34. angustia delapsam, abstergat ac amicissimè cōsoletur, dicens: *Venite benedicti in regnum Patris mei.* Iam non erit amplius neq; frigus, neque æstus, nec fames, nec sitis, nec mors, nec morbus, nec quod inquietet quippiam; omnia enim hæc transierunt nunquam reditura.

Pijs mors nō est metuenda. *Phil. 1. 23. Lib. qu. in Matth. Hom. 5. ad pop. Antioch. Hom. 5. ad Hebr. Hom. 1. in Euang. Iacob. 4.* Discis hinc non esse metuendam pijs mortem; sed de Apostoli consilio sperandam, dicentis, *cupio dissolui & esse cum Christo. Itaque mori nolle,* inquit Augustinus, *nō cōsilium est vt proficiant; sed indicium est quod parum profecerint.* Sanctus Chrysostomus impuræ scribit esse conscientiæ argumentum, mortem nimiū perhorrescere: Ac supra modū homines illos esse seruiles, qui quidlibet morte habent optabilius. S. Gregorius in hunc modum loquitur. *Quicūque voluerit esse amicus sæculi huius, inimicus Dei constituitur. Qui ergo appropinquāte mūdi fine non gaudet, amicum se illius esse testatur, atque per hoc inimicus Dei esse conuincitur: ex mundi enim destructione lugere, eorum est qui radices cordis in amore eius plantauerunt, qui sequentem vitam non quærunt,* Christianis merito aduentus Domini fuerit in votis, & omnis super terram abijcienda consolatio: nihil enim hic

est

est quod desideria nostra expleat, nec de nostra certi sumus perseuerantia. Atque hinc perpetua nos circumstat formido ne, quæ alijs accidisse legimus, eueniant & nobis. Iudas, Salomon, Origenes, Tertullianus, Iustinianus Imperator, Belisarius dux inuictissimus, bona principia malo fine clauserunt. Per seuerẽtia incerta.

Voculæ, *Respicite, & leuate capita vestra*, significant probos non videri esse in mundo, quippe qui mundana nulla respiciant: Sicuti ad tabulas artificiosissimas nullum catellus contorquet oculum. Animus ipsis alibi est, displicent omnia, ac capite in terram per humilitatẽ deflexo, solam terram, matrẽ suam, de qua exierunt & in quam reuertuntur, tuentes: At in hora mortis, quod placebit, quod delectabit, inuenient. Tum capita lubebit erigere, cernere sponsum, aspectare, quod cõtinuo illis donabit, regnũ. Mundani hic circũspiciunt omnia, erecto incedunt collo, quærentes voluptatem in sæculo: Qui tum præ timore & confusione in terram figent lumina. Pulchram S. Augustinus adducit similitudinem, de duabus Regũ aut magnatum quorundam vxoribus, quarum vterq; longe peregrinatum abijt maritus. Altera harũ alios admittit amatores, bona perdit, atq; ijs quæ impudicitiam sequuntur, sordibus impletur. Altera honestè domi se continet, sedulo operatur, vt reuertentem festiua maritum excipiat. Viris tandẽ ad priuatum larẽ regressis, admodum dispar harum vxorum erit conditio. Prior oppleta amaritudine mariti trepidabit aduẽtum; posterior lætitia gestiens sperabit quam maximè: prior verbera expectabit, & verecũdiam; posterior solatium & gloriam. Timebunt iure merito qui sponsum hic Christum spreuerunt; at timentes Deum, quibus à corde Dominus nunquã recedit, liberalissime consolabuntur.

Respicite & leuate capita quid? *Simile.* *Isai. 3. 16.* Beati Augustini simile. Diuersus exitus.

IX. *Hom. 1. in Euang.*

Et dixit illis similitudinem: videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. S. Gregorius Papa ita loquitur: *sicuti ex fructu arborum vicina æstas cognoscitur: ita ex ruina mundi prope agnoscitur esse regnum Dei. quibus profectò verbis ostenditur, quia fructus mundi ruina est; ad hoc enim crescit, vt cadat: ad hoc cadit, vt germinet: ad hoc germinat, vt quæcunq; germinauerit, cladibus consumat. Bene autem regnum Dei æstati comparatur: quia tunc mœroris nostri nubila transeunt, cum vitæ dies æterni solis claritate*

ritate fulgescunt. non dignoscuntur hyeme arbores; emortuæ enim apparent: sed æstate vitam, quæ latuerat, produnt. Pij cõtemnuntur in hoc sæculo, quasi in hyeme; at quæcunque hic collegerunt, ibi manifestabuntur. Antiquus quidam, inquit, Doctor, Christum magis ficum, quam alias arbores, adduxisse in comparationem. *Primo*, quia post aliarum arborum germinationem pruina nonnunquam aut gelu subsequitur, quæ tenera arborum germina iterum decoquit; fruticationem autem ficuum, vtpote quæ serius frondescunt, hyems nulla, sed certa æstas.

Simile. *Imperfect. hom. 19. in Matth.* Cur ficulnea magis quã reliquæ arbores æstatem prænunciat. *Primo.*

Ita & miserias prædictas indubiè regnum Dei excipiet. Tribulationes iustorum, optime arborum germinationi comparantur: tunc enim fruticat spiritus, cum corpus angustia, & tribulatione premitur. *Secundo*, quia Ecclesia ficus refert; quæ suauem humorem, & granula pelliculo concludũt; ita & Ecclesia Christianos plurimos, suaui amore complectitur. *Tertio*, Quia alijs arboribus, statum est fructificandi tempus, serius alijs, alijs citius: sed ficus, ex quo fructus suos extrudere cœpit, per æstatem totam ad hyemem vsque non cessat, ita & Ecclesia sancta, in cœlum Sanctorum animas non desinet emittere, antequam dies iudicij elucescat, & omnia, quæ in mundo sunt, ad nihilum redigat.

Tribulationes recte cõparantur germinationi. *Secundo.* *Tertio.*

X. *Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est Regnum Dei.* Hæc Christi verba diriguntur ad omnes: etsi ad Apostolos, ac per eos, ad electos solos videantur dicta, vt soli isti ad signa hæc attendant, & secundum illa vitam instituant. Impij enim, sicuti vaticinium hoc habuere neglectui, ita & ipsa quamuis videant signa, parui facient: naturalibus ea causis imputantes, aut saltem sui gratia accidere sibi dissuadentes: atque ita terribilis Domini dies illos intercipiet. Christus signa diei istius sufficientia, certum tamen tempus indicare noluit: vt in omnem horam simus parati, semper sollicitì rem serio agi, maximè cum talium signorum aliquod persentiscimus. Ita circa annum 540. Sanctus egit Medardus. Ita sanctus Gregorius, circa annum 592. Considerantes suorum temporum calamitates, hortabantur populum stare in procinctu ad diem Domini.

Omnibus Christianis ea signa attendenda.

Cur horam non indicauerit Christus. *Fortun. in eius vita. c. 17* *Homil. 1. in Euang.*

mini. Etsi enim proxime imminere incertum, certum tamen non est eum longè abesse, & nobis summum vitæ nostræ diem certissimum est appropinquare, *nemo se circumueniat* (sanctus inquit Augustinus) *quomodo illa omnia venerunt quæ promissa sunt; sic & dies iudicij, & malorum pœna, & bonorum præmia, sine vlla dubitatione ventura sunt.* O vtinam hæc nostris obuersarentur oculis: non ita nos temporalia afficerent, nec adeo tenaciter peritura illigarent: damnosus enim hic est affectus, & terrenus amor à cœlo nos retrahit, & ad terræ ima, id est, inferni abyssum, demergit: Nostris hisce temporibus luculentiora quam vnquam iudicij aduenientis signa aduertimus, fides disseminatur per mundum vniuersum, quod signorum omnium postremum à Christo datum est: Alijs locis fides deficit, ac per hæreses innumerabiles minuitur; adeo vt breui implenda videantur verba Christi: *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra.* Bella, perpetui hæresum fructus, nusquam desunt; nec famis angustia, bellorum comes. Nec cœlum suis vacauit nostra ætate portentis. Antichristi præcursores, hæretici nimirum atque sectarij, caput suum paulatim inuehunt. Peccata nostra modum excedunt, furorem Domini indies accendunt, & indignationem vt effundat compellunt. S. Dominicus terribilem habuit in principio ordinis sui visionem; Christum vidit iratum, ad dexteram patris insurgentem, & tribus arreptis lanceis exitium peccatoribus omnibus parantem. Videns hæc sanctissima Dei mater, aduoluta pedibus, iram vt deponeret precata est, ac misericordiæ oculos ad populum suum deflecteret. quid ergo, inquit, mater mea tandem à me fieri postulas? bona omnia præsto quotidie, atque vt emendentur, peccata ipsorum nonnunquam flagello: mitto qui doceant Doctores, & ecce proficio nihil. populus iste benignitate exasperatur, & fit deterior: tempus est rebus his imponere finem, & omnem tandem perdere iniquitatem. Ad hæc illa. Quæso te Deus omnipotens, ac vnice fili, iram tuam clementia tempora; omnia potes, omnia nosti, media tibi nō desunt, vt sepositâ hac extrema vindicta, populo tuo miseri-

Serm. 20. de verbis Dom.

Matth. 24.

Luc. 18.

Nostra ætas signa quædam vidit.

Theodor. lib. 2. vita eius. c. 1. tom. 4. Surij. S. August.

Exemp lu.

ricorditer ſubuenias: en tibi duos quos tibi offero famulos, Dominicum & Franciſcum, qui ſana doctrina, ac vita ſancta, auocabunt à peccatis genus humanum, & ad tui cultum conuertent. Chriſtus eos aſpiciens, exuit iram & exaudiuit matrē. idem & alius quidam, antequam ordinē ſuum S. Dominicus inſtitueret, in viſu monachus cōtemplatus eſt. & quidam miraculoſe à mortuis reuocatus, idē duodecim Abbatibus, qui cum S. Epiſcopo Didaço, ad conuertendum Albigenſes hęreticos abibant, enarrauit. Deus noſtris ſæculis duos, aut plures tales donet ſanctos, quos ſancta Dei mater, mitigando filij ſui furori, filio exhibeat. niſi enim tales ſurrexerint, Helias & Enoch operiendi nobis ſunt; qui Iudæos, tempore Antichriſti, ad Chriſtum reducent. Faxit Deus ne hæc ego videam.

Apoc. 11.

XI.

Quæ non placent nō credimus.

Amen dico vobis, nō præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Aduerſa apud homines difficulter fidem inueniūt, maximè quæ de morte, de fine mūdi, de iudicio extremo, de futuro ſæculo ſunt. Atq; ideo etiāſi plenis ea buccis buccinentur, ac peccata ſua relinquere ac confiteri moneantur, paucos tangunt. perſuadent ſibi futurum ſęculum aut ſomniū aliquod inane eſſe, aut tam longe abeſſe; vt formidari non debeat: nec hoc iuniores ſolum; ſed ij etiam quos natura ſenio confectos diu eſſe non ſinet. Hæc ſupina ſecuritas ex amore noſtri oritur: capere non poſſumus quomodo corpuſculum hoc anima deſerat; quomodo inter homines paulò poſt nō ſimus computandi: quomodo corpus putredini, & vermium dentibus ſit tradendum: omnia hæc videmus in alijs; in nobis quomodo implenda ſint non intelligimus. Atq; ideo ſolam hanc vitam cogitatione, cura, ſtudio quantūuis ſenes, quantumuis prudentes, verſamus. ſenibus enim ſumma auri cupiditas, prudētibus ambitio ſumma ſemper adiacet. Chriſtus hac atq; ſequēti ſententia, futurorum certitudinem nobis vult cōmendatam; nec leuiter vnicuiq;, ſed præſenti animo de morte ſæpius cogitādū, atq; hac voce compellandū animū: non hæc eadē ſemper erit rerū facies; corpus putredo, carnē vermes, hæreditabunt. Quæ iā hæc cogitat animula, breui ante tribunal Chriſti præſentabitur, acuratiſſimā redditura operū, verborum, cogitationum omnium rationem, ac iuſtū acceptura pro meritis præmium.

Noſtri amor futura cogitare vetat.

Cuiq; animus excitādus ſuus. Pulcher diſcurſus.

Fiet,

Fiet, fiet profectò istud, nec tam viuere me sentio, quam illa certo mihi euentura sunt. Deus est qui dixit, Dei verbis nulla verior veritas. Idem experientia testatũ facit: qui enim ante paucos annos eadem valebant, qua nunc ego; corporis firmitudine, transierunt modo; æque illis absonũ hoc videbatur, atque nunc mihi: Eueniet profectò mihi non alia quam ipsis via; nulla enim mihi præ reliquis prærogatiua. Si hæc sæpius nostro obuersarẽtur animo, ac sollicite expẽderentur, procul dubio multo nos dies ille inueniret paratiores. Hoc autem vt in nobis efficiat Christus, tria dicit. *Primum, Amen,* quæ vocula indubitatæ est affirmationis, ac ferè species quædam iuramenti. *Secundum, dico,* id est, ego qui prima sum veritas, & fallere nequeo. *Tertium, Non præteribit generatio hæc, &c.* Id est, sponsam meam Ecclesiam, cum donis, muneribus, ac diuinis indultis per me ipsi præstitis, antequam omnia hæc fiant, de mundo non tollam: illa vobis vadis ac pignoris loco fuerit. Hæc debiliora non sunt promissa quam si Rex aliquis hac ratione totidem tibi verbis stipularetur: ego, Rex vtique fide dignus, per fidem regni mei, hæc me daturum spondeo, atque vt nihil hæsites, vxorem meam Reginam tibi oppignoro. Nemo Rex pollicebitur tale quid, nisi in summi momenti negotijs, & quicquid hac ratione compromiserit sine dubio seruabit: facit idem Christus. Vt scias, hæc, de quibus loquimur, summi esse pretij; Deus est enim qui fidem obstringit, ac certo futura agnoscas: ipse enim qui hæc adeo ratificat ipsa veritas est.

Notanda tria Christi verba. — Primum. — Secundum. — Tertium. — *Simile.*

XII. *Cœlum & terra transibunt. Verba autem mea non transibunt.* Dictorum certitudinem hisce adhuc verbis nobis vult insinuatam. Hominum verba transeunt facile, desierunt antequam plene prolata sint; atque ideo timoris minus adferunt: Dei verbum manet in æternum semel ipse loquitur, & verbum eius cælo terraque, totius mundi rebus solidissimis, & maximè durabilibus, stabilius est. Cœlum enim ita primitus à Deo cõstitutum est, vt corruptionis causam nullam habeat intrinsecam, qualem elementa & ea quæ elementis constant, in quibus contrariæ subiectantur qualitates, calor, frigus, humor, siccitas, quæ mutua pugna corpora corrumpunt

Discrimen verbi Dei & nostri. — Cœlũ cur incorruptibile.

ſubiecta: contrarijs his abſolutus qualitatibus cælum, natura ſua, corrumpi ac interire nequit. Terra etiam fundata ſtat firmiter, ſuper ſtabilitatem ſuam, tanquam baſis ima, non elementorum tantum, ſed & totius vniuerſi. Nihilominus tanta nõ eſt cœli terræque, quanta diuini verbi ſtabilitas. Quanquam enim cœli terræque ſubſtantia annihilanda nunquam ſit, ac peritura; magnis tamen alterabitur mutationibus, non ſecus ac ſi cœlum nouum, & terra noua crearentur: ſed Dei verbum manebit immutatum; dixit & fiet; nec iota quidem vnũ aut vnus apex peribit, æquiſſimum igitur Diuinas credi prædictiones, ac viua fide ſentiri, ac ſapere nobis, ac ideo non recedere ab oculis ſed timorẽ iudicij diuini hic prouocare, ne poſtea illud timeri neceſſe ſit. Vrgebit nos timor iſte ad vitam piam, pietas autem vitæ, foras mittet timorem. Ne ergo timor hic fructu careat, Sophoniæ Prophetæ expendantur verba. *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris.* Atque hoc modo cum S. Auguſtino circa hæc meditare. Iudex ſupra modum erit rigidus, ſupra modum ſeuerus, totus indignans, totus iratus, inflexibilis ſententia, carcer immedicabilis, tormenta ſine requie, ſine leuamine, tortores execrabiles ſine miſericordia. Timor fontem exagitat, & concutit; conſcientia percellit, cogitationes arguunt, effugium nullum. Hæc ſedulus cogita, ita enim memorans nouiſſima in æternum non peccabis.

Cœlum & terra mutabuntur.

Apoc. 21.

Vtilitas timoris.

Sophon. 1. 15.

Cap. 22. lib. meditat.

Eccl. 7.

ORATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, Deus omnipotens, Iudex iuſtiſſime, atq; amator hominum: qui vt pro peccatis noſtris ſatisfaceres, ac debita tolleres, naturam ſuſcepiſti humanam, ne nos ante thronum iuſtitiæ & tribunal tuum trepide adſtaremus, ſed cum bona animi fiducia cogitationum, dictorum, factorum omnium rationem redderemus inculpatam, adferentes nobiſcum merita tua infinita, ad ſatisfactionem; ac miſericordem ſperantes ſententiam, à te, qui patronus noſter iudex conſtitutus es, & iudicium iudices, pro ineffabili charitate tua, benignum: Quæſumus te ſuppliciter da nobis in vita hac timorem ſalutiferum, ne timen-

timendum nobis sit in altera: libera nos ab horrenda illa atq; in damnatos pronuntianda sententia. In hora mortis assiste, vt diabolus nobis non praualeat. Mitte Ecclesiæ tuæ, quæsumus, operarios fidos, qui te duce populo extremi iudicij rigorem inculcent ad pœnitentiam. Moneamur à te in tentationibus, ne tuæ misericordiæ spe abutamur: terreat iustitia, & futurorum præsens recogitatio, ne peccemus. Ita rogamus te, misericors Domine Iesu Christe, qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum, Amen.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Euangelium Matth. 11.


N illo tempore: cum Ioannes audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: tu es qui venturus es, an aliũ expectamus, & respondens Iesus ait illis: euntes renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertũ videre? arundinem vento agitatam? sed quid existis videre? hominẽ mollibus vestitum? ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est, ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Com-

Compendiosa Exegesis Euangelij.


Orripiens Christi prodomus S. Ioannes Baptista Herodem, qui Herodiadem abstulerat fratri suo Philippo viuenti vxorem, neque Herodis ignorans vulpinam indolem, atque adulteræ Herodiadis paratissimas in caput suum manus, vnicam sibi mortem impendentem expectauit. Atque ideo tempus esse credidit, discipulos suos Christo vt diu desiderauerat tanquã vero magistro tradendi: seruum se sciens parandæ viæ & vocem hominibus conclamandis, missum: sed illuc vsque effectum dare non potuit, quod discipuli ipsum austere viuentẽ Christo præferrent, qui vt videbatur vitã viuebat communem, tum vt plures ad se raperet, tum vt in omni vitæ statu se imitabilẽ exhiberet. Præmonuerat sæpe discipulos Messiam aut Christum se non esse sed ad fore propediem, imo adesse præsentem, quem imitandũ monstrabat digito, dicens: *Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi:* multi nihilominus ab eius latere diuelli hac ratione non potuerunt, rati sermonem istũ esse humilitatis, & sua eleuantis; quamuis ea de re multũ ipsi esset colloquium, & commẽdasset supra modũ Iesum, eumque sibi prætulisset. Constitutus ergo iam in carcere, maturante morte, cum singularia Christi miracula ipsius narrarent discipuli: sensit eos Christo propensiores, atque ipsius aptiores magisterio. Duos igitur ex toto delegit numero suo quæsituros nomine, vtrum ipse Messias, id est, Christus esset tot iam annis prophetarum oraculis promissus: nõ quod ambigeret ipse, suam intentionem

Luc. 13. 31.

Ioan. 1. 24.

nem Christo sciens exploratissimam, quod nō tam sui quam discipulorum gratia sciscitatum mitteret: Venientes hi ad Christum discipuli concionantem eum, ac docentem, de more, in magna populi inuenerunt frequentia, peruaserunt turbas, atque dixerunt: ablegauit nos ad te Ioannes Baptista rogatum num Messias, id est, Christus ille sis qui venturus est, attestantibus scripturis, an alium expectemus, nec annuit, nec abnuit Christus; sed opera sua præcepit obseruari, confestim omnis generis curauit morbidos: illuminauit cæcos, expulit Spiritus immundos, ac talia quantū ex Arnobio colligi potest facile 100: patrauit miracula, dixit dein discipulis duobus ad se missis. Ite quæ audistis & vidistis narrate Ioanni. *Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, Euangelizantur pauperes:* assectarum meorum & verbum Dei, ex me audientia potior turba paupercula est: *& beatus qui nō scandalizatus fuerit in me*, videns vitam meam popularem, ac plerisque principibus ac Pharisæis odiosam. Atque hæc ideo recensebat, vt occasionē præberet S. Ioanni (quia ipse Christus esset) scripturarū testimonijs probandi. Ita enim de Messia vaticinatus est Isaias. *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorū patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Dauid etiā alijque Prophetæ Christum patrem, auxiliatorem, protectorem pauperū fore asserunt, ac simplicibus ac plebeis futurum familiarem. Simul etiam adferebat hæc, vt occulte causam, cur hactenus sibi adhæsissent ipsis ingereret, quod nimirum vsitato ipsius viuendi genere offenderentur, tanta magistri sui S. Ioannis vitæ austeritate delectati.

Lib. 1. contra gentes.

Isai. 35. 5. & 6.

His

His iam ad magiſtrũ ſuum duobus legatis amandatis, commendauit Chriſtus populo ſummopere S. Ioannem ne forte leuitatis cuiuſdam de ipſo conciperent opinionem, tanquam qui iam de re ante multo conceſſa, quod nimirum ipſe eſſet Meſſias, nunc ſubdubitare inciperet. Populo enim dubitationis argumentũ eſſe potuit, hæc cum tali quæſtione diſcipulorum miſſio, atque ideo dicit Chriſtus; ex vicis, ex vrbibus huius Ioannis Baptiſtæ, vidēdi cauſa in eremum ſoletis excurrere, eius baptiſmo baptiſandi. Quid igitur de ipſo ſentitis, nunquid arundo vobis videtur huc illuc vento agitabilis? Aliud profecto quo clauſus iacet proclamat carcer, ob liberã & conſtantem regis Herodis redargutionem. Aut corpori ſeruire & commoda quærere ac ornatum veſtium? Nec hoc veſtes ipſius ſinunt pilis contextæ camelorũ: ac pretioſis veſtibus, qui in domibus regũ ſunt veſtiuntur. At nō quid magis Propheta videtur aliquis, quin imo veſtra opinione & Propheta maior eſt, tãtus enim eſt, vt de eo ante tot iã annos per Malachiam Prophetam, ad Chriſtum tanquã præcurſore eius, dixerit Dominus: *Ecce ego mitto Angelũ meũ ante faciem tuã, qui præparabit viam tuã ante te.* Malach. 3. a.

Documenta ſecundæ Concionis.

IN *illo tempore.* Proponitur hodie ab Eccleſia S. hoc Euangelium. *Primo,* quia aduẽtus veteris legis tẽpus figurat, in quo inter Iudæos de Chriſto prænunciantes agebant Prophetæ, & quidquid in veteri agebatur lege, ad Chriſtum ordinabatur, qui finis & conſummatio legis eſt, ac ſic ſacrificiorum ac cæremoniarum omnium, inter gentiles etiam magni nominis erant Philoſophi, qui ex lumine docebant naturæ, & Sybillæ complures, quæ diuinitus inſtructæ multa de Chriſto præſciebant. Sed nec Iudæos lex, nec ſua gentiles ſapien-

ſapientia nec Sybillæ quidquam ad perfectum adducebant. Ablegandi erant ad Chriſtum cũ duobus Ioannis diſcipulis qui Iudaicã figurabant & gentium nationẽ, vt ab ipſo doctrinam conſequerentur vel perfectionem. *Secundo*, vt doceamur quis nobis naſciturus ſit tantæ nimirũ dignitatis puer, vt Prophetarũ ſummus illi enuntiando non ſuffecerit, ſed ad Chri-

Ioan. 1. & 3. ſtum inſtruendos amandarit diſcipulos. Quamuis enim vtero concluſus materno perſenſerit eum & agnouerit, & poſtmodum plurima cum Iudæis & diſcipulis habuerit verba: nihil tamen erant iſta omnia ſi Chriſto comparentur, atque ijs quæ ex ipſo nobis dicenda veniunt. *Tertio*, vt cauſam incarnationis filij Dei habeamus perſpectam & quare in lucem hanc editus ſit, vt nimirum cæcis viſum, claudis greſſum, ſurdis auditum, morbidis omnibus ſanitatem, pauperibus ac miſeris ſolatium præſtaret. Atq; ideo duo nobis hoc aduentu curan-

Duo in Aduentu nobis præſtanda. da ſunt. *Primum*, cõſideranda filij Dei immenſitas, expendenda maieſtas eius qui nec cœli nec terræ ambitu continetur. *Alterum*, ruminanda tam corporis, quam animæ vitia ac temporalium rerũ defectus, vt ea Chriſto proponamus, & quantam animæ noſtræ ſalus tulerit immunitatem ab eis flagitemus, maxime autem peccatorum noſtrorum quibus totus orbis nihil habet nocentius.

II. *Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti*, Plurimi ſanctiſſimum virum Deo permittente ab iniquo rege in vincula coniectum attoniti ſtupent, imo etiam diuina ita diſponẽte pro-

Sapien. uidẽtia ſiue qua nihil vlli vnquam maxime vero pijs, *quorum animæ* vt ſcriptura ait *in manu Dei ſunt*, accidit. Scandalizantur multi vidẽtes iuſtorum anguſtias, impiorũ proſperitatem, ſed

Simile. hi Dei intentum nõ aſpiciunt. Si forte quis dux ſtrenuus cum ſumma diligentia inter labores & pericula ſumma fideliſſimã regi nauaret operam, Rex vero quotidie iam agros ſuos, iam ſuppellectilem pretioſam, iam pecunias, iam liberos ipſi ſubtraheret. Si item ſicarius quis ſemper regio capiti inſidians à rege cõſcio multis quotidie beneficijs honoraretur ac muneribus: recte autẽ ſtultum regem aut iniquum proclamares: at ſi rationẽ reddẽs rex diceret, bona huic fideli aufero duci, vt ea intra ſemeſtrem cũ centuplici fœnore reſtituam, liberos

vt eos

vt eos breui in ſummo conſtituam aulæ meæ culmine. Latroni autẽ huic pro tempore facio bene, intra paucos dies ipſum adacturus ſum ad crurifragium, ita ipſum vt plerunque reos tracto quos ante incendium aut extrema tormenta, hilarius refocillamus, regem eundem mutata ſententia iuſtum diceres, miſericordem, prudentem. Hac ratione procedit Deus iuſtis aduerſa, iniuſtis ſecunda, in hoc ſęculo immittit largiſſime, hos enim poſt hanc vitam tormenta vberrima, illos vero gaudia manent & præmia cumulatiſſima. Scripſit ante mille ducentos annos de adoleſcentula quadam S. Euagrius cui parens erat vitæ admodum ſanctæ ad Dei cultum alacris, Deum timens cum ſumma cautela peccata deuitans, exemplar virtutum omnium, hic maximam vitæ partem in morbo grabatoque exegit. Hic cum obdormiſſet tanta oborta eſt tempeſtatum procella, vt funeri curando ac humando difficultas eſſet non minima. Mater vero contra ab ineunte ætate omni dedita voluptati ſemper valens, admodũ parũ diuinis occupata negotijs poſt mariti obitũ, quo effrænem effunderat inſolentiam, mortua tandẽ eſt hæc ac cœlo tumulata ſereniſſimo. Filia vtriuſque parentis cõtemplata diuerſiſſima, hærebat vtrius calcanda ſumeret veſtigia, arridebant pluſculum materna tanquam fortunatiora multo quaſi Deus vitã iſtam fauore ſuo ſecundaſſet: at noctu adfuit ei vir terribilis eam contuens oculis & hac voce affatur: ſcire vis patriſne an matris vita ſanior, ſurge & me aſſequere, ingreſſi ſunt ſimul hortum amæniſſimum omni plane voluptate, aſpexit ibi inter beatorum turmas multa geſtientium lætitia patrem, irruit in amplexus, vt ſibi apud ipſum manere liceat obſecrans. Ad hæc pater quod poſtulas fieri non poteſt modo, hæc te poſt alteram vitam excipiet, ſi patriſſare non pigeat. Adduxit inde viæ dux dicens, veni vide æternum matris tuæ habitaculum. Domum ſubierunt tenebricoſam in qua fornax candens ardenti pice & ſulphure ebulliens, in denſiſſimorũ medio diabolorum matrem aſpexit vertice ſolo aſtantem, quæ viciſſim filiam ſuam intuita exclamauit miſere, vide ô filia mea quomodo peccata luam, patris tui ac ſimilium vitam inſaniam putabam dum viuerem, & vitam voluptuariam à Deo fore

Libro de prouidentia & contemplatione.

impunem, ſed eheu omnia experior contraria, momentanea erant gaudia cruciatibꝰ comparata ineffabilibus, & nunquã terminandis. Ah quis credidiſſet vnquam temporalis peccati iucunditatẽ tam dira pœna retaliandam? reduxit dein filiam domum qui ante abduxerat, vide vtrius diſcipula fias, elegit vitã patris, atque eam in omni ſanctitate aſſecuta eſt. Tu idẽ vide vt facias, & in piorum tentationibus abſtineas à murmuratione, quin Deum time cogitans cum S. Petro, ſi hic in vita ea iuſtorum ſors eſt, impius & peccator vbi parebunt, quæ eis poſt hanc vitam erit ſorbenda potio. Diſce etiam à ſanctis patientiam, qui nõ tantum aduerſa ſuſtinent, ſed etiam cum gaudio & exultatione adeunt, partim mercedis maximę cauſa quam expectant, partim etiam vt ſuam ardentẽ charitatem ſupremo Domino, ac dilectiſſimo ſponſo aliquo vſque probent. Non ſolent ſartores cõqueri, quod multitudine operis grauentur, vident enim laboris ſui pretium, nec matri labor grauis eſt: diligit enim ſuum cuius cauſa patitur filium.

1. Pet. 17.

Simile.

Animaduerte inſuper in iniqua hac S. Ioannis captiuitate peccatorum omnium, maxime autẽ impudicitiæ malitiam, quæ non tantum hominis ſpurcitia nõ ſatiatur, verum etiam alijs peccatis illaqueat. Viuebat in adulterio Herodes, poſtea in S. Ioannem Baptiſtam iniecit manus, occidit, demum & præſectum caput inter fercula inferri mandauit. Dauid poſt violatum thorum occidit Vriam. *Sanguis ſanguinem tetigit*, inquit Oſias, id eſt, peccatum peccata trahit, ac peccatorem vt plurimum in profundum mergit, in cædes, in apoſtaſiam, vt proh dolor quotidie videmus in inceſtis ſacerdotibus, in monachis quibus incontinentia ad hæreſim primus gradus eſt. Quare peccatũ fuge, & quam primum mortali culpa te ſenſeris inquinatum, ſtatim excute ne poſtea te grauet atque ad alia peccata te deprimat. Peccata etiã quotidiana inquit Auguſtinus hominẽ grauant, quãto magis lætifera quæ Dei gratiam auferunt, ac plumbi talento ac molaribus comparantur lapidibus, quia hominem ad terrena deprimunt, ac tandẽ in inferni abyſſum præcipitant. *Mittens duos de diſcipulis ſuis ait illi*, nõ miſit ante diſcipulos ſuos ad Chriſtum, quã cum circundatus carcere pateretur ꝓ veritate, tribulationes enim & paſſiones

Oſee 4. 2.

Epiſt. 108.
Zachar. 5. 8.
Apoc. 18. 21.

ſiones magnã homini de benignitate Dei præſtant fiduciam. *Primo*, quia per patientiam pro peccatis noſtris ſatisfacimus. *Secundo*, quia Chriſto per eam ſimiles reddimur, eius quaſi colores & ſymbola portantes, qui tam immania pro nobis ſuſtinuit. *Tertio*, quia per eam amoris noſtri in Chriſtum argumentum damus, non ſecus ac dux aut miles aliquis, qui in regis ſui gratiam libens caput ſuum obijciat periculis ac difficultatibus. *Quarto*, quia per aduerſa totos nos Deo reſignamus poſtulantes ad voluntatem eius omnino dirigi, quæ certe ſui reſignatio longe ſibi eſt acceptiſſima. Atque ideo S. inquit Paulus, *tribulatio, patientiam operatur, patientia probationem, probatio ſpem*. Id eſt, firmam & ſolidam in Deum fiduciam, voluptatem atque conſolationem internam, cum bono conſcientiæ teſtimonio, quod Deo curæ ſimus ac daturus ſit effectum quod petimus. Hinc tribulationes nõ parum deſiderare ſolent iuſti. S. Damianus cum in manus veniſſet latronum, interrogatus ab ijs nunquid timeret, *Nihil inquit, optimũ enim eſt pati pro Chriſto, quin potius rogarem vos ne breui compendio mortem mihi acceleretis, ſed paulatim ſingula præciſa membra, oculis meis contemplanda obijciatis vt ea Deo cõſecrem, ac cruciatus mihi conduplicetur, præmiumq; regni cœleſtis auctius efficiatur.* Aliam dabat S. Franciſcus rationem cur libens ſubiret aduerſa, nullũ enim inquit hoſtem habeo corpori meo infeſtiorẽ qui illud ferit, percutit, vexat, me de hoſte meo vlciſcitur, ſubſternitur ille pedibus hac vltione, ac liberum mihi relinquit animam ad Deum attollere. Inde eſt quod plurimi martyres (vt in vita ipſorũ teſtatur Metaphraſtes) dum ad ſupplicia ducerentur, peculiare aliquid Deum ſoleant flagitare: quidam proximorum conuerſionem, quidam ſingulare aliquid, quod impetrarent ijs qui ipſis honorem exhiberent, atque auxilia eorum deuote implorarent. Alij alia quæ magis ſub finem vitæ ſuaſit Spiritus. Quorum votis vt patientiæ fructum nobis faceret teſtatum liberaliſſime Deus annuit. Quis ignoret ea quæ Gorcomij in Hollandia circa annum Domini 1448. euenerunt. Ciuis quidã vltraiectinus iam pene ſeptuagenarius nomine Hentic. Kock, cum iã tecti domuſque intima vorax flamma lamberet, medijs ſeptus iacuit ignibus, ædium ſuarũ

Cur homo in tribulationibus de Dei miſericordia ſpẽ concipiat:

Rom. 5. h

Theodoret lib. 1. vita eius cap. 3.

Bartholom. Piſan. conformitate 11.

Vide vitam S. Barbar. Margaretæ, Blaſij, &c.

Vide tom. 6. Surij die 4. decem 8.

ruina pressus, ac omni naturali auxilio destitutus. Coluerat homo iste. S. Barbaram honore singulari commendans ei se quotidie, meminerat enim à prima sibi dictũ ætate sine confessione ac Sacramentis hinc non exire oẽs, qui eam venerari ac quotidie inuocare soleant. Hic igitur circumfurente vallatus incendio omni inops subsidio hac ratione, S. Barbaram cõpellauit, O Sanctissima virgo Barbara quodcunque spõsi tui viribus potes mihi hoc temporis articulo obsecro vt suppedites: adiuua me miserũ hic in peccatis morientẽ, effectum iam habeat tua intercessione primitus à Christo tibi facta promissio, cum fidẽ eius tuo sanguine consecrares. Redeat in memoriam spõso tuo virgineus iste collo tuo exuberans sanguis, recordetur ardẽtissimæ tuæ charitatis, nec animã meam à corpore exire permittas nisi confessione expiata, & sacrosancto Eucharistiæ Sacramento refectam. Vix dũ verba compleuerat & ilico quo pingi solet habitu apparuit ipsi S. Barbara disiecit pallio flammas ac porrecta manu de incendio in plateam extraxit dicens: quia mihi honorem habuisti ac per meas preces diuinã postulasti misericordiam, ad crastinã lucem vitã tibi noueris protractam, vt interim tibi cõfitendi & sacrosanctæ Eucharistiæ ac extremæ vnctionis sit locus. His dictis disparuit, omnia fere istius hominis flãma depasta erat à vertice vsque ad calcem tostus cremium aliquod esse videbatur, intestina omnia, ventrem, pectus, carnem absumpserat ignis: duas equidẽ ad filiæ domũ, in qua lectulo se reclinauit plateas pertransijt. Confessus est & suscepit extrema. Narrabat omnib⁹ quæ acciderant, membra omnib⁹ dabat tractanda dicens manus admouete libere omnis enim mihi sensus deficit. Tota ad spectaculum hoc cõfluxit ciuitas, & vt S. Barbaram venerarentur atque inuocarent quotidie hortabatur. Hæc Dominus Theodorus Pauli pastor Gorcomiensis literis mandauit, qui tũ & cõfessionem eius excepit, & Sacramenta ipsi administrauit. Permisit hæc Deus illis fieri temporibus, præuidẽs enascituras nostris sæculis hæreses, qui Catholicam sua perfidia adulterent fidem, qui inuocationes riderent sanctorum, qui Sacramenta spernerent ac hesterna nuperaque somnia pro Dei verbo venditarent. Vel solũ hoc miraculum ipso-

ipsorũ falsimonia arguit, eoq; magis illud exsibilare soleant ac credere nolint, etsi publice in totius ciuitatis conspectu gestum, quia videlicet doctrinæ ipsorũ contrariatur. Clarum hinc est quãta fiducia nihil hæsitantes à Deo postulent, ac facile impetrent, qui pro nomine ipsius multa tolerent, neque vero apud Deum solum, sed etiam sanctã Ecclesiam voti redduntur compotes. Cum enim gentilium Imperatorũ temporibus Christianis vincula innecterẽtur fidei causa, ac tormenta pararentur, cõfugere solent Christiani qui in peccata erant lapsi, aut ab Episcopis excommunicati, ad sanctos Confessores ac martyres, ac ab ijs literas petere ad Episcopos vt ipsorum commẽdatione reciperentur in gratiam, erant in honore summo hæ literæ apud Episcopos, vtpote martyrum manu conscriptæ, quorum tormenta merebantur apud Deum & homines exaudiri. Qua de causa in aduersis ab omni cessem[9] querimonia in diuina misericordia firmantes animum & nostras preces æstimantes maximi.

Nota peruetustũ indulgentiarum vsum.

Docet *primo*, S. Ioannes mittens discipulos suos ex carcere ad Christum, omnem nobis adhibendam diligentiam, vt & alios Christo lucrifaciamus. Christiani enim hominis officium nõ quiescere statim cum ipse Deo suo seruiat, sed proximos etiam verbo & opere ad Christum & vitæ sanctitatẽ adducere. Quemadmodum S. Ioannes nos monet dicens: *qui audit dicat veni*, id est, qui Dei in se audit & sentit inspirationẽ, alios etiam secũ assumat. Vbi enim est ignis ibi calor in omnẽ partẽ se diffundit. Cantabat Dauid, *Domine spiritu principali cõfirma me, docebo iniquos vias tuas & impij ad te conuertentur*. Hæreticos videmus diabolico quẽ fouent igni in aliorũ seductionẽ inardescere, atque vt perfidiam suam quã latissime dispergãt nec laborib[9] parcere, nec impẽdijs. Turpe est Catholicos hac in parte inueniri segniores, maior enim est virtus Spiritus S. qui Apostolos per orbem diffudit vniuersum, quã spiritus erroris atque hæresion. Ita in S. Ioanne præualebat vt etiam de carcere & vinculis ad illos vsque exereret efficaciam, qui Christum audiebant concionantem, mittens enim discipulos suos hoc quærebat, vt ipsorum interrogatione ac Christi responsione omnes erudirentur Christi infantes, ac veram

Quid ex Ioannis missione documẽti hauriendũ.

Apoc. 22. 17.

Psalm. 50.

Christi consequerentur notitiam. Charitas eius non alligata, sed foras iaculabatur radios per rimas, charitatem suam ignis conclusus. Documentum hic datur omnibus parentibus, vt filios suos fidelibus cõmendent magistris, maxime cum hinc euocãtur, ne maior videatur esse sollicitudo, quibus filios locupletent, quam timoris Domini & institutionis Christianæ, antiquus quidem ita ait doctor: *Ioannes volebat discipulos suos Christo adiungere, tanquã si prouidus pater moriens filios suos consignet fideli tutori.* Cura fuit Abraham nõ minima, ne de Chananæorum genere Isaac filius eius duceret vxorem: Ita Isaac pro Iacobo filio suo, ita Tobias senior pro Tobia iuniori sollicitudinem gesserunt maximam. Nobiles Romani multi teste S. Gregorio filios suos B. Benedicto dederunt instituendos. Studiosissime nobis aduigilandum est ne ad hæreticos nostri diuertant liberi, ita enim idolo Molock adolerentur, id est, offerrentur diabolo. Pharisæi mare circuibant & aridam vt vnum facerent proselitum, & faciebant ipsum filium gehennæ duplo quam erant ipsi. Suos etiam mittebãt discipulos ad Christum, nõ vt doctiores redirent, sed vt eum cauillarentur, atque in sermone caperent. Idem & hæretici factitant qui discipulos suos ad Euangelia ablegant vt diuina deprauent, legentes & audientes verba vt Christũ arguant, & vt S. inquit Ambrosius, scripturas scripturis impugnent. Nec sane multo mitius plurimi agunt Catholici, qui in ludibrium & contumeliã verbi diuini, opera data secus ac pro cõcione audiunt, negotia sua instituunt. Taxatur in cõcionibus nimiũ vestium luxus, filias suas interim, vt veneris comptas ad templa emittunt, sacerdotum verba, imo Dei oracula subsannantes, ac opere clamantes: vos vt libet prædicate, nos quod videbitur agemus, vobis verba, nobis opera relicta sunt: sed eheu in posterum etiam tormenta inuenient, & superflui ornatus loco flammis, serpentibus, catenis, ferro candenti, & omnibus circumponentur calamitatibus.

Author operis imperfecti hom. 37. | Gen. 24. 3. | Gen. 28. 2. | Lib. 2. dialog. cap. 3. | Matth. 23. 15. | Matt. 22. 16. | In cap. 3. ad Titum.

Secundo.

Secundo docet nos S. Ioannes profiteri fidem in vitæ extremo, nec vllis diabolorum labefactari tentationibus: laborat etenim eo temporis momento, quantum potest Satan, vt ad diffidentiam atq; desperationem homines pertrahat: at nos omni

omni ipſius aſtu, omni fraude, ſuperiores roborabimus contra iſta animum, ac cõtra perfidiam omnem ſancta Eccleſiæ Catholicæ fide, quæ per totum orbem diffamata eſt, & ab Apoſtolis ad nos vſque integre tradita armabimur. Contra deſperationem ſpem collocamus, nõ in bonis operibus quæ fecimus nos (quamuis & ipſa chara habeat Dominus & præmio ſuo dignabitur.) Sed in Chriſti paſſione quam pro nobis exantlauit ac noſtri iuris eſſe voluit. atque ideo Catholicis in agone cereus datur benedictus, vt eum manu tenentes opere proteſtentur ac omnibus teſtatum faciant, ſe in iſto defungi, quod in baptiſmo acceperunt, vbi illis ardens porrigebatur candela, vt ſignificaretur, per calorem & lumen flammæ, lux fidei & ardor charitatis, per lõgitudinem autem ſpes patiens & fundata. Datur ipſis & crucifixi imago, vt contra omnem puſillanimitatem ac deſperationem meritis nitantur Chriſti, ac Deum patrem orent, vt iſta hora tormenta filij ſui dilecti media ponat inter peccata noſtra, & iuſtitiam ſuam, nec opera noſtra aſpiciat niſi illis meritis circumueſtita. Quare agonizantibus ſoleat porrigi accenſus cereus. Quare iiſdē datur & crux.

IV. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus*? Non quærit hic S. Ioannes tanquã dubius, ſed vt certioribus argumentis quod ſæpe dixerat Chriſtum comprobaret, à diſcipulis tũ demum crederetur ſuis, teſtimonium Dei humano multo maius eſt atque apertius. Quæſtio hæc omnium quæ moueri poſſunt erat difficillima: nam quo maior non ſurrexit inter natos mulierum, Deum æternamque ſapientiam rogat quis ſit, noſtræ ſapientiæ ſumma eſt ſi Deum agnoſcamus, imo *hæc vita eſt æterna, vt cognoſcamus verum Deum, & quem miſit Ieſum Chriſtum*. Ioan. 17. 3. Hæc nobis quotidie enodanda foret quæſtio, probe enim habere compertum Deum eſſe iuſtitiam infinitam, miſericordiam, pulchritudinem, bonitatem, ſapientiam, &c. peccati nobis horrorem creare fiduciam, charitatem, ac vehemens vt ipſi iungamur deſiderium. Huius rei contemplatio primis temporibus ſanctos aliquos totos dies detinuit. Simeõ ſtilites his ruminãdis, tres & viginti horas (vt Theodoretus eſt author) quotidie occupabatur, ac nobis lõge foret vtiliſſimũ, ſi vel ſemel quotidie, aut Dominicis ſaltē In Philoth. cap. 26.

diebus sedulo hoc meditaremur, vt tanto in nobis maior cõsisteret Dei notitia. Tertullianus S. Ioannẽ cum hæc quæreret dubitasse auctumat, verum fallitur, ipse enim Christum iam ante digito monstrauerat ac multo sermone de ipso egerat: Iesum dicens verũ Messiam, sponsum cœlitus missum à Deo, quẽ crescere oportebat, qui spiritũ nõ ad mẽsuram acceperat cui Deus omnia tradiderat in manus, in quẽ omnes qui saluari vellent credere deberent, &c. Neque vero à Christo tantã meruisset laudem quãtam ipsi in hoc dedit Euangelio si nutasset in fide, S. Gregor. hac interrogatione à S. Ioanne quæsitum putat num ad inferos etiam venturus esset Christus, & de lymbo Patres de purgatorio extracturus, animas sicuti in terras descenderat, vt passione sua viuas à peccatis liberaret, & num lætũ hoc nuntium nuntiaret inferis, atque illuc sicut in terris præcursoris fungeretur officio. Docens nos *primo*, nõ contentos esse dignitate atque honore quæ nobis in mundo obuenerunt, sed laborem eo referre, vt post hanc vitã gradũ ascendamus altiorem, aut saltẽ ad inferiorem non descendamus: qua de causa sapiens aiebat, *si delectamini sedibus ac sceptris ô reges populi diligite sapientiam & in perpetuum regnabitis.* S. Paulus iubet nos ita hic gaudere in Domino, vt lætemur in perpetuum. Quemadmodum S. Ioannes Propheta erat, & viuus apud viuos anteambulo, ac eiusdem officij dignitatem mortuus apud defunctos seruauit. *Secundo*, docet nos ꝓ defunctorum animabus alacriter exorare curamque gerere, nec in vita tantum præstare bona, sed post vitam etiam cõtinuare beneficia, eoque magis quod tum arctior eos quã cum viuerent teneat angustia. Omnem excedit dolorem tormentum purgatorij, nec facilis inde est liberatio. in Ecclesijs multis sæculis anniuersaria reperuntur, vt doceamur per centenos aliquot annos detineri aliquos in purgatorio, idcirco magnæ charitatis opus est opem ferre defunctis, quo ex iustitia tenentur omnes qui vel corporis vel animæ vel spiritualia vel temporalia ab ipsis experti sunt beneficia, vt hanc scripturæ consequantur benedictionem, *Benedictus sit à Domino qui eandem gratiam quam præbuerat viuis seruauit & mortuis.* Qui in hac parte deficit Deo disponente, aliorum etiam precibus aut omnino solet

Lib. de baptismo & lib. contra Marcionem.
Ioan. 1. 29.
Homil. 6. in Euang.
Ex hac Ioannis interrogatione duo documenta eruuntur.
Sap. 6. 22.
Philip. 4. 4.
Cæsar. Arelatens. Hom. 8. in Euang. & S. Eligius hom. 8.
Ruth. 2. 20.

ſolet deſtitui aut admodum negligenter iuuari, adeo vt ex ijs parum ſentiat ſolatij : defunctus ex Franciſcanorum ordine nonnullus qui pro familiæ iſtius defunctis languide,frigideq; inceſſerat,orabatur de more ordinis pro anima ipſi⁹, ſed poſt paucos dies,vni ex fratrib.apparuit cõquerens ſibi ex omnib⁹ illis precibus nihil veniſſe leuaminis,quod eas Deus ijs ſuſcepiſſet defunctis quibus ipſe precum ſubſidia debuerat,atq; iã debito iſto pro ſe fuſis fratrũ precib⁹ perſoluto, rogabat eaſdẽ iterari in ſui gratiam,impetrauit atq; ita de purgatorio liberatus eſt.S. Ambroſius interrogationem hanc pro admiratione accipit,non ſecus ac ſi dicat.S.Ioannes:fierine poteſt ô Domine vt tu qui omnes dignitates ſuperas ante tot ſęcula &annorum millia à Deo promiſſus,à Prophetis vt redemptor & omnium creaturarũ rex pręnunciatus,in tanta paupertate ac humilitate conuerſeris inter homines? cui interrogationi Chriſtus ſatisfecerit miraculis adſtruens maximam & diuinam ſuam potentiam;ſimul declarans Chriſtianorum myſteria externa ſpecie modica eſſe,&mundanis contemptibilia oculis, ſed quoad animam,& quæ ſub ijs latent efficacia, ſimplex eſt ſanctarum ſcripturarum ſermo ac vilis,riſus infidelium,virtus autem eius in ſenſu verborum ſumma in ſalutem omni credenti,vt S.Paulus ait : Sacramenta noſtra exterius pauxillum adhibent aquæ, olei, chriſmatiſque pauxillum,panis modicum,&c.ridentur hæc omnia criſpanti nare à noſtris hæreticis , ſed qui ad ea digne accedunt Spiritus ſancti virtutem experiuntur.mirari poſſumus diuinam cum S.Ioanne ſapientiam,qui rebus viliſſimis ad maxima peragenda vtitur.

Bartholomæus Piſanus cõformitate 9.

Rom.1.16.

Quidam hanc S.Ioannis interrogationem ita intelligunt quaſi S.Ioannes petierit à Chriſto roborari in fide,non tanquam in ea hæſitans , ſed vt iucunditatem ac ſolatium caperet,videns fidem ſuam tot modis confirmatam: quemadmodum Doctores ſcholaſtici,naturales conquirunt rationes ad ea ſtabilienda,quæ certa tenent & fide inconcuſſa, verbi gratia , Dei vnitatem, corporum reſurrectionem , vniuerſale quoddam Dei futurum iudicium,&c.quæ motiua quo plura ſunt & copioſiora,eo fundatiores animatioreſque nos reddunt,ita certa fide Ieſum eſſe Redemptorem mundi à S.Spiritu

ritu inſpiratus, & paterna voce de cœlo delapſa quam cum baptizaſſet eum, audierat inſtructus credebat, hic eſt filius dilectus in quo mihi bene complacui. Cupiebat nihilominus ab ipſo etiam doceri Chriſto, & miraculis in fide ſua ſtabiliri, abſtinuerat enim fere omnibus miraculis, vſque ad ſancti Ioannis captiuitatem Chriſtus, ne ei faceret præiudicium, qui miracula nulla operabatur: illo iam in ergaſtulo retruſo, ac ſolus verbum Dei prædicans Chriſtus, prodigia iſta faciebat, quæ fama ad ſanctum Ioannem detulerat: qui de his cupiens fieri certior, diſcipulos mittebat, vt ex illis vt teſtibus oculatis eadem intelligeret. Fœlicitatem noſtram hinc Catholici nos colligere poſſimus quorum fides tot modis declarata, ſtabilita, ratificata; ac roborata eſt, tanta miraculorum multitudine, tot Patrum Scriptis, tot Eccleſiæ Doctorum argumentis ſucceſſione nunquam interrupta, traditione nunquam violata, omnium ſemper Catholicorum, in eandem fidem conſenſione totius Eccleſiæ, quæ totum orbem occupauit vnitate, &c. Interpretatio etiam alia eſt quæſiuiſſe S. Ioannem hac interrogatione, quæ antea docuerat Chriſti calculo comprobari, vt diſcipuli ipſius omnes ac ſinguli, & illi præcipuè qui baptiſmate illius baptizati erant, de doctrinæ ipſius ſinceritate fierent ſecuri. Quemadmodum & ſanctus Paulus cum Apoſtolis reliquis de doctrina atque & concionandi modo contulit, vt ea ratione ſcrupulum omnibus eximeret diſſentientis, ab Apoſtolis reliquis, doctrinæ, & inſtitutionis. Duo concionatus erat ſanctus Ioannes, *primum*, ſe Chriſtum non eſſe. *ſecundum*, Ieſum Mariæ filium Chriſtum eſſe: duo hæc à Chriſto probata & teſtata voluit, tanquam cuius authoritas maior, vt illa ratione diſcipulos ſuos à ſe ad veram Meſſiam mitteret, vbi inſtruerentur plenius, ac Spiritum ſanctum quem ipſe dare non poterat, acciperent: nec non vt ora oppilaret Phariſæorum, quibus erat in votis, inter Chriſtũ & ſanctum Ioannem ſeminare diſcordias. In principio enim cum concionari & baptizare inciperet ſanctus Ioannes, priuſquam docendi munus inchoaſſet Chriſtus, populum videntes omnem vitæ ipſius ſanctitate

Matth. 3.

per-

permotum illuc concurrere, se autem deseri. Æmulatio quædam ac inuidia ipsos inuasit destinatis ad S.Ioannem legatis, qui quærerent, quis esset, & cur baptizaret, verũ cum iam etiam Christus ad concionem populos, ad se discipulos traheret, statim discipulos S.Ioãnis sibi adiunxerunt, vt communi manu persequerentur Christum, murmurentes, tum quod Christi discipuli non æquè vt ipsi ieiunarent, tum quod frequentiores ad ipsum quam S.Ioannem venirent, suspicare populus poterat dissidere Christum à S.Ioanne, atque ideo omnem talem suspicionem ipsorum animis euellere, ac sibi non secus cum Christo ac discipulo cum magistro conuenire, quæstione sua insinuatum voluit S.Ioannes. Imitantur hæretici omnes hanc Pharisæorum inuidiam; licet enim maximè inter se sint diuisi, in supprimenda tamen Ecclesia laborem ponunt vnanimem & extremam nauant operam, vt Catholicos (quos omninò peruertere non possunt) auersione quadam de Ecclesiasticis cæremonijs & constitutionibus S.Ecclesiæ peius sentire faciant, & paulatim ad hæresin suam bene disponant, nihil sanius quam hypocritas istos fugere, ingenium S.Ecclesiæ substernere, & superiorum verecundiora cæcis, clausisque oculis transire, aut exemplo Sem & Iaphet tegere, nostra autem lynceis oculis rimare & castigare. Notandum etiam S.Ioannem, cum liber esset digito Christum demonstrasse & dixisse: *Ecce Agnus Dei.* Verum iam vinculis & captiuitate, ipsius accessu & demonstratione prohibito ad eum mittere discipulos: vt Deo ea quæ tempora ferunt ministeria exhibeamus, quamdiu sani, quamdiu liberi sumus bonis ipsimet seruiamus operibus: cum verò morbus atque alia obstacula præpediunt, per patientiam nostram, & aliorum operam quos ad ista bonis exemplis excitamus, quemadmodum enim nunquam liber, ita à Christo laudatus est sanctus Ioannes, sicuti in necessitate & catenarum ligatione, ita non raro ægrotantium patientia laboribus ijs Deo acceptior est, quos in bona valetudine ac prosperitate adferrent. Bene etiam obseruanda sunt huius quæstionis verba: non quærit tu es Christus aut Messias, aut Saluator mundi: verum tu es

tu es qui venturus es, vt ostenderet se aliam de Christo atque Iudæos habere sententiã, illi enim à Messia suo promissiones temporales & vitæ huius commoda sperabant, sed S. Ioannes spiritualia atq; æterna expectabat à Christo quæ hic nobis nõ obueniunt perfectè, sed in sæculo futuro, & Christus qui semel venit in subsidium animarum, ad gloriationẽ corporum pariter & animarum veniet secundo. Disce verba hęc nunquã à corde dimittere in omnibus inspirationibus, & semper examina vtrũ cogitationes tuæ à Deo tibi immittãtur, qui verba, opera, cogitationes omnes iudicare veniet, id est, antequã ea quę in animũ tuum incidunt exequaris: expende sedulo vtrũ Christi adstans tribunalibus quæ meditaris, facta vel infecta velles, si enim tum infecta cuperes, cessare ab ijs iam consultũ fuerit: cura vt districtum Christi iudicium regula sit & lapis lydius omnium tuorum operum.

V. *Et respondens Iesus: ait illis, euntes renunciate Ioanni quæ audistis*

1. *& vidistis*: Christus non verbis; ego sum: sed factis loquitur. *primum* ne quam daret occasionem accusationi apud Pilatum, quasi constituat se regem contra cęsarem: necdum enim patiendi hora venerat, antequam ex præscripto patris populum necessaria satis edocuerat. *secundum*: vt doceat nos in omni difficultate ad se confugere, Dei enim est eos qui se inuocant adiuuare. Monebat filios Israel Hieremias deos Babilonio-

Cur Christus nõ tam verbis, quã operibus adstruat se Messiã esse, in lege olim promissum.

2. rum non timere aut venerari, *non enim*, inquit: *hominem à morte liberant, non infirmum à potentiore eripiunt, non viduæ miserebuntur, non orphanis benefacient*, &c. Deum habemus viuentem & videntem, qui necessitates nostras aspiciat, opitulari possit, &

Baruch. 6. 35.

3. quandocunque expediet velit. *tertium*, quia multo efficaciora sunt opera & verbis multo sonant clarius & fortius: verba enim transeunt operibus manentibus, S. Lucas, ait: *cœpit Iesus facere & docere*, primum videlicet factis, postea docens eloquijs. Quod ipsum omnibus etiam faciendum Doctoribus, cui enim vita eadem quã verbis docet, præcepta sua reipsa possibilia esse demonstat. S. Bernardus duos ait ex sensibus nostris perhibere testimonia, visum videlicet atque auditum, quando hæc duo consentiunt fidem merentur. Cùm itaque verba audis, & opera cernis idem comprobantia, quin ita sit nihil

Act. 1. 1.

Serm. 59. super Cant. in fine.

nihil dubites, ſed veritatem ſequeris. Qui ſermone non poteſt opere doceat. Clarior inquit Chryſoſtomus factorum quam verborum vox eſt & memoria maior, qui ore non opere docet ſeipſum condemnat, inſtruens enim alios ſeipſum non inſtruit, ac manibus ſubuertit quæ lingua ædificauit. Qui viatori ſemitam ad vrbem monſtrat aliam quam qua ipſe ad eandem pergit, ludibrio videtur habere hominem & fraudẽ facere, veſtigiorum magis quam verborum habiturus rectorem. Ita nec filij parentibus, nec ſimplices eccleſiaſticis credunt Superioribus ac Doctoribus, ſi aliud dicant aliud agant. Eo modernæ noſtræ prodiere hæreſes principio, videns enim plebecula ſacerdotum ac religioſorum vitam profligatam, & verba audiens ſana, maiorem verbis quam factis ipſorum fidem habere noluit, ſed nouatoribus magis adhæſit docentibus, ſuam ſufficere fidem in Chriſtum, bona autem ad ſalutem non eſſe neceſſaria. Tales etiam circa annum Domini 1216. vixerunt hæretici Albigenſes, contra quos S. Epiſcopus Didacus cum 12. Abbatibus doctis, non verbis tantum, ſed & factis diſputationem inſtituit. Omnia enim ſua dabat pauperibus pedibus in paupertate ambulantes. Atque ita eruditione & exemplo multos ad frugẽ conuerterunt. fecerunt idem circa eadem tempora SS. Dominicus & Franciſcus primi mendicantium ordinum fundatores, vt paupertate & vitæ forma homines ad Deum pertraherent. donet noſtris ſæculis Deus eiuſmodi Sanctos, qui oues balantes eadem via ad veritatem reducant. *Quartum*, miraculis ſuis ſatisfecit quæſtioni Chriſtus, ne vlli nouam in fide adferenti doctrinam aures demus, niſi ſupernaturalibus operibus ſe à Deo miſſum eſſe oſtenderit. Cum enim fides ad ſalutem æternam neceſſaria ſit, non voluit Deus in ea vllã admitti mutationem niſi aperta ac ſolida ſecum tulerit teſtimonia diuinæ miſſionis. Cum naturæ legem, in legem Moſaicam conuertere vellet Deus: datam ad hoc Moyſi commiſſionem plurimis oſtẽdit miraculis. eodem modo cum lex Moyſaica in euãgelicam Chriſto authore tranſiret, miraculis noſtram adſtruxit fidem, rogatus enim qua authoritate hoc faceret, reſpondere ſolet Chriſtus.[a] *Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere.* item, [b] *ego habeo teſtimonium*

72. ad pop. & Hom. 16. in Matth.

Simile.

Quando floruerunt Albigenſes Hæretici.

Theodorus de apol. dia. lib. 1. vita c. 6 prout extat tom. 4. Surij die 4. Aug.

4.

a Ioan. 10. 37.
b Io. c. 5. & 8.

tu es qui venturus es, vt ostenderet se aliam de Christo atque Iudæos habere sententiã, illi enim à Messia suo promissiones temporales & vitæ huius commoda sperabant, sed S. Ioannes spiritualia atq; æterna expectabat à Christo quæ hic nobis nõ obueniunt perfectè, sed in sæculo futuro, & Christus qui semel venit in subsidium animarum, ad gloriationẽ corporum pariter & animarum veniet secundo. Disce verba hęc nunquã à corde dimittere in omnibus inspirationibus, & semper examina vtrũ cogitationes tuæ à Deo tibi immittãtur, qui verba, opera, cogitationes omnes iudicare veniet, id est, antequã ea quę in animũ tuum incidunt exequaris: expende sedulo vtrũ Christi adstans tribunalibus quæ meditaris, facta vel infecta velles, si enim tum infecta cuperes, cessare ab ijs iam consultũ fuerit: cura vt districtum Christi iudicium regula sit & lapis lydius omnium tuorum operum.

V. *Et respondens Iesus: ait illis, euntes renunciate Ioanni quæ audistis*
1. *& vidistis?* Christus non verbis; ego sum: sed factis loquitur. *primum* ne quam daret occasionem accusationi apud Pilatum, quasi constituat se regem contra cęsarem: necdum enim patiendi hora venerat, antequam ex præscripto patris populum necessaria satis edocuerat. *secundum*: vt doceat nos in omni difficultate ad se confugere, Dei enim est eos qui se inuocant adiuuare. Monebat filios Israel Hieremias deos Babiloniorum non timere aut venerari, *non enim*, inquit: *hominem à mor-*

Cur Christus nõ tam verbis, quã operibus adstruat se Messiã esse, in lege olim promissum.

2. *te liberant, non infirmum à potentiore eripiunt, non viduæ miserebuntur, non orphanis benefacient*, &c. Deum habemus viuentem & videntem, qui necessitates nostras aspiciat, opitulari possit, &

Baruch. 6. 35.

3. quandocunque expediet velit. *tertium*, quia multo efficaciora sunt opera & verbis multo sonant clarius & fortius: verba enim transeunt operibus manentibus, S. Lucas, ait: *cœpit Iesus facere & docere*, primum videlicet factis, postea docens eloquijs. Quod ipsum omnibus etiam faciendum Doctoribus, cui enim vita eadem quã verbis docet, præcepta sua reipsa possibilia esse demonstat. S. Bernardus duos ait ex sensibus nostris perhibere testimonia, visum videlicet atque auditum, quando hæc duo consentiunt fidem merentur. Cùm itaque verba audis, & opera cernis idem comprobantia, quin ita sit nihil

Act. 1. 1.

Serm. 59. super Cant. in fine.

nihil dubites, sed veritatem sequeris. Qui sermone non potest opere doceat. Clarior inquit Chrysostomus factorum quam verborum vox est & memoria maior, qui ore non opere docet seipsum condemnat, instruens enim alios seipsum non instruit, ac manibus subuertit quæ lingua ædificauit. Qui viatori semitam ad vrbem monstrat aliam quam qua ipse ad eandem pergit, ludibrio videtur habere hominem & fraudẽ facere, vestigiorum magis quam verborum habiturus rectorem. Ita nec filij parentibus, nec simplices ecclesiasticis credunt Superioribus ac Doctoribus, si aliud dicant aliud agant. Eo modernæ nostræ prodiere hæreses principio, videns enim plebecula sacerdotum ac religiosorum vitam profligatam, & verba audiens sana, maiorem verbis quam factis ipsorum fidem habere noluit, sed nouatoribus magis adhæsit docentibus, suam sufficere fidem in Christum, bona autem ad salutem non esse necessaria. Tales etiam circa annum Domini 1216. vixerunt hæretici Albigenses, contra quos S. Episcopus Didacus cum 12. Abbatibus doctis, non verbis tantum, sed & factis disputationem instituit. Omnia enim sua dabat pauperibus pedibus in paupertate ambulantes. Atque ita eruditione & exemplo multos ad frugẽ conuerterunt. fecerunt idem circa eadem tempora SS. Dominicus & Franciscus primi mendicantium ordinum fundatores, vt paupertate & vitæ forma homines ad Deum pertraherent. donec nostris sæculis Deus eiusmodi Sanctos, qui oues balantes eadem via ad veritatem reducant. *Quartum*, miraculis suis satisfecit quæstioni Christus, ne vlli nouam in fide adferenti doctrinam aures demus, nisi supernaturalibus operibus se à Deo missum esse ostenderit. Cum enim fides ad salutem æternam necessaria sit, non voluit Deus in ea vllã admitti mutationem nisi aperta ac solida secum tulerit testimonia diuinæ missionis. Cum naturæ legem, in legem Mosaicam conuertere vellet Deus: datam ad hoc Moysi commissionem plurimis ostẽdit miraculis. eodem modo cum lex Moysaica in euãgelicam Christo authore transiret, miraculis nostram adstruxit fidem, rogatus enim qua authoritate hoc faceret, respondere solet Christus.[a] *Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere.* item, [b] *ego habeo testimonium*

72. ad pop. & Hom 16. in Matth.

Simile.

Quando floruerunt Albigenses Hæretici.

Theodorus de apol. dia. lib. 1. vita c. 6 prout extat tom. 4. Surij die 4. Aug.

4.

a Ioan. 10. 37.
b Io. c. 5. & 8.

Ioan. 5. 24. *nium maius Ioanne, opera quæ dedit mihi pater,* (nimirum miracula) *vt perficiam ea, ipsa testimonium perhibent de me,* & alibi de Iudæis sic, *Si opera non fecissem in eis, quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent.* Neque verò miraculis tantum mutationem legis sibi placere monstrauit Deus: sed nec notabiles vllos in Ecclesiam mittere solet reformatores, vt aliquam in moribus introducant mutationem sine signis. Sanctus Antonius Heremitarum fuit institutor, sanctus Benedictus prima monasteria in latina erexit Ecclesia. Dominicus & Franciscus mendicantes fundarunt ordines, sine censibus & reditibus solis eleemosynis victuros omnes, hi plurimum in S. reformarunt Ecclesia, maximè contra Hæreticos, sanctus Antonius contra Arrianos; sanctus Benedictus contra Gothos arriana hæresi infectos; Dominicus & Franciscus contra Albigenses. Verum tulerunt à Deo secum bonæ fidei literas, quibus legationem adstruerent, euidentia nimirum miracula quibus vitæ ipsorum ab alijs conscriptæ sanctis inclaruerunt. Quando itaque sub verbi Dei pallio subinseruntur in orbem nouitates, & nostræ & patrum memoriæ inuisas, testimonia exigenda sunt à nouatoribus commissionis. Quo solæ Scripturæ non sufficiunt, tum quia non solum Catholici Scripturas recipimus, imo iam ante aduentum ipsorum possedimus, quas ipsi acceperunt à nobis, verum omnes eos pro se adducunt hæretici tanquam suæ doctrinæ adstipulantes, cum tamen ipsi inter se non leuiter pugnent, tum etiam quia de scripturarum sensu danda sunt testimonia, in omni enim nouo dogmate de sana Scripturæ intelligentia disputatio est, num videlicet eo accipienda sit sensu quo ab antiquis interpretata est patribus, an potius nouo aliquo, quem nouatores adducunt & quandoquidem omnes semper nouitates, aut simul nascuntur, aut alia non multo post alteram, quo tum modo ea explicanda sit, num videlicet ex sensu Arrij, aut Macedonij, an Nestorij, an Lutheri, an Caluini, &c. Hæc omnia scripturę textus relinquit ambigua, ideoque adducenda sunt testimonia manifestiora, quę vtique alia à miraculis esse nō possunt, quæ nunquā ad erroris aut hæresis confirmationem fiunt. Atque ita omnes miraculorum glo-

gloria destituuntur hæreses, quamuis illud omni arte, omni industria non raro contenderint. [a] Sciendum interim tria prodigiorum seu miraculorum esse genera. *primum*, fucatum atque adulterinum ab arte magica, cum alia quam reuera sunt apparent, quo pacto Simon Magus mortuum suscitare videbatur, cuius caput opera diaboli nutabat. Simile quid circa annum Domini 719. in Frisia accidit, vbi sanctus Willibrordus Episcopus omni studio Radbodum Frisiæ dominũ ad fidem laborabat adducere, obstabat diabolus nocturno eum regis spectro ludens, & vt in idololatria persisteret cohortans paratum sibi à morte pallatium magnificentissimum, quod seruo si eum mittere vellet, speculandum concederet. Abijt illuc seruus secum assumpto Diacono Catholico; digressi ab vrbe deducuntur in auream plane substructionem, introeũtes plurimum maximi pretij illic ornatum conspexerunt. At disparuerunt omnia facto à Diacono Crucis signo, atque in aperto se deprehenderunt campo: ita conuersus est & baptizatus seruus nomine Ingommarus; Radbodus mortuus est ante ipsorum reditum, & à morte S. Willibrordo candentibus apparuit catenis reuinctus. Signa huiuscemodi mendacia operabantur Albigenses circa annum Domini 1220. ambulantes super aquas, atque eo pacto abduxerunt multos. Verum non tulit diu Deus hanc fraudem, aspiciens enim Sacerdos quidam bonæ vitæ, aquas turbarum vestigijs substratas, Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum in easdem deiecit, & statim ibant in profundum quasi lapis; detulerunt inde SS. Angeli corpus Domini, & in templo super altare reposuerunt, hæc ex Cæsario viuo eius temporis scriptore. nostris etiam temporibus non absimilibus, homines fascinare solent Anabaptistæ præstigijs, idiotis confestim legendi scribendique ars nota est, verum vbi hæresin repudiarint, ad pristinam redeunt ruditatem & ignorantiam. *secundum* miraculorum genus est, quod hominis quidem virtutem, non tamen bonorum, malorumque angelorum excedit potentiam, verbi gratia, has in alias mutare creaturas, quomodo incantatores apud regem Pharaonem diabolica opera virgas vertebunt in serpentes,

[a] Tria miraculorum genera. Primum eorum.

Ionas in gestis S. VVulfranni tom. 2. Surij die 20. Martij.

Lib. 9. Historiarum c. 12.

Secundum eorum quæ humanas quidẽ vires non tamen angelicas excedunt.

Exo. c. 7. & 8. pentes, aquam in ſanguinem, ranaſque producebant. facile enim eſt tam bonis quam malis ſpiritibus naturæ ſuæ ſubtilitate breuiſſimo tẽpore elementa omnia & actiua paſſiuis miſcere ita, vt naturaliter inde talia reſultent. In eũdem modum prophetare vidẽtur quæ in diſſitiſſimis geruntur regionibus, peruerſa agilitate vt diſcipulos ſuos S. monebat Antonius nũtiorum ac fame celeritate. Verum ne prodigijs iſtis mendacibus in errorem ducantur mortales, in hæreſis aut erroris confirmationẽ tale quid fieri Deus permittit nunquã: licet enim morbos quoſdam & vulnera curare poſſint diaboli, imo ipſa eadem per veneficos omnino auferunt. ſcriptũ tamẽ eſt nuſquam ab hæretico hæreſim tali miraculo confirmatam. temporibus Antichriſti quando ſoluendus eſt Satanas plurima huiuſmodi (Scriptura teſte) contingent prodigia, hoc tamen diſcrimine quod ea non vt Catholicorum miracula ſolent, alijs futura ſint vtilia.[a] Antichriſtus enim neminẽ ſanabit, neminem curabit, ea opitulabitur ſolum quæ vſui non ſunt, tonitrua, fulmina, ignes de cœlo, ſtatua ſua loquelam dabit, &c. ad oſtentationem omnia & ſuperbiam. [b]*tertium* genus eorum eſt quæ ſunt ſuper omnem naturalem virtutẽ, qualia ſunt, ſuſcitare mortuos, illuminare à natiuitate cæcos, renũ & præcordiorum ſcrutari abdita, & dignoſcere futura, prædicere quæ cum naturalibus cauſis connectionem non habent, &c.[c] hæc bonæ notæ miracula ſunt, quæ ſola ſua virtute per ſe vel Sanctos Deus fecit. Nihil vnquam tale pręſtigiator aut hęreticus, aut infidelis aliquis dedit effectum. Quamobrẽ vbi talia quędam fiunt ad fidei & ſanctitatis cõfirmationem, ibi extra dubium fides genuina eſt atq; ſincera. cũ ergo apud nos in Catholica Eccleſia venerabilis Sacramenti adoratione, Sanctorum inuocatione, imaginum cultu aut ſimilia aliqua qua cõtra hęreticos vtimur via, vitam videmus reddi mortuis, viſum cæcis (quod vtique ante hac & hodie nonnullis etiam accidit in locis) ambiguum nemini eſſe poteſt, quin incorrupta fides in Catholica noſtra floret Eccleſia. Atque interrogati de fide audacter & intrepide reſpondere poſſumus, opera vide quæ apud nos fiunt, cæci vident, claudi ambulant, ſurdi audiunt, &c.

S. Athanaſius in eius vita.

Apocal. 13. 13 & 15.

a Miracula Antichriſti nemini proficua erũt, Catholicorũ vero proſunt mortalibus.

b tertiũ eorum quæ omniũ facultates creaturarũ longiſſime ſuperant.

c Hæc ſola ſunt vera miracula.

D. Auguſt. l. 22. de Ciuit. Dei c. 8. & Lipſij virgo Halleſis iuxta ac Sichimenſis.

Ex

Ex eadem Christi responsione hic nobis adhuc discerpendus est fructus, vt eodem respondendi genere in hora mortis vtamur ad angelos cũ veniunt ad accersendã animam, & hac nos voce compellebunt: pallatium paratũ est in cęlis pulcherrimũ, diadema prænobile, gloria ineffabilis, tune es qui illuc venturus es, an aliũ aliquẽ illa exspectant. non volent sibi verba dari, operibus ibi transgrediendũ est negotiũ, at respondẽdũ, *nũciate quæ audistis & vidistis*, hęc sunt totius vitę meę opera, hæc verba hisne brauiũ debeatur expendite, rex erit in ancipiti, ipsis enim iustis nõ sine difficultate cornua sua obueniẽt.

Cæci vident, claudi ambulant, considera Saluatoris humilitatẽ, non inquit, oculos cæcis, pedes claudis restitui &cæt. verum quasi ipse horũ author non esset, *cæci vident, claudi ambulant* &c. vt scilicet, & nos in ore, in opere omnẽ exhibeamus humilitatẽ. Alia hæc Nabuchodonosoris vox erat plena superbiæ, *Nõne hæc est Babilon magna quã ego ædificaui in domũ regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei*. at ilico responsum accepit, *regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eÿcient te, et cum bestÿs & feris erit habitatio tua*. Arrogantiæ peccatum Deo pariter & hominibus intolerabile est. Cõtra humilitas amabilis omnibus. Miracula eadem quæ cum adhuc viueret in terris, & corporaliter operabatur Christus: quotidie adhuc in Catholicorũ spiritualiter operatur animabus, quãdo illuc diuina sua gratia se confert: primũ.n. eius opus est reddere visum cæcis, sicuti primum dæmonis videntes excæcare peccatores, sicut Philistæi Sampsoni eruerunt oculos, & Nabuchodonosor Sedechiam priuauit visu. Nihil æque in votis est diabolo atq; peccati sordes & nequitias cæcis à nobis oculis præterire, mortẽ, diuinũ iudicium, & inferni pœnas animo nõ cõsiderare. Quarum rerum cogitatio vbi erepta est homini, sola nos occupat tẽporalium rerũ cura, quo penitus à Deo ad ipsum abstrahimur. Restituit visum Christus & peccati malitiã nobis facit incurrere in oculos; futurorũ item horrorẽ immanum mortis scil. quæ omnia hæc aufert: diuini iudicij quod omnia scrutatur, omnia vindicat: & inferni cuius tormẽta nec verbis exprimi, nec tẽporis diuturnitati finiri possunt. Et quo Christo sum⁹ viciniores eo hęc omnia aspicimus luculentius, magni exin facientes

VI.

Dan. 4. 27.

Ibid. v. 28. & 29.

Iud. 16. 21.

4. Reg. 25. 7.

quæ ante vt parua diſpiciebamus peccata, & ſolius Chriſti iacturã aut detrimentum facere formidantes, eo penitus modo quo lucernæ proprius admotę, viſibile magis, & perſpicuũ faciũt obiectũ. Reuertere itaq; ad Chriſtũ ô peccator & illuminare, in cęcitate.n. tua nec quo ambulas vides, nec quo corruas, hęres in craſſo luxurię luto, ambulas per auaritię ſpinas, per iracundiæ ſaxa, inter gulæ vndas, inter ſuperbiæ procellas, retrorſum abis, & ſubito cum Iudæis retrorſum corrues, ac opinione tua citius, vięq; ignarus te ad inferni abyſſum præcipitẽ ſenties. Secundum miraculum eſt reſtituere greſſum claudis. Non ſufficit Dei peccatorumq; notitia, credere & ſcire quid agere debeas, non te ſaluabit. cui pedes impediti ſunt, domũ ſuam aſpicere poteſt, ſed excurrere eo nequit, ambulandi enim vires deſunt cui ſubneruantur poplites, aut pedes tibięq; confringuntur. virtutes in cœlum nos ferũt: qui ijs caret, egregie à paſſionibus ſuis & malis inclinationibus vulneratus eſt, ijſq; in terram deprimitur. Multi de quibus Propheta Helias, in vtramq; claudicant partem, nec recta ambulantes ad Deũ illaqueati adhuc amore terrenorum, nec recta decurrentes ad infernum retenti nonnihil timore gehennæ: ſed Deo volunt, & volunt ſeruire mammonæ, nunc ad templa, nunc ad choreas properant, nunc ſermones audiunt ſacros, paulo poſt calumnias: nunc ad preces, paulo poſt effunduntur ad vanitates; nunc ſua donant, cras aliena rapiunt; nunc diuino, paulo poſt amore inceſto flagrant. Nihil his hominibus ſolidi, timẽdum certe, vt à cœleſti patria deuient, idcirco neceſſarius ijs eſt Chriſtus qui fortitudinem donet, voluntatem donet, corporis atq; animæ vires conſolidet, vt conſtanter ea petant, ea agant quæ fidei magiſterio facienda didicerant.

Prou.4.19. *Ioan.18.6.* *3.Reg.18.21.*

VII. *Leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt*. Non vno tãtum cõtentus fuit miraculo Chriſtus, ſed plurima eaq; diuerſa, quæ nemo ad ipſum, fecit. *Primũ*, vt oſtenderet ſe verũ eſſe Chriſtũ, verum Meſſiã, cuius laudari atq; annuntiari debeant opera. Secundũ ne nos paucis ſimus contenti operibus, vt hominũ non pauci, nõ credunt abunde ſe ſuo ſatisfacere officio, ſi paucula quędã faciant bona in eleemoſynis alij, alij in ieiunijs, alij in precibus ac cõfeſſione &c. quibus cogitandũ foret dictum

Cur Chriſtus diuerſa miraculorũ genera ediderit. *Primum.*

dictum Ecclesiastæ, *quodcunq; potest facere manus tua instanter operare, quia nec opus, nec ratio, neq; sapientia, nec scientia est apud inferos quo tu properas,* manus, pedes, os, linguã, oculos, aures, intellectũ, memoriã, vires, mẽbra, externa, internaq; bona largit⁹ est nobis Dominus, vt omnia in ipsius cedãt gloriã: atq; ideò nõ vult vt vno aliquo bono opere cõtenti à reliquis quiescamus, terra quæ mater nostra est, exemplũ nobis relinquit, subministrans fruticũ arborũ, herbarũ, florũ, frugũ genera diuersa, species bestiarum distinctas, imo aurũ, argentũ, æs, ferrũ, lapides, feruidas, frigidas aquarũ venas &c. ad nostrũ vsum suis claudit intestinis, nusquam vacua, nusquam otiosa, bestijs aut vnũ aut varia armorum genera sunt quibus se tueantur, & prosint nobis, dentibus mordent, æqui feriũt vngulis, ferendis trahẽdisq; apti oneribus, latratu ac morsu valent canes, feles vnguibus vtuntur, & domos muribus exonerant, cornua gestãt boues &c. hominibus autem instrumentum instrumentorũ data est manus ad omnem à ratione directa expedita vsum, vt omnia possemus, & omni operum genere lucremur cœlum. *Cap. 9. 10.*

In horũ sensu mystico tria mala cõsiderabim⁹, quibus Christi aduẽtu eximimur. *Primũ*, est lepra hæresin, vt antiqui volũt patres, significãs teste [a] Origene, [b] Ambros. [c] Augus. [d] Greg. &c. propter multas in quibus conueniunt proprietates *Primo*, humana virtute atq; industria lepra incurabilis est, ita quoq; nobis impossibile hæreticũ reducere obstinatũ, quidquid disputes, quidquid argumentorũ doctrinę scripturarũ adferes, Deo .n. emollire cor, intellectũ cõuincere nõ est difficile, & eorum obturare ora, sed voluntatẽ flectere ceruicosã solius Dei opus est. 1. *Secundo*, spargũt virus & cõtagia, [d] hæresis .n. vt cãcer serpit, & q̃ cõtigerit depascitur, vnus orbẽ totũ infecit Arrius. Wittenbergæ in Saxonia initia fuerũt Lutheranæ hæresis an. 1517. ac sequenti proxime an. 1518. hæresis ipsius Antwerpiam vsq; se effudit. 2. *Tertio*, inflat vterq; hic morbus, lepra corpus, hęresis animum, tanto enim tumore ac superbia replet hominem, vt ecclesiasticos, vt laicos (vt ex S. Petri & Iudæ litteris constat) spernant superiores, ingenia sua antiquis præponũt doctoribus, & sui cerebri sensa totius ecclesiæ sententijs p̃ferũt. 3. *Quarto*, siticulosa est lepra: ita & hęresis: quę omnibus semper tem- 4.

A cribus malis in Aduentu Christi liberati sumus: Primum à lepra Hæreseos quæ noue proprietates inter se cõmunes habet.

[a] *Hom. 8. in leuit.*
[b] *In sept. e. Luca.*
[c] *2. qu. euan. ca. 40.*
[d] *Lib. 18. mora c. 9.*
[d] *2. Tim. 2. 17*
2. Pet. 2. 1. Iud. in epi. 4.

5. poribus seductionem hominũ,temporum rapinas,monasteriorum direptiones ac Catholicorum sitiuit possessiunculas.
2.Tim.3.2. *Quinto*,lepra natiuos absumit humores, hæresis natiuam omnem misericordiã,benignitatẽ & pacẽ,inobedientes,crudeles facit homines,inflexibiles,contentiosos,seditiosos,ac vt Pau-
6. lus testatur omni dolo ac malitia refertos legimus, hæc ex antiquis hæreticis Arianis,Nestoriãis,Seuerianis, sed de modernis Lutheranis,Caluinistis discimus experientia. *Sexto*, lepra
2.Cor.2.16. grauẽ facit anhelitum, hæresis quaqua versum omnia opplet
Apoc.9.2. pedorib⁹, odor vtiq; mortis in mortẽ fumus est infernalis abyssi,solem & lunã obtenebrãs.Quid quæso in hæretico prę-
3.Pet.2.21. ter lasciuiam, & vitam aduertere est dedecoratam ita putidã, vt sola sufficiat omnibus ab hæresi absterrẽdis hominibus,ni-
Lib.3. dial. cap.30. si ipsa eos vt stercora porcos oblectare graueolẽtia.S. Gregor.
Theodor. de apoldia in eius vita l.1. c.8. in fin. porcum quendam impurum de Arriana scribit ecclesia cũ ritu catholico Sanctorum Stephani & Marthæ reliquijs dedicaretur. mulieres nouem ab hęresi conuertit.S.Dominic.Dominum eis ostendens,cui in hæresi sua seruirẽt cattũ viderunt à se exire plane deformẽ,cane non minorẽ scintillãtibus ocu-
7. lis longa,lata,sanguineaq; lingua,quæ imos extẽsa verberabat pedes fętore intolerabili;hæresis enim graueolentiam omnes
2.Timo.3. sentiunt orbis regiones.*Septimo*,lepra vocẽ exasperat,hebetat,
Apoc.13.6. ac deformat,hæresis hæreticos suos facit blasphemos, relaxat linguã in Dei ac tabernaculi sancti blasphemias, ac omniũ in ea commorantium, ecclesia nimirum Christianorum omniũ
8. & cælestium ciuium.Sola enim Monachorum & sacerdotum vitia in ipsorum concionibus personant vt populũ ab orthodoxis doctoribus ad synagogas suas alliceant. *Octauo*, lepra eneruat homines & ad opera facit languẽtes,hęresis sectatores suos omni ad virtutes conatu ac viribus destituit, seruare nõ possunt quã professi sunt castitatẽ,paupertatem,obediẽtiam,
1.Ioan.5.3. mortua est sine mulierculis vita,nulla ibi monasteria, imo eã ipsi in se agnoscũt debilitatẽ vt impossibile sibi dicãt custodi-
Matt.11.30. re mandata Domini,quæ teste Ioãne difficilia nõ sunt, *iugũ.n. meum,suaue & onus meum leue. Nono*,leprosi arcebãtur męnibus, hæretici omnes Catholica arceantur ecclesia,quamobrem quẽ hæresis lepra infecit, vt purgetur ad Christum accedat,inueniet

niet illum in nauicula Petri. id eſt, in eccleſia ſancta cuius clanum per ſucceſſores ſuos. S.Petrus non dimittit.

Secundum ſurditatis malum eſt, quæ ad audienda Dei verba indiſpoſitionem ſignificat, ſiue quod veritatem cum rege Achab ſubterfugias, ne q̃ diſplicent intelligas, ſiue quod aures cordis tui luto, id eſt, auaritia ac cœno luxuriæ aut cõmeſſationibus & ebrietatibus habeas obturatas, ac vanitate ſuperbiæ aut tumultibus iracundiæ, aut aliqua alia paſſione cõcluſas. Magnum hoc eſt & periculoſum malum: Vt enim ſurdus mala ſibi parata non audit, ac proinde non cauet ſed in ea incidit improuiſa miſereque perit, ita & ſurdi ſpiritualiter tormenta non cogitant æterna, quorum comminationes antea non audierunt, ſurdus bombarda traijcitur, nec ſonitum percipit, ſpiritualiter ſurdus in gehenna incendia corruit & eo ſe venturum nihil cogitat. Ad Chriſtum venite ſurdi vt aures vobis aperiantur, aut audiatis vt intelligatis veritatem.

Secundum malum eſt ſpiritualiũ rerum audiendarum ſurditas.
3 Reg. 22. Orig. Hom. 4. in Matth.
Simile.

Tertium malum mors eſt quam Chriſtus mortuos reſuſcitando aufert, mortuus vita, tactu, ſenſu omni caret, oculos, aures, os, linguam, manus, pedes, habet omnia, non videt tamẽ, non audit, non comedit, non loquitur, non laborat, non ambulat, nec vllas viui hominis functiones obit, proprium ipſi iacere, cadere, putreſcere eadem omnia apparent in peccatoribus, qui forinſecus pij videntur, templa adeunt, verba Dei audiunt, confitentur, dant eleemoſynas, orant & inter ſanctos non ſecus ac ſancti agunt, ſed vita deeſt, id eſt, gratia diuina & charitas, & quidquid ex hac gratia promanat. S.Spiritus ſapientiam non habet, inſpirationes Dei non audit. Pedes ipſius malæ ſunt quibus in peccata labitur intentiones; atq; ideò quidquid agit, dicit, cogitet ſine fruge eſt ac merito ex ſe in peccato permanet, imo ad plura, prolabitur indies, animæ vires putreſcunt, ac ad opera virtutũ aſſiduo peccatorum vſu fiunt inhabiles. atque ideo docere nos vult Chriſtus ſe ſolum ſaluatorem eſſe peccatorum, & omnes quibus peccato mortua eſt anima ad ſe debere recurrere; hæc miracula ſunt quæ quotidie non minori virtute operatur Chriſtus in eccleſia, quam ſi corpora mortua reſuſcitaret. Qui tale aliquid in ſe perfici ſenſit opera Dei prædicit, glorificet, ſemper & vbique.

Tertiũ malũ eſt mors ſpiritualis.

VIII. *Pauperes euangelizantur.* Christus ad iaciendum sacræ Doctrinę sementem discipulos suos à mandarat, subsequitur ipse faciens idem relicto prælatis exemplo, ne omnem in vicarios curam deponant, sed per se officiũ impleant, in ipsis.n. vicarij videtur negligentia, merces autem boni operis per vicarium facti ad vicarium redibit: sufficere illis debebat temporalis quies & commoditas, quibus in sudore vicarij fruiti sunt.

Christi insigne est euangelizare euangelium Dei. *Isai.61.1. Luc.4.18.* Nota Symbolum ac tessaram Christi esse euagelizare pauperes, vt prædixit Isaias. *Spiritus Domini super me, eo quod Dominus vnxerit me, ad euangelizandum mansuetis misit me*, id est, vt læta ipsis feram nuntia; Prosperi memores rerum sæcularium diuitum aures, & ostia primum pulsant, qui vbique agentes in negotijs, ac correspondentes habent, noti cursoribus, noti veredarijs: at in regno Christi pauperibus prima non diuitibus nuntiantur bona, imo per pauperes ad diuites deueniunt. ita *1.Cor.1.4.* ad Corinth. scribit Paulus, *videte vocationem vestram, non multi sapientes, secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, quæ infirma, quæ ignobilia elegit Deus.* Primi euangelij præcones duodecim piscatores sunt, quibus totus erat conuertendus mundus, cum eruditione, opibus, potentia floreret, maxime suadẽdus erat populus dæmonia nõ esse Deos, quos maiores ipsorum tot sæculis adorauerant: salutem non esse extra eum, qui in ligno crucis suspensus, turpissimam mortem ibidem sustinuerat: cui seruiendum esset, ieiunijs, vigilijs, alijq; operibus laboriosis, spretis honoribus, diuitijs, parentibus, castigatione corporis, & edomatione carnis. Insolita erant hæc admodũ mundo, nec auditu iucũda locupletibus, nobilibus, qui commodis student. Atq; ideo pauciores ex ijs Christianę fidei manus dabãt; imo quo potentia, quo fortuna maiores, eo & tardiores. Imperatores trecentis hęserunt annis in incredulitate, difficillimũ enim erat carnis, sequestrare vo- *Mat.19.24.* luptates, prædixit hoc Christus discipulis, *facilius est camelũ per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum cœlorũ.* Quid ergo diuitibus consilij; fiant pauperes spiritu, & imitatores Abrahã, qui cum diues esset, animum diuitijs nunquã apposuit. *Simile.* aptiores verbo Dei egeni, vt vitrum vacuum generoso vino capiendo magis idoneũ est vitris non vacuis, inanes sunt pau-

peres

peres, nec ſolatia habent externa, atq; ideo interna quærunt, quæ à Chriſto inueniunt. Diuites corporalibus pleni ſunt ſolatijs, nec internorum ſuauitatem ſentiunt.

Diſce hinc cum Chriſto, & diſcipulis animum circumferre pauperibus inclinatum, diuitię ſemper ſuos habent cõſolatores, ſi inſtructorem quærunt, accurrit paratus quilibet, habent enim operæpretium, pauperibus ſępe ingenium obtuſum eſt, abſunt omnia vnde pręmiũ ſperes, atq; ita labor, maior merces minor: At ſummæ charitatis indicium eſt, quę coronam in cœlis meretur maiorem. quare ſi Chriſto ſimilis fieri vis, pauperibus magis quam diuitibus compatere: illis enim minus quam his eſt ſubſidij: qui faciles promptaſq; habet de paupere querimonias, labores eorum non conſiderat aut moleſtias, ſed credit ipſos parcere moleſtijs illis, cum Chriſto non euangelizat, ſed cum Pharaone abſque miſericordia premit; *vacãt otio & idcirco vociferantur, eamus, & ſacrificemus Deo noſtro*, id eſt, nimia ſaturitate luxuriant. vera charitas ex ſe pauperum labores metiri ſolet, non ex magno aut paruo, quæ ex ijs trahit commodo. **Pauperibus impenſe fauendum.** *Exod. 5. 17.*

Et beatus eſt, qui non fuerit ſcandalizatus in me. Duabus de cauſis hæc loquitur Chriſtus, [a] *prior* vt hoc ſigno teſtatum faciat ſe Chriſtum ſeu Meſſiam eſſe. Chriſtum enim Iſaias ſcripſerat *lapidem offenſionis & petram ſcandali*, futurum: quod S. Simeon interpretabatur, *hic poſitus eſt in ruinam multorum.* [b] *altera* vt hos Sanct. Ioannis diſcipulos, quos vita ſua communi ſciebat offenſos conuerteret. Monet clanculum ne confundat: ſentiebant tamen quid vellet, corda enim tetigerat eorum: ac ſimul docet nos occulta proximorum apud nos ſepelire peccata, non enim calumnia tantum eſt ac mortiferum peccatũ, ſi abſenti falſo detrahas; verum ſi etiam ignota ipſius peccata reueles. Frequens hoc vitium eſt inter homines, qui quia mendacium non loquuntur, à peccato ſe putant immunes: ſed decipiunt ſe ipſos, neque vero animam ſuam tantum enecant, clancular a proximorum manifeſtantes crimina, quin ad nominis, famæ, honoris reſtitutionem tenentur, quæ calumnijs ſuis, aut abſtulerunt penitus, aut minuerunt. Multo quidem potiori iure, quam ſi facultates eſſent ſuffurati,

IX. **Duplici de cauſa Chriſtus ita affatur diſcipulos Ioann.** **a Primo vt Meſſiam ſe comprobaret.** *Iſai. 8. 14.* *Luc. 2. 34.* **b Secundo vt diſcipulos hoſce à ſcandalo cohiberet.**

Prou. 22. 1. Eccle. 7. 2.

rati, *Melius enim nomen bonum quam diuitiæ multæ aut vnguenta pretiosa.*

Duabus de causis solēt homines in Christo scādalizari primo propter vtramq; eius naturā cuius operatiões intelligere nequibant.

Hic duas aduerte causas, ob quas in Christo scandalizātur homines, *prior* quod cum Deus esset & homo, duas maxime diuersas in vnitate personæ copulatas haberet naturas & cōditiones plurimū discrepantes, quę captum ipsorū superabāt. Immania ista & turpissima patiendi ratio scandalum ipsis erat non capientibus quomodo Deum talia decerent, atq; ita crux Christi Iudæis scandalum, gentibus stultitia, quorū omniū causa bonitatis & charitatis & misericordiæ diuinæ ignoratio fuit. Cum vero de omnipotentia sua quædā operabatur Christus, ęgros sanaret, mortuos resuscitaret, aut cum sapientiam ostenderet plurimam, animi ipsorum cogitata manifestans scandalizabatur nemo, mirabantur omnes. At cum charitatem suam exhiberet ineffabilem, verbera, vincula, flagra, spinas, infamiā, clauos, crucem nuditatem, membrorum extensionem, mortem deniq; pro peccatis nostris sustineret abiectissimam, scandalum passi retrorsum ierunt oēs, ipsi etiam iam ante præmoniti Apostoli de his. O benignitas, ô charitas, ô diuina miseratio, cuius immensitate charissimi etiam offenduntur discipuli, magnitudinem eius nec intellectu nec fide comprehendentes. Offendit eadē cum Capharnaitis discipulos 72. Christi benignitas, ac nostros etiā quotidie scandalizat sacramentarios, no intelligētes quomodo Christus aut possit aut velit in cibum nobis cedere corporaliter. Pleræq; hæreses ex immensę charitatis scandalo enatæ sunt, cū tamen illa iure merito Christo nos obstringere fortius atque eius amore accendere deberet vehementius. Causa *posterior* quia Deo non cedere sed erecto collo contra eū currere instituimus. vocula, *scandalizare* græcorum est significans offendere vel impingere. Vbi impingitur, vbi offenditur, vbi cespitatur, asperi aliquid in via est, vt currus in lapidē impingens offendit qui durus est, & retardat, non in lutum non in herbas, quæ molliora sunt ac facile cedunt. lapis iste Christus est libens per eū currū ageres, velles vt cederet: at quādo hoc nō facit impingis, offendis & scādalizaris, Pharisæorū te superbia perfundit atq; auaritia, scandalizaris cum ipsis quandocunq; de humilitate aut man-

Matt. 26. 31.

Ioan. 6. 66.

Secundo ꝙ Deo potius reluctari ꝙ cedere volumus.

manſuetudine, de obedientia, liberalitate, paupertate, atq; alijs tecum agit Chriſtus virtutibus, lapidem hūc quæris emollire, conterere, comminuere vt tranſitum tuum det curribus, id eſt, cupis vt Chriſtus tuis ſe ſenſibus accommodet, imperet placitura, ſin aliud facit, quereris, eſcā neſcis: præſtaret te ſubſtratum non vt ſaxum aliquod durum ſed vt terrę limū (quod reuera es) aut vt graminis fœniq; pauxillum (*nam omnis caro fœnum*) atque ita Chriſto incuruareris vt pertranſeat ſine difficultate cedens, flectens ceruicem duram ſub potenti eius manu, voluntati & mandatis eius te accommoda ipſi ſimilis eſſe labora, nec eum ſtudeas facere ſimilem tibi, creaturæ optimum eſt aſſimilari creatori. *Iſai. 40. 6.*

X. *Illis autem abeuntibus cœpit Ieſus dicere de Ioanne,* patres quidam Hilarius, Hieronymus, Beda homines illos ſiniſtre credunt de Ioanne ſenſiſſe, qui diſcipulos audierāt rogantes nū Chriſtus eſſet qui expectabatur venturus, quaſi dubitaret modo de ijs quæ ante dixerat *ecce agnus Dei. item medius veſtrum ſtetit, qui ante me factus eſt, cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calceamentorum eius.* Cogitantes eum leuem, varium, mobiliſſimis ſimilem arūdinibus, aliter in proſperis, aliter in aduerſis in carcere, ſcilicet, loquentem. Vſitatum hoc eſt inter homines quamdiu fortunato currunt itinere, Deo ſeruiunt, mutantur negotia, mutantur & ipſi, Deum cum S. Petro deſerūt, Chriſtum in Caiphę domo negant, cui antea omnem fidem addixerant. Ideo laudauit S. Ioannem Chriſtus ad plebem, vt opinionem hanc eximeret ac meliorem inſtillaret, diſtulit tamē commendationem ad diſcipulorum abſentiam, partim ne aſſentari videretur, inquit Chryſoſtomus, partim etiam ne ſublimiora æquo de Ioanne conciperent. nimis enim de ipſo ſentiebant magnifice, ac robur addidiſſet, auxiſſetq; opinionem audita commendatio in quoddam Chriſti vilipendium. Atq; ideo præſentibus ipſis miracula facit, quo ſe maiorem Ioanne oſtenderet, abſentibus aūt ijſdem coram populo Ioannē laudauit, apud quē non quo vt oportebat erat loco. Notant quidam voculā cæpit quę ſignificat omnē hanc Chriſti de S. Ioāne orationem etſi reuera ſplendidā initium tamen fuiſſe tantum laudum ipſius cum virtutum, ac laudum eius epilogum *Ioan. 1. 27. & 29.* *Matt. 26. 70.*

meritorumq; colophonem in sequētem vitam Christus reseruauerit, multi in hac vita plus quā merentur recipiunt gloriæ,
Matt. 6. 2. alij in hac vita, cum Pharisæis recipiunt mercedē suam ab hominibus, quibus vt laudarentur opera sua ostentabant. tu ita vitam institue, vt in sequenti vita apud Deum sit laus tua, & si hic gloriam inuenias, lugenti animo eam aspernare.

Septem documenta. 1. Disce hinc *primo*, in proximis considerare virtutes, vitia trāsire, nemo.n.vitæ adeo est ꝓfligatæ, quæ nihil omnino habeat
Simile. commendatione & imitatione dignū, serpens venenatissima etiā ac nocētissima non parum vtilis est ad infirmorum medicamenta.
2. Disce *secundo* proximorum laudes promouere, nō eleuare, non inuidere, vt superbi quidē solēt atq; æmuli, qui in aliorum gloria suam positam putant infamiam atq; abiectionē, quemadmodū Aarō, soror eius Maria, Core, Dathā, Abi-
Num. 12. 16. ron, quos dignitas & gloria Moysis male torquebat. Disce *ter-*
Num. 16. 3. *tio*, proximi nomen famamque tueri, quādo eam aduertis ini-
3. quorum dētibus ac sugillationibus, aut alio modo male proscindi, nō secus ac Christus hic S. Ioann. suum honorē præstitit incolumem. Deo similis est, quicunq; hoc agit amicorū suorū honorē semper propugnāti, patet hoc in S. Iob, quem non tātum aduersus diaboli, sed etiam contra amicorū defendit obtrectationes, quæ ipsum vt egregiè peccatorē arguebāt. Disce
4. *quarto*, non erubescere proximorū ærumnas, nec manū retrahere quando eos in arcto videris. Multi te colunt in prosperis qui te prement in aduersis, sic Iudæi cum triumpho in die palmarum inuexerūt Christum, post sex dies ad crucem cum cla-
Esth. 7. 9. more petierunt inter Pharisæos captiuum. sic Aman saluis rebus ab omnibus regis Assueri subditis adorabatur, in regis autem dilapsus ingratiam, ijdem lignum ostendere subditi quo
5. miser suffigeretur. Disce *quintò*, bona proximi absentis curare, & seruare etiam non requisitus nec sollicitatus. Cum Sodomæ & Gomorræ, extrema pararet Dominus, eripuit inde
Gen. 19. 16. Loth, cognatum Abrahami, in Abrahami, cuius, vt inquit scri-
Gen. 18. sub finem. ptura, recordabatur gratiam: etiamsi Abraham de subuersione hac cum Deo loquens nullam fecisset de Loth mentionem, maior rerum nostrarum cura Deo quam nobis est, ma-
6. xime si pericula ipsis impendentia ignoremus. Disce *sexto*, nec

tibi

tibi nec tuis omnibus ad Dei gloriam parcere, præstabit enim tua ſomnia, ſalua & auctiora. ſic San. Ioannes honorem ſuum obiecit diſcrimini, vt ſuos ad Chriſtum trãsferret diſcipulos: at Chriſtus commendatione ſua gloriam ipſi reddidit cumulatiorem. Simeon ſalus ſtulti furentis euergumeni vultum ſumebat ac ſpeciem, ac honorauit eum in vita Domin⁹, omnia ipſi concedẽs poſtulata, & angelos poſt mortem mittens honeſtãdo funeri, qui ſepulturam cœleſti cantione proſequebãtur. Diſce *ſeptimo*, colere Dei ſanctos: honor. n. ipſorum in Deũ redũdat, ſicuti in Dominũ honor famulo, heri cauſa exhibit⁹. qui vitam pie traducunt honorẽ ac laudes tuas ſentiãt. *Primo*, quia ita Deus[a] Abrahamũ, [b]Moyſem, [c]Iob laudauit dũ adhuc viuerẽt, ita & Chriſtus[d] Nathanaelem, [e]Petrum, Magdalenã, mulierem Chananeam & Centurionem. *Secundo*, vt ipſorum auctior fiat virtus. *quomodo enim*, inquit ſapiens *probatur aurum in fornace, ſic probatur homo ore laudantis*. Nam ſi bonus eſt contempto honore euadit melior, virtutis enim eſt commendationes aſpernari, laborat inſuper, vt vitæ ſanctitate quæ de ſe dici audit, vera efficiat. *Tertiò*, vt ad eadem alios etiam inflammet, ſicuti ſuadet Apoſtolus, *mementote præpoſitorum veſtrorum qui vobis locuti ſunt verbum Dei quorum intuentes exitum conuerſationis imitamini fidem*. Mali imperfectique laudandi non ſunt, tum quia laudem non merentur, tum quia laude corrumpũtur, verum ſancti omnes ſuas laudes Deo omnium datori adſcribunt, non ſecus ac pulchræ tabulæ commendatio artifici debetur. Monet nos eccleſiaſticus, *ne laudemus quenquam ante obitum* (aut vt Ambroſius, & Maximus alijque legunt) *in vita ſua*. non peccat Sanct. Ioann. commendatione in hanc ſententiam Chriſtus. *Primo*, quia laudare aliquem in vita ſua (ſecundum Sanct. Bernardi interpretationem) non aliud eſt quam commendare vitam, quam ipſe ex ſe ducit, quæ vtique mala, imperfecta, paſſionibus eſt plena, in ſanctis autem vitam alterius commendamus, Chriſti nimirum qui in ipſis ſpirat, teſte Apoſtolo, *viuo iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus*. *Secundo*, quia non tam prohibet ſapiens aliquem in vita laudare quam beatum dicere; vbi enim nos legimus laudare, græcus habet, beatum neminem dixeris, id eſt, ſtatum

Leontius in eius vita to. 4. die 1. Iulij apud ſurium.

7.
De hoc vide Damaſc. l. 4. orthodox. fide c. 16. & 17.

1.
Quare homines pij honorandi & laudãdi.

2.
a *Gene. 22. 12.*
b *Num. 12. 7.*
c *Iob 1. 8.*
d *Mat. 16. 17.*
e *Luc. 7. 44.*

3.
Prou. 27. 21.
Heb. 13. 7.

Eccl. 11. 30.
ſerm. 69.
Hom. 2. in natal. S. Euſebij Vercelenſis.
Bern. 5 ſer. de omnib. ſanct.

Galat. 2. 20.

ſtatum habere omnium aggregatione bonorum perfectum, qui enim hac hora felix eſt frequenti miſer eſt, & infortunatus. Commune ea de re adferri ſolet exemplum Plutarchi, de Cræſo rege qui ſibi videbatur mortalium omnium feliciſſimus, percunctatus autem ex Solone Philoſopho, aliumne agnoſceret ſe beatiorem reſponſum accepit.

Plutarch. in eius vita.

vltima ſemper
Exſpectanda dies homini eſt diciq; beatus,
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

Ouid. l. 3. metam.

Proinde nec ipſum inter beatos cenſendum probauit hoc euentus, captus enim à Cyro Perſarum & Medorum rege, at in rogum elatus vt exureretur viuus, non immemor verbi huius ter exclamauit, ſolon, ſolon, ſolon, ſciſcitatus eſt Cyrus rex quid ſibi clamor iſte vellet, narrauit documentum ſolonis. Quo Cyrus permotus vitam ipſi donauit, ac ſummo ipſum in honore habuit ratus caſum talem etiamſi mundi Monarcha eſſet, à ſe non alienum, expertus eſt fortunam eandem, ſtratus in Schytia cum ducentis millibus à regina Tomyri, quæ præſciſum caput in vtrem humano plenum cruore dicens, ſatiat te ſanguine quem ſitiſti.

Herodotus & Iuſtinus.

Diſcrimen inter iudicium Dei ac mundi.

Diſce *poſtremo* diuerſa Dei & mundi iudicia, Chriſtus Dei filius Ioannem laudat quem mundus ligatum ſeruat ad ſupplicia. Idcirco non eſt quod mireris, ſi mundus ſanctos perſequatur, vt enim fortunatior eſt, quicunque Diabolo odioſior eſt, ita bonum ſignum eſt ſi mundus diaboli miniſter aliquem perſequatur & male tractet.

XI. Chriſtus in præcurſore tria commendat. Primo q́ ſanctiſſime vixerit.

Quid exiſtis in deſertum videre. tria in Sanct. Ioanne commendat Chriſtus. *Primo*, vitam ipſius religioſam; antra enim deſerti teneris ab annis ciuium turbas fugiens petiuit, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſit. Quantum enim Euangeliſtæ indicant duo deſertorum locorum genera inhabitauit Sanct. Ioannes, vnum ab omni penitus hominum conſortio ſeiunctum; alterum vicinius paululum ciuitatibus non procul à Iordanis flumine. ſic Lucas, *puer autem* videlicet Ioannes, *creſcebat & confortabatur, & erat in deſertis vſque ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael.* Oſtendens tamen ſe populo, deſerta equidem non deſeruit, vt hic ait Chriſtus ipſos exiuiſſe

Luc. 1. 80.

uisse in desertum videre. atque alibi de se Ioannes loquens, *ego vox clamantis in deserto.* [a] Georgius Cedrenus, & post eum [b] Nicephorus Calistus, Ioannem dicunt in eremum ab Elisabetha matre delatum, cum pueros Herodes interficeret Innocentes. Matre autem post quadraginta inibi defuncta, pueruli curam susceperunt Angeli educantes, erudientes: cum vnum supra trigesimum haberet annum ad Iordanis accessit ripas, & alio delituit cauo vbi ipsum non raro inuisebat Christus, vt testatur Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, asserens hoc ipsum ab ipso Sanct. Ioanne seni cuidam monacho reuelatum Ioanni nomine circa annum 500. cui idem imperarat eandem incolere speluncam, vtpote Christi visitatione sanctiorem altissimis montis Syna recessibus, quo properabat Sanct. Chrysostomus & Sanct. Hieronimus beatum Ioannem monachorum principem appellat. Fuit enim primus & perfectissimus nouæ legis monachus, non aliter, inquit Chrysostomus, quam principes Sacerdotum Apostoli sunt. Status monasticus siue religiosus perfectionis status est, vt opulentum iuuenem docebat Christus, *si vis perfectus esse vade vende, quæ habes & da pauperibus, & veni sequere me*, ideoque complura alia quæ à Deo obtinent insignia hæc tria possident priuilegia. *Primum* peccatorum omnium plenariam indulgentiam, & remissionem quando per professionem mundum repudiantes Deo se nuncupant, non minus quamuis in Sacramento baptismi eo nimirum, [c] (vt S. Bernardus scribit) ex capite qui mundo penitus valedicũt, ac totos se Deo consecrant. vnde & religionis ingressus [d] à San. Patribus alter nuncupatur baptismus. Scribit [e] Leontius adolescentes duos, Ioannem & Simeonem venisse ad monasterium postridie eius diei quo monachus quidam iunior professionem religionis fecerat, viderunt eum rutilanti facie pulchre coronatum caput inter multos medium angelos. Exacuit illos ad habitum sanctum induendum ista visio, quem cum illis Abbas Nicon postero daturus esset die, reliqui ipsis dixere monachi. O vere fortunati fratres quoniam cras regenerabimini. Non intellexerunt sermonem, atque adierunt Abbatem dicentes; quæsumus te Abba Christiani sumus

Ioan. 3. 4.
a *In compendio Histor.*
b *Lib. 1 Hist. ca. 24.*
In prato spirituali c. 1.
Homil. de S. Ioan. Baptist.
Epist. ad Eustochium.
Hom. 1. in Marc.
Matt. 19. 21.
Tribus excellentissimis priuilegijs gaudẽt religiosi.
Primo per professionis tempore remissionem peccatorum consequantur.
c *Lib. de precept. et dispensat. c. 23.*
d *S. Hier. epi. 8. ad Demet. & ep. 25. ad Paulin. c. 2.*
e *In vita Simeonis sal. tom. 4. Surij die 1. Iul.*
Nota quid efficiat monasticæ religionis ingressus.

ſumus, baptizati ſemel ne nos baptizes. Reſpondit Abbas filij dilectiſſimi, baptiſmum quidem non iterabimus ſed habitu Spiritus S. virtute baptiſmalem in vobis renouabimus gratiam. Quam ſe accepiſſe confeſſi ſunt ab eo, ad arctioris regulæ tranſeuntes monaſterium, & magnam pro beneficio Abbati habentes gratiam. Hinc eſt quod ante religionis ingreſſum commiſſa à religioſis peccata in diuino iudicio non magis æſtimentur quam Chriſtianorum ante baptiſma, vt de S. Antonio teſtatur, Beat. Athanaſius, ac proinde ea illis tantum curanda reſtare peccata, quibus in religione conuulnerati ſunt.

In eius vita.

Altera prærogatiua eſt quod in Chriſti adſciti familiam nõ neceſſe habeant pro victu amictu que inquietari.

Secundum ipſorum priuilegium eſt, quod inter Chriſti familiares & domeſticos, omnibus quæ antea habebant relictis cenſeantur, qui corpori ipſorum neceſſaria victum, amictum & reliqua tribuit: ſingularis enim ipſi de religioſis, ne quid deſit cura eſt, ſpiritum eorum conſeruat à peccatis, internis conſolatur alloquijs, perficit virtutibus omnibuſque eorum operibus quantumuis paruis, quantumuis exilibus vim merendi concedit, dummodo in religionis atque obedientiæ virtute fiant, corpori ipſorum cibum, potum, ſomnum, quidquid denique ipſorum vſibus cedit gratiora, iucundiora, ſaniora omnia obuenire facit, quam ijs qui ſæculo ſeruiunt, tempus me deficit exemplis comprobantem, quæ aut antiquæ ſuppeditant hiſtorię, aut quotidiana in bene cõſtitutis monaſterijs ſubingerit experientia; quot ibi ducunt vitam religioſi longitudine, valetudine, alacritate, forma, hilaritate abundantiorem, quam ij qui ſæculi voluptatibus atq; carnis cura fruuntur.

Tertia ꝙ ſub vitæ finẽ ſecurius quietiuſq; emoriãtur.

Tertium, priuilegium eſt ſumma in exitu tranquillitas, eſt & gaudimonium, adeſt enim tunc ipſis dies requietis, hora gloriæ, qua ipſos ſponſus cui ſe ſuaque omnia dicarunt, in regnum introducit patris, faciens eos ſedere ſecum in throno ſuo, ſublimiores alijs, faciens eis poteſtatem viuos & mortuos ſecum & cum Apoſtolis iudicandi, implens ante promiſſa, *vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes tribus Iſrael*; quod vtique non ſolis qui pręſentes erant Apoſtolis, verum

Apoc. 3. 21.
Mat. 19. 28.

rum etiam ſpopondit religioſis, qui cum Sanct. Petr. reliquerunt omnia. Conſtat hoc ex antiquis Patribus [a] Nazianzeno, [b] Hieronymo, [c] Auguſtino, [d] Gregorio. [e] S. Bernardus priuilegia hæc redigit in compendium. *Quæ eſt iſta fratres mei chariſsimi hæc tam prætioſa margarita, pro qua vniuerſa dare debemus,* id eſt, *noſmetipſos? nonne hæc eſt religio ſancta, pura, & immaculata, in qua homo viuit ſecurius, cadit rarius, ſurgit velocius, incedit cautius, purgatur citius, præmiatur copioſius. O religio glorioſa & mirabilis, quæ mens cogitare, quis intellectus capere, quæ lingua humana poterit te ſufficienter & digne extollere, peccata remittis, homines ſanas, mœrentes exhilaras, paradiſum aperis &c.* Quare ſi religioſi ſtatus ea eſt ſublimitas, ea laus, non immerito à Chriſto S. Ioannes Baptiſta extollitur, tanquam pater quidam ac caput perfectiſſimum religioſæ vitę, ſub euangelica lege, maxime cum conditiones ac opera religioſorum ad amuſſim expleuerit, vitam viuens pauperum, mel ſilueſtre & locuſtas pro cibo habens, amari profecto, vt [f] Beda, & [g] Beluſiota teſtantur ſaporis, primis vno & triginta annis vitam agens contemplatiuam, actiuam reliquis, opera, doctrina, exhortatione, prædicatione, baptiſmo proximos iuuans.

a *Ora. in Iul.* b *Epiſt. 21.* c *Epiſt. 89.* d *Lib. 20. Moral. ca. 16. & li. 26. c. 20.* e *In principio Homil. de quærente bonam margaritam.*

f *De locis ſanctis.* g *Epiſt. ad Timoth.*

XII. *Secunda Ioann. laus.*

Arundinem vento agitatam. Secunda in Sancto Ioanne laudata à Chriſto virtus, conſtantia eſt, in fide ſoliditas, in vitæ ſanctitate immobilitas, dat ipſi hanc laudem Chriſtus. *Primo*, vt ſiniſtram ac læuam, quam de eo habebant opinionem euelleret, arbitrati ipſum vt inſtabilem iam reuocare in dubium, quod ante vt certum docuerat, idque ideo quod diſcipulos cum hac quæſtione ad Chriſtum mitteret. *Secundo*, vt ipſis conſtantiæ ipſius in fide ac virtutibus exemplum proponeret; non enim ignorabat leuitatem humanam, & non raros videbat in ſuo auditorio, qui modo ipſum cum pia affectione attendebãt, poſtmodũ cũ Iudæis inclamaturos crucifige, crucifige, imo diſcipulos etiã ſuos abituros retrorſum, vbi ea quæ non caperent ab ipſo proponerẽtur, præuidit etiam magnam Chriſtianorũ animi immobilitatem, cum *Primum*, ij qui propoſitum facerent DEO pie ſeruiendi, minimo incidente obſtaculo à Deo reſilirent. quo pacto ſegetes inter Saxa enaſcantur

Quinq; ſint cenſendi inſtabiles. I.

quidem

Luc.1.6. quidem sine mora, sed paulo post ęstu solis exarescunt. *Secũdò,*
2. eos qui alicui animum adijciũt statui, à quo post mo[illegible] in pœnitentia ducti auertuntur, siue quod leuiter illuc se proripuerint maturis neglectis consilijs, quo pacto plurimi temere ad matrimonia proruunt, siue quod animum mutent passionum frangendarum negligentia, quo pacto religiosi plurimi ingratos imitati Israelitas panem cœli quem in religione ipsis præstat Deus nauseant, ac cæpis, & Ægypti porris inhiant
Num.11.5. magis oblectati vanitatibus sæculi quam voluptatibus cœli; imo
3. ipsa sæpe vota deserentes. *Tertiò*, cum fidem à parentibus traditam contra scripturæ præcepta in hæresin peruertunt.
Gala.1.8. Matth.10. & 24. Monet illa, *si angelus de cœlo euangelizet vobis præter id quod accepistis anathema sit*; Monet Christus *qui perseuerauerit vsque ad finem hic coronabitur*, bene incepisse parum est.

Ardent in inferno Saul, Absalon, Iudas qui præclara prius initia dederant, omnis hæc instabilium turba optime a-
Simile. rundinibus comparatur. Crescunt illæ vberius locis paludosis, defluentibus vicinæ fluuijs, in terræ limo non in solida pulchra ipsis forinsecus forma intus vacua cauitas, fragilis, multa confracta manum intrat sibi innitentem, huc illucque in omnem partem mobilis: tales & instabilium animi non in ęternis, sed in temporalium rerum incerto, lubrico transitu fundati, externa quærentes, pulchritudinem, honorem, diuitias, fastigia summa, vani intus, sine gratia, fragiles, nec sustentandis rebus idonei: verba dant speciosa, subtrahunt
4.Reg.18.21. Isai.36.6. Ezech.29.6. se vbi ventum est ad angustias, vt de Pharaone videre est in scriptura, quouis feruntur flatu, effusi in prosperis, contracti, mærentesque in aduersis, elati in gloria, furentes in minima etiam infamia. Proiecti ad cibos, abiecti ad rumusculos inexpectatos, dati omnibus suarum passionum ventis, quocunque aut superbia, aut auaritia, aut luxuria, aut inuidia, aut gula, aut acedia, vana gloria, laudes, sermones diabolorum, instigationes impulerint. Maledictum hoc magnũ & tormentum graue quo punitus est à Deo Hieroboam rex
3.Reg.14.15. per prophetam Ahiam comminante, *Dominus percutiet domum*

Hieroboam

Hieroboam sicut moueri solet arundo in aqua. hinc ille qui Cainũ peruasit tremor & membrorum omnium concussatio: Hinc quæ filios Israel afflixit trepidatio domino dicente. *Dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium*, sicut enim in bonis nutant, & vacillant ita nec in aduersis quæ Deus immittit consistunt firmiter, mortem timent, nec mentionem eius ferunt, quandoquidem stimulus mortis, peccatum discedendi metu corda perfodias instabilitatis causa vanitas est, non mouentur ventis columnæ, quia intus plenę sunt. quare si loco manere vis, nec in alteram partem nutare, *fructibus iustitiæ*, (vt probe monet Apostolus) *impleare*.i. operibus bonis. tum demum si te adhuc vacuum deprehenderis immobili petræ Christo te constringe: non mouetur arundo alligata columnæ etiamsi venti circumsonent: ita nec te quidquam mouebit si firmus ex Christo pendeas, tum cũ Apostolo dices. *Quis nos separabit à charitate Christi? certus sum, quia neq; mors, neq; vita, neque angeli, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei.* Pręcepto simul sapientis satisfacies, *non ventiles te in omnem ventum & non eas in omnem viam, esto firmus in veritate sensus tui & scientia.*

Gen. 4. 16. Leuit. 26. 36. Deut. 28. 34. 1. Cor. 15. 56. Philip. 1. 11. Simile. Rom. 8. 35. Ecclef. 5. 14.

XIII. *Sed quid existis videre hominem mollibus vestitum?* vitæ austeritas tertia S. Ioannis laus est, virtutis, fideique non tantum excellebat constantia, sed etiam vitæ asperitate atque patientia; triplicem legimus horum verborum explicationem. *Prima*, cõmunis est de vestiũ ipsius asperitate, vt enim Sancti Patres habitum gestabat camelorum setis contextum, cingulo substrictum coriaceo. *Altera*. Sancti Ambrosij est, qui per vestem hanc corpus quo anima vestitur intelligit. Non enutriuit sanctus Ioannes delicate, sed in summis pœnitentiæ laboribus, cibos nesciens præter locustas, & mella siluestria quæ amara & insuauia, siluestrium apum industria in desertis locis stipantur, qualia Philisteos persequens reperisse legitur Ionathas *super faciem agri*. *Tertia*, sancti Gregorij est, qui per hæc verba sanctum Ioannem intelligit nemini gnatonice adulatum, sed peccata libere pro merito increpasse exemplo docens omnes diuini verbi præcones populi vulnera non

Tertia Ioannis commendatio de vestium scilicet asperitate & frugalitate ternæ horum verborum explicationes.

1. 2. 1. Reg. 14. 25. 3.

palpare ijsque parcere, vt cum plausu audiantur, nec suo corpori indulgere nimium, hæc enim S. Ioannis dura viuendi ratio turbas extraxit in eremo ipsius viuendi cupidas, ac baptismi desiderantes.

Impudens hæreticorũ de Ioanne baptista mendaciũ.

Mirare hoc loco malitiosum carnalium nostrorum hæreticorum mendacium, qui nihil verentur contra manifesta scripturæ testimonia, contra vnanimem sanctorum Patrum interpretationem asseuerare sanctum Ioannem non in eremo, sed in oppidulis eremo adiacentibus vitam transegisse, cilicium non portasse, sed vestem vndulatam, quæ antiquitus regum esse solet, nec crudos pastum cibos, sed pisculos lautos, quos ipsi de Iordane piscatores ministrabant, vt hac ratione abstinentiæ pœnitentiæque virtutem, quam pessime oderunt imminuant. Cum enim ipsi cilicia, nec induantur, nec norint, ieiunia nesciant, nisi quæ propria suaserit complacentia, patronum libentes sibi facerent sanctum Ioannem in victu, in amictu splendidum, eisdem quibus diues Epulo viuentem legibus. (*Luc.16.19.*) sed sciendum fuerat animalibus, hisce doctoribus sanctum Ioannem à CHRISTO & Euangelistis laudatum de habitatione, veste, cibo; Epulonem contra voluptuarium de vestium mensæque luxu, ac lautitia, reprehensum, damnatum, quorum loco iam flammæ infernalis indumenta, fames, sitisque interminabilis successerunt. Imo vero si cibus vestitusque Sancti Ioannis nihil habuisset peculiare, quid causæ fuisset, cur tanta hominum frequentia eius spectandi gratia in solitudinem excurrerit, relictis ciuitatibus, relictis pagis. Traxit omnes vitæ ipsius sanctitas, ac abstinentia, qui (vt ait Christus) (*Matt.11.18.*) *venit neque manducans neque bibens:* quod nimirum vsitatis consuetisque hominum alimentis abstineret. Quare ventuosa hæc & pigra, ac delicata fuge animalia, quibus te illuc auehere animus est, vbi cum epulone, vt solet prioris vitæ luas.

XIV. *Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt:* ostendit his verbis CHRISTVS sanctum Ioannem vestium caruisse sumptu ac mollibus (quod nostri de corde negant hæretici)

ista

ista enim vitam, quam profitebatur, non decēt eremiticam: ſed aulicam potius, qui tempus, qui pecunias in corporis cultu conterunt, inter quos cum plures iuuenes, (muliercu-las maxime) quibus omnis ars, omnis elegantia in ſuo alie-noque capite poliendo, mangonando ſita eſt, quod hi aulas regum terræ habitant (inquit Christus) non autem domum regis cœleſtis: nimium enim ſe veſtimentorum, auri, argenti, gemmarum, vnionum pondere, ac vermium excrementis (quid enim byſſus aliud) circumponunt atque onerant, vt in altum euolare non poſſint, imo quantumuis illuc aſcende-rent, ſordes iſtæ aditum non haberent, quandoquidem in cœlum nihil introibit inquinatum, & immundum: hæc S. Gregorij eſt expoſitio, aliam adfert Sanctus Hilarius, qui regum nomine dæmones intelligit principes nimirum mundi huius, in quorum domibus, ac poteſtate ſunt, qui ita corpus poliunt, maxime illis, qui nouis formis, *peregrinisq;* (vt propheta appellat) *veſtibus* vtuntur, aliunde ſcilicet, ex Gallijs, ex alijs allatis partibus, aut ſartorum auaritia ad-inuentis. *Apoc. 21. 27. Hom. 6. in Euang.* *Sophon. 1. 8.*

Domus hi eaſdem cum dæmonibus incolunt, imo dæmo-num habitacula ipſi fient, vt de meretrice babilonica ſump-tuoſe veſtita, Angelus ad S. Ioannem apoſtolum aiebat: *cecidit cecidit Babilon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.* Iam enim immundi ſpiritus ipſos inha-bitant, in malo ipſos vinctos detinent, ac poſtea plenius poſ-ſidebunt. Pij auibus cœli ſimiles ſunt, quæ nidos forinſecus aculeatis ſpinarum macerearumque quiſquilijs hirſutos, in-tus autem pilis, plumis, floccis, molliter componunt, vt cōm-moda fiant pullis cubilia, alijs autem volucribus in acceſſa. Ita & Dei miniſtri foris nihil quærunt ſumptuoſum, molle, delicatum, ſed veſtitum aſperum, victum durum, contemp-tum ſui, ac inimicitiam mundi, intus autem conſcientiā mun-dam, animiq; tranquillam hilaritatem procurant: contra fa-ciunt mundani homines, foris conduntur, ſordent intus, ple-ni iniquitate: non *enim eſt pax impijs inquit Dominus,* excæcati, dæmonibus obſeſſi, qui teſte Christo cateruatim ingruere *Apoc. 18. 2.* *Simile.* *Iſa. 57. 21.*

solent ornatis mundisque domibus, id est, homines qui corporis cultu ac comptura totos dies destinentur: Eijcitur diabolus quando ad confessionem isti veniunt, sed cum post gustatum corpus Dominicum rursus ad phaleras suas, ac mundi ornatum redeunt pulsum de corde suo diabolum cum maiore comitatu rursum alliciunt.

Matth.12.29.
Luc.11.26.

Quantum ex Christi verbis colligere est molliter & speciose olim solent vestiri aulici, mutata est proh dolor hodie ista consuetudo: vulgus enim mercatorum mechanicorum vxorculæ, filioli, multo deterius hodie in vestibus luxuriant, quam quondam solent nobiles. Ita semper ascendit superbia quoque magis à Deo paupertate, bello, annonæ caritate, ac calamitatibus affligitur insurgit in Deum altius, ac euolat celsius. Aduerte demum domos & pallatia principum terræ ijs declinanda esse quibus vestes sumptuosæ non conueniũt, quales sunt religiosi presbyteri atque Ecclesiastici: non enim solent, illa loca Scholæ esse virtutum. In Caiphæ domo Petrus negauit Christum; in pallacium Helisei prophetæ discipulus ad Iehu ablegatus audijt insanus. Christo nusquam grauior illata est contumelia quam in Caiphæ, Pilati, & Herodis aulis. Itaque aula exeas qui pius esse cupias.

Magnatum ac principũ domicilia, religiosis cæterisque ecclesiasticis deuitanda.
Matt.26.70.
4.Reg.9.11.
XV.
Quarta Ioannis commendatio, quod fuerit plus quam propheta.

Sed quid exiistis videre? prophetam dico vobis & plus quam prophetam? quartum ex hoc S. Ioannis encomium est, quod propheta fuerit, imo plus quam propheta. Geminum enim omnium prophetarum munus erat docere videlicet & monere populum ac Christum annunciare venturum. Ioannes autem multa ad hæc peculiaria habuit. De eo *inprimis* alij prophetę, [a] Isaias, [b] Malachias vaticinati sunt. *Secundo*, in vtero matris existens prophetauit matri suæ per Spiritum sanctum quem habebat, significans Christum esse, ac matrem Domini, quæ aduentabat. *Tertio*, prophetæ reliqui Christum prædixerunt venturum, S. Ioannes digito monstrauit præsentem, dicens: *Ecce agnus Dei*. *Quarto*, Christum baptizauit se inuisentem. *Quinto*, Christi præcursor erat prædicatione atque baptismo corda populi præparans. *Sexto*, erat ipsius in Veteri Testamento figura inquit [c] Origenes, quod exploratores venerint

Duplex erat prophetarum officium.
Quare Ioannes fuerit plus quã propheta.
1.
a cap.40.
b cap.3.
2.
Luc.1.15.
3.
4.
5.
6.
c Hom.3.in Iosue.

rint ad [a] Raab, eique aduentum Iosue annunciauerint, ipsi & amicis eius spondentes incolumitatem. *Septimo*, Christi prodromus non ad viuos tantum fuit, verum etiam ad patres qui aduentum eius in lymbo vt S. scribit Gregorius præstolabantur. Maior ergo S. Ioannes prophetis omnibus, imo ipsis etiam Veteris Testamenti Sacerdotibus, qui solum brutorum in templo mactatione & oblatione occupabantur. Cum interim S. Ioannes Dei filium baptizaret in Iordane vocem audiret de cœlo Patris, Spiritum sanctum videret in specie columbæ descendentem. At vero Dei omnipotentis beneficium euangelicæ legis Sacerdotibus maior est dignitas & sublimitas quam S. Ioanni baptistæ, plura enim possunt, ac Christo propinquiora sunt; Hominibus peccata dimittunt, corpus Domini consecrant, manibus tractãt, victimam Deo Patri offerunt, ipsi manducant, Christianis offerunt, Christianis porrigunt quos in Christi lege erudiunt & in viam salutis dirigunt. Neque vero solis ea excellentia sacerdotibus, quin omnes omnino Christiani S. Ioanne dignitate minores non sunt. Quotidie Christum aspiciunt, demonstrant, adorãt, Deo Patri in Missę sacrificio, cum Sacerdotibus offerunt, in se, in animam suam toties eum suscipiunt quoties venerabile Eucharistiæ Sacramentum de manibus Sacerdotum sumunt: quæ quidem S. Ioanni negata. O Christiane dignitatem tuam & noli degeneri conuersationi in pristinam vilitatem redire, nulla enim natio cui tanta fecerit Deus, quę habeat Deos, ita appropinquantes sibi, vt in animam ipsorum & corpus Dei filius introeat, atque ibi cum Patre, & Spiritu sancto mansionem facere cupiat.

a *Iosue.2.14.*
7.
Hom.6.in Euangel.
Officia sacerdotum legis Euangelicæ.
Christianorum dignitas maior quam Ioannis baptistæ, qui corpus Christi & sanguinẽ de manibus Sacerdotis reuerenter suscipiunt.
Deut.4.7.
Ioan.14.20.

XVI.

Hic est de quo scriptum est, ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Non dubium quin multo supra vulgum excelluerit S. Ioannes de quo tam antiqua exstabant prophetarum miracula, nihil tale accidisse prophetis legimus. Duabus de causis hic ei angeli nomen imponitur. *Prior* vita plane sancta & angelica, qua angelicam videbatur superare puritatem. Et si enim angelorum subtilior, & purior est naturæ conditio, virtutum tamen excellen-

Malac.3.1.
Matth.11.10.
Ioannes duabus de causis angelus nuncupatur.
Primo ob angelicę vitæ sanctimoniam.

Hom.27.in imperfecti. *Simile.* tia, ac perfectio in multo excelsiori gradu hominem in quo sunt constituere possunt. Quemadmodum tabula cypressina, querna, aut abiegna melior est, si tamen altera harum artificiosa quadam elabarata sit pictura, non dubium, quin acere, ac cypresso multo eā iis facturus pluris. B. Virgo Deigenitrix Maria nuturæ conditione angelis minor, virtutum merito multo est maior, ac celsior. Eodem modo & S. Ioannes, quia prima ætate omni se virtutum genere cum sanctis alijs exercuerat. Adeo, vt Angelus à sancto Ioanne baptista non sustinuerit adorari, suspiciens in eo culmen Apostolicum & Angelicam puritatem. *Apoc.c.19. & 22.* *In eius vita.* Ex ore sancti Onuphrij eremitæ magnus commemorat Paphnutius sanctissimos anachoretas Dominicis & Sabbathis omnibus Sacram Synaxin de Angelorum manibus accipere consueuisse. Cumque aliquod humanæ conuersationis solatium peterent, ad Angelorum & Sanctorum consortia fuisse subleuatos: eadem S. Ioanni euenisse suspicari promptissimum est, quantum videlicet ad Angelorum commercia & familiaritatem. *4.Reg.6.17.* Helisæus enim sancto Ioanne minor ingentem exercitum Angelorum penes se & vidit, & habuit quorū præsidio, & solatio fruebatur. Angeli suis gaudent similibus. Humilibus ac castis angeli iuuantur cordibus, ac ijs quasi similibus gaudent, non minus quam superbis, & impuris diabolus, qui vt ait Iob, *in secreto dormit calami in locis humentibus*, id est, quietem, ac iucunditatem, sine iacturæ metu (S. Gregorio interprete) in superbis inuenit, & impudicis. *Iob 40.16.* *lib.33. moral. c 4. & 5.* Secundo ob Angelorum officium. Altera ratio est, quod officio fungeretur Angelico. Angeli vocabulum nuntium significat, non qui tabulas, litterasque portat obseratas, sed qui ore & factis mandata perfert. Hoc omnes Angeli faciunt, *qui à Deo mittuntur in ministerium propter eos, qui hæreditatem capient salutis.* *Hebr.1.14.* & quamuis Angelorum nomen cœlestibus fere scrptura tribuat spiritibus; nonnunquam tamen hominibus etiam imponitur, qui Dei imperia proximis annunciant. *Malach.2.7.* Vnde Malachias *labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est*. Sacerdotes Angeli vocantur, quod officij ipsorum sit orthodoxam fidem, & Dei voluntatem annun-

annuntiare populo, quibus ea debetur reuerentia, vt propter ipsorum præsentiam monente sancto Paulo mulieres capite velatas esse deceat. Sanctus Gregorius omnibus ait, hoc nomen posse competere, qui proximos à peccatis ad virtutis tramitem bene monendo reducunt, tales *Angelos pacis* appellat Esaias, quod nimirum homines cum Deo pace concilient, quilibet quantumuis egenus, quantumuis ærumnosus, idem potest: nam etsi obulum, quam pauperi donet, non habeat, viribus quibus proximo subueniat destituatur, diuinis tamen verbis, ac virtutum exemplis, non mediocria prestare potest, & saluas facere peccantium animas. Quamobrem vaniloquia deuita, lingua tibi proximorum saluti seruiat, & Angelum à DEO in mundum te missum cogita, vt animas lucrifacias, ac tibi pro lucro æternam cœlestis gloriæ mercedem cum S. Ioanne reponat.

1. Cor. 11 18. Nicolaus Papa ad consulta bulgarorum. Hom 6. in Euangel. Isa. 33. 7.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, Deus omnipotens Messia, vnice Saluator animarum, mortuorum excitator, infirmorum medice, redemptor mundi, qui vt sinceram fidem ac cœlestis Patris voluntatem nos edoceres, de cœlo descendisti, magna insuper supra omnem naturam operatus es miracula, vt per ea quasi per sigillatas litteras testata nobis fieret tua missio, ac sine erroris suspicione secura doctrina tua suscepta, te Dominum, te Chrstum nostrum agnoscimus, nec præter te alium exspectamus, firma tenentes in te, per te omnia, extra te, nec salutẽ, nec gratiam, nec bona vlla consistere, quidquid enim ab hominibus, siue mortuis, siue viuis precamur, atque optamus tuæ potentiæ, tuis meritis, tuæ benignitati accepto ferendum est. Quare obsecramus te da nobis in Catholica fide, in Christiana vita constantiam, ne incidamus in errores, ne à tuis declinemus præceptis. Ad eum in quo tibi optime seruiamus vitæ statum nos voca, atque in eo nos contine, ne te vnquam deseramus. Hæreticos ad firmam petram, ad columnam veritatis conuerte. Bonæ doctrinæ, fortitudinis, pietatis, ac vitæ doctores, superiores, & concionatores mitte, qui

verbo viam salutis aperiant, inculpatæ vitæ lucem præferentes eodem nos deducant, vt patresfamilias, præceptores, matronæ, superiores nihil aliud in subditis vrgeant, quam vt te sequantur, tibi complaceant, aufer à nobis spiritum acediæ, torporis ac philautias vt bono animo amplexemur pœnitentiam in remissionem peccatorum, edomationem passionum, incrementum virtutum, augmentum cœlestium meritorum ad ædificationem proximi, ad subsidium Ecclesiæ S. Vt hic bene purgati, bene ornati virtutibus, multas tibi in æterna vita offeramus animas, per infinitam tuam Domine Iesu Christe bonitatem; qui cum Patre, & Spiritu S. viuis, & regnas, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA III. ADVENTVS.

Euangelium Ioan. 1.

IN illo tempore miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad Ioannem vt interrogarent eum: tu quis es? & confessus est, & non negauit: & confessus: quia non sum ego Christus, & interrogauerunt eum: quid ergo? Elias es tu? & dixit, non sum. Propheta es tu? & respondit: non. Dixerunt ergo ei: quid es, vt respõsum demus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? ait: ego vox clamantis in deserto: dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta: Et qui missi fuerant, erãt ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? respondit eis Ioannes, dicens: ego baptizo in aqua medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt, trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Compendiosa Euangelij exegesis.

VOlens ostendere in Euangelio suo S. Ioannes Euangelista verum Christum siue Messiam Iesum esse, testimonium adducit. S. Ioannis baptistæ, quem in mundum Deus miserat vt præpararet Christo venienti

corda hominum, ac ſic digne appropinquantem ſuſciperent, tum etiam, vt de eo teſtimonium perhiberet, ac demonſtraret, teſtatus eſt hæc de eo non infrequenter, ſed nunquam magis quam in hoc Euangelio ſolemniter, cum enim in fluuio Iordanis populum baptizaret, S. Ioannes vitam tolerans in eremo inſolitam, aſperam in qua iam ſupra triginta annos delituerat, à plebe putatus eſt Chriſtus eſſe (vt ait S. Lucas) nouerant enim ex prophetarum oraculis impleta eſſe tempora promiſſionis Chriſti, videbant etiam baptizantem S. Ioannem, quod ante ipſum Prophetarum fecerat nemo; ſed eadem hęc Chriſto facienda erant ſecundum Prophetiam Ezechielis, *effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Dominum Ieſum ſiue Meſſiam eſſe nullo modo ipſis fiebat veriſimile, partim quod eum non in Bethleem vnde Meſſias expectabatur, ſed in Nazareth Galileæ, vbi à puero habitauerat credebant natum, partim etiam, quod vitam ageret à communi ratione non alienam, nec exteriori aſperitate, ac ſanctitate æque, ac S. Ioannes conſpicabilē. Partim etiam quod ad S. Ioannem veniſſet, atque ab eo baptizatus fuiſſet, quaſi minorem ſe agnoſceret iuxta paremiam, *quod minus eſt à meliori benedicitur:* tum demum, quod eũ idiotam, ac vilem crederent mechanicum filium; vnde dicebant, *nonne hic eſt faber, & fabri filius?* Chriſtus ex ipſorum opinione non tantum ex genere Dauid, verum etiam ex nobili, & opulenta naſciturus erat parentela, aut ſaltem ita mundum hunc ingredi, vt obſcuri laterent parentes eius, ac natiuitas, ſic explicantes prophetam, *generationem eius quis enarrabit,* hinc

Ezech. 36.

Heb. 7. 7.

Mar. 6. 3.
Matt. 13. 55.

Eſaia 53. 8.

hinc postmodum dicebant, *hűc scimus vnde sit: Christus dű venerit, nemo scit vnde sit.* Cum iam ita de S. Ioanne sentiret plebecula differenda vlterius superiorbus non fuit veritatis inquisitio. Erat Ierosolyma concilium maius septuaginta duorum ex Dei mandato per Moysem institutum, quorum erat de grauioribus discernere. Cōcilium hoc populi resciscens opinionem, nec plenitudinem venisse temporũ, ignorans, quæ Scripturæ Messiã ad futurũ prædixerant, sacerdotes quosdam tanquam legatos ex cętu suo ad S. Ioannem emiserunt, leuitis quibusdam, qui Pharisæi erant. i. doctores, ac secundum exteriorem speciem pientiores, versatiores in lege adiunctis. Qui Sancti. Ioannis respōsa, & iudicarent rectè et si necesse foret refellerēt. His vt ex S. Ioãne inquirerēt vtrum esset, qui expectabatur, aut si is nō esset, quis demũ esset in mãdatis dederũt: venerũt ad S. Ioannē hi, quærũt quæ à cōcilio iussi erãt, quis esset nimirum num Christus à Deo promissus. Veritatem omnem cum magno affectu S. Ioannes aperuit, nō obtexit, non palliauit, clare dicens, neutiquam sane Christus nō sum ego, absit hoc à me tali honore nō dignor. Quærebant vlterius ex lege didicimus Heliã nō multo ante Christũ venturũ, ita enim apud Malachiã legimus, *ecce ego mittam nobis Eliam Prophetã antequam veniat dies Domini magnus & terribilis.* Elias es tu? Nesciebant Iudęi, ac Iudęorum magistri duplicem Christi aduētum, vnum redemptoris in humilitate, alterum iudicis in nouissimo die in maiestate: atq; ideo quæ de secundo aduentu Scripta erãt, quem Helias ad Iudæorum conuersionem præcurreret, de primo intelligebant ipsi, atq; ideo vidētes in S. Ioanne

Ioan 7. 27. Num. 15.

Malac. 4.

S. Ioanne vitam Heliæ quod habitaret in ſolitudine, veſte ſcilicet zona alteri non abſimilis ex ſcripturis etiam optime callentes, Heliam igneo curru raptum in viuis adhuc eſſe opinabantur ipſum ex terreſtri Paradiſo quem tot iam annis habitaſſet à Deo in ſolitudinem demiſſum, ad Chriſti aduentum annunciandum. Rurſum clare Reſpondit S. Ioannes; Helias nō ſum quamuis ſpiritum & virtutem Heliȩ haberet. Sicut Zachariȩ patri eius Gabriel angelus ſpoponderat. Prȩcurſor aduentus Chriſti prȩparans hominum corda ad Meſſiam reuerenter ſuſcipiendum, vt Helias ante ſecundum Chriſti aduentum facturus eſt, in perſona tamen Helias nō erat. *a* Necdum hic acquieuerunt legati, inquirunt altius Opinabantur non Chriſtum tantum & Heliam vnum paulo poſt alterum venturos, ſed alium inſuper Prophetam aliquem cum ipſo venturum Chriſto, de quo Moyſes prædixiſſet, *prophetam de gente tua & de fratribus tuis ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus ipſum audies.* Putabatur Propheta hic Chriſtum Iudæis monſtraturus & populum ad eum tracturus. Interrogant ergo legati num Propheta ille S. Ioannes eſſet, negauit iterum ſciens Prophetam illum de quo Moyſes ſolum ipſum eſſe Chriſtum, qui Prophetico ſpiritu multa prædicabat. Nō quærunt legati particulatim, vtrum hic ſit, vel ille ſit Propheta, v.g. Iſaias an Hieremias aut alius aliquis, nam de S. Ioanne opinio ipſis erat maior rati ſupra communem prophetarum eum eſſe ſortem, atque in Chriſti aula ſingulari quadam ſibique ignota fungi dignitate, atque ideo quærunt; dic ergo nobis qui ſis vt reſponſum demus concilio à quo

ſumus

a Luc. 11.

Deut. 18. 15. Act. 3. 22.

ſumus miſſi. quid dicis de te ipſo. Potuiſſet reſpondere S. Ioannes Angelus ſum à Malachia prædictus, qui ante faciem Chriſti iturus & viam eius præparaturus eſt. At ſumma eius non ſuſtinebat humilitas vt tali ſermone indigitaret, quo poſtmodum in præcedentis Dominicæ Euangelio eum honorauit Chriſtus. Ideo aliud aliquod nomẽ ex Iſaia deſumpſit prophetiæ: ego vox clamantis in deſerto admonẽs vos vt rectam breuemq; faciatis viam Domini, vt vbi venerit non per ambages ac difficultates ad corda veſtra admittatur. Audientes legati maiorẽ ipſi non eſſe poteſtatem interrogant cur baptiſmum ſoli vtique Chriſto reſeruatum, aut ſaltem Heliæ, aut Hieremię, aut Prophetæ Chriſti comiti ſine iure vſurparet. Reſpondet Sanct. Ioannes, baptiſmus meus nõ tanti eſt, ſola enim corpora ſimplici aqua diluo vt eo ſignificem Chriſtum venturum efficaciori baptiſmate tincturum animas, qui Chriſtus iam medius veſtrum ſtetit, id eſt, non ſolũ natus eſt ſed ambulat, conſiſtit, agit, verſatur inter vos, ignotus vobis reuera interim eſt qui poſt me docebit inſtruens vos, qui à Deo multo ante me factus eſt, & quidem tanto vt ego qui magni à vobis fio, dignus non ſum corrigiam calceamentorum eius ſoluere, atque abiectiſſima ei miniſteria præſtare. Geſta ſunt hæc non clanculum aut in angulo, ſed in publico ad Iordanem fluuium in loco *Bethabaræ*, id eſt, in domo traiectus aut transfretationis, quia ibi tranſnauigari fluuius ſolet, ac filij Iſrael de Aegypto exeuntes illac tranſierunt. vocabatur etiam *Bethania*, id eſt, ſecundum vim vocis Hebraicæ domus auditus ſeu obedientiæ, vel domus reſponſionis ſecundum

dum etymologiam Syriacam, quia nimirum nauicularij, qui homines vltro citroq; vectabant ibi domicilia fixerant, ac transfretare volentium clamores audiebant, ijſque reſpōſabant, vt in eiuſmodi locis, ac vectionibus fieri ſolet, pingens Hebraice *Bethania*, alia quadam litera quæ N.i. Alpha vocatur, ſignificans ea voce domum, ſub qua cymbula ſeu vectoria ſtationem habēt. Legatio igitur & reſponſio S. Ioannis in multa populi acciderunt frequentia, qui illuc vel traiectus, vel baptiſmi gratia conuenerant, ibidem enim ſolitus erat baptizare Ioannes.

Documenta tertij ſermonis.

I. IN *illo tempore.* Superiori Dominica de ſeipſo teſtimonium dedit Chriſtus opere magis, quam ore. de S. etiam Ioanne coram populo eum commendans in hoc Euangelio, de Chriſto teſtimonium dat S. Ioannes, & de ſe ipſo prius quidem, de ſe cum magna animi demiſſione, quę vtique omnium virtutum erat fundamentum, & ad teſtimonium de Chriſto perhibendum eum quam maxime faciebat idoneum. Non indigebat Chriſtus humanis teſtimonijs, quemadmodum ipſe Ioan. 5. 36. ait, *ego ab homine teſtimonium non accipio, quia habeo teſtimonium maius Ioanne*: Voluit tamen Deus vt in principio de Chriſto S. Ioannes teſtaretur quoad eum allicerentur homines, vt eum agnoſcerent: omnino erat neceſſarium ſi per eum ſalutem conſequi vellent, quæ extra Chriſtum nulla eſt, qui enim ante tempora Chriſti ſub lege veteri ſaluati ſunt, in Chriſtum credebant venturum, ſicut nos in eundem, qui iam venit pro nobis paſſus, & mortuus eſt. Qui temporibus Chriſti viuebant, in eundem credere debebāt præſentem. Ita venit Chriſtus, vt non continuo miraculorum ſuorum ſplendorem diffunderet: ſed ſubobſcurus videbatur in principio ſimplex qui-

quidem, plebeius, vilis, mechanicus. Lucebat tum S. Ioannes vitæ ſanctitate, quaſi lucerna in caliginoſo loco: at Chriſto, qui mundi ſol eſt exoriente, extincta eſt candela, cum nimirũ miraculis deitatem ſuam teſtatam faceret. Adductus itaque paulatim eſt populus candela.i. S. Ioannis lumine ad ſolem. ſummopere neceſſarium erat vt illi, qui iſtis viuebant temporibus pernoſcerẽt Chriſtũ, vt plenã eius nobis traderent notitiã; in eũdem, quem ipſi pro Chriſto habebant Chriſtũ credimus. Si ipſos decepiſſet error, decepiſſet & nos: optime igitur prouidit Deus ne in Chriſti notitia fallerentur, mittens primum virum dignitate, & ſanctitate ſpectabilem, qui eum intento monſtrabat digito, dicens: *Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi.* i. hic homo Meſſias eſt, Chriſtus eſt tot ſæculis promiſſus, qui pro totius mũdi peccatis venit ſatisfacere, nolite quærere alterum, ſequimini ipſum. Quibus auditis Chriſtum ſequuti ſunt Apoſtoli, & clarius eum conſpectis miraculis, & diuina eius doctrina inſtructi agnouerunt, tradiderũt eadem poſt mortem ipſius ſuis diſcipulis, ſuis iterum illi, atq; ita per manus in noſtra vſq; tempora, ne nouum aliquẽ à Luthero, aut Caluino, aut alio quolibet hæretico Chriſtum accipiamus, quam, quem Apoſtoli per diſcipulos ſuos continuata traditione ad nos tranſmiſerunt. *Ioan. 1. 29.* *De hoc vide pulchre Tertullianum l. de præſcriptione c. 21. & ſequent.*

Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem. etſi eremum incolebat, nec oppida terebat Sanct. Ioannes, frequens tamen de eo Hieroſolymis ſermo, ea enim virtutis lux eſt vt quantumuis obtenebres, quantumuis tegas emicet. Sanct. Paulus primus eremita in ſpelunca, vt lateret ſe abdidit, toto interim colebatur orbe, Sanct. Hilarion omnia paragrabat orbis loca quærens neſciri, at quocunque pedem intulit, ſui ſimul notitiam, & cultum attulit. Spargunt virtutes ſuaueolentiam, quę prohiberi nequeat naribus, & ad ſe mortalium animos attrahunt. *Hieronymus in eius vita.*

Hieroſolymis manſio erat ſummorum Sacerdotum, & regum; erat ibidem ſummum concilium Iudæorum de rebus maxime Moyſaicam legem concernentibus: conſtabat illud ſacerdotibus de tribu Aaron, Leuitis de tribu Leui, templi miniſtris in lege experientibus. Quare hi ad

S. Ioan-

Duplex opinio quare hæc legatio Sacerdotum missa est ad Ioannem.
Prima.

S. Ioannem legatos suos miserint, duæ sunt sententiæ: prior eorum qui bona hoc intentione factum autumant, vt nimirum nouitatis à S. Ioanne introductæ rationem discerent. Aliter enim atque doceri consueuerat, instituebat populum, nouis etiam vtebatur cæremonijs: multa vt testatur Christus de regno cælorum edisserebat, quoslibet ad se venientes baptizabat. Monentur hic omnes Ecclesiarum præfecti sollicite attendere quotiescunque aliquid aut inusitati moris per conciones, aut agendi modum in Ecclesiam infertur, vt diligenter omnia expendant, nihilque quod Catholicæ fidei non consentaneum deprehenderint admittant: ideo ad suggestum nemo admittitur nisi approbatus & examinatus legitime: non tolerantur insolitæ viuendi regulæ religiones nullæ sine Pontificis confirmatione, ne antiqua Christianorum doctrina prophanis vitietur nouitatibus, nō est itaque quod multum distomachentur hæretici, si noua ipsorum commenta Ecclesiastici prohibeant: non minus equidem ea cura ipsis incumbit modo quam in veteri testamento Sacerdotibus & Leuitis, imo & hæc inquirere potissimum est œcumenici pastoris, sicut & ibi summi Sacerdotis à quo peti consilia voluit Moyses si difficile & ambiguum iudicium apud se esse, perspexissent, in rebus videlicet legem spectantibus, nec eius explorandam tantum sed & tenendam sentētiam; morti adiudicabatur qui imperia ipsius respuisset. Antiquissima Ecclesiæ consuetudo est ex omni orbis parte Romam ad Romanum Pontificem S. Petri successorem in quęstionibus & difficultatibus fidei refugere. Plenæ rebus ijs historiæ omnes, Pontificum responsa: prælatorum & Episcoporum literæ, Cæsarum etiam & laicorum principum ad ipsum scripta nihil sonant aliud, nullum aliud dogma, nullam congregationem, quantumuis piam, quantumuis sanctam vt apparet à Petri successore pontifice Romano explosam sustinebimus. Opinantur alij Sacerdotes Hierosolymitanos legationem hāc non sincera instituisse intentione, quia nimirum Iesum pro Messia & Christo hominem externa specie pauperem, ignobilem, vilem suscipere detrectabant. Nimis etiam ipsis erat vicinus quotidie cum ipsis agens, tractās, edens,

Matt. 11. 12.

Deut. 17. 8.

Secunda opinio.

edens, bibens, ac omnia ipsorum opera obseruans: genere aliquem quærebant nobilem, quem ad cerebrum suum componerent & formarent ad pollicem. videbatur ipsis S. Ioannes huic negotio oportunus, perpetuus à pueritia eremi habitator quam nec postmodum deserere statuisset, quem laterent omnia quæcunque perperam in ciuitatibus actitarent: quantum vero ad tribum Iuda de qua nasciturus erat Christus, ex qua S. Ioannes non descenderat, filius Zachariæ sacerdotis de tribu Aaron & Leui. Ignorauerint forte progeniem Ioannis cui prima ætas ad trigesimum vsque annum extra homines in alta transacta fuit solitudine: aut si sciuerint suspicati forte sunt per lineam maternam ex tribu Iuda ipsum oriri, quod arbitrabantur esse satis: mittebant itaque legatos non tam vtrum Messias esset sciscitaturos, quam vt honorem ac dignitatem Messiæ arriperet persuasuros se ad susceptionẽ eius ostendentes paratos. Exprobrare videtur tale aliquid Christus, cum inter cætera sic de S. Ioanne: *ille erat lucerna ardens & lucens vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius*, id est, eum voluistis vobis constituere Christum vt me faceretis missum, me autem repudiato repudiassetis & illum, sicuti reuera postquam me digito Christum demonstrauit, fecistis.

Qualem Messiam Iudæi optarint.

Ioan. 5. 35.

Disce hinc, *primo* ad dignitates & culmina non qui digni sunt, sed qui genere conspicui sunt in mundo extolli, ijs dignitates iis prælaturæ tam Ecclesiasticæ quam laicæ patent: Christus contra pauperes duodecim exaltauit piscatores ad summũ Apostolatus culmen, per quos conuerteretur & regeretur mũdus. Disce *secundo* tales fere à mundanis quæri superiores, confessarios, concionatores, curatores animarum, quos suis adaptari posse sperant sensibus, qui tanquam muti canes latrare non valent, sed ad omnem iniquitatem perdita conniueant indulgentia. Disce *tertio* qua ratione homines seducere soleat mundus, adulatione videlicet blanditijs, speciosis promissis. Tu autem mellitis mundi caue credas sermonibus, quærit enim non quæ sibi salutaria, sed quæ sibi vtilia ac commoda. Disce *quarto* concilium hoc Hierosolimitanum nunquam legatos destinasse ad Christum, vtrum ipse Messias

Quinque documenta de mundi fallacia ac lenocinio.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Matt.22.16. esset exploraturos, parum enim ipsis erat gratus,[a] semel cum Herodianis ad eum miserunt discipulos, vt eum in sermone caperent.[b] Alio etiam tempore, ministros qui comprehenderent,[c] venerunt & semel ad ipsum rogantes nū esset Christus, non vt eum, quo æquum erat honore reciperent, sed vt lapidarent, atque interficerent: Condemnatus est in domo Caiphæ, quia se Christum fatebatur. Si se Christum affirmasset S. Ioannes, credidissent vtique: Iesum autem, qui hoc sine mendacio de se affirmabat, crucifixerunt. Nemini fides minor, quam Deo habetur. Facta rerum est amissio, consuluntur diuinatores, non Deus. vt congregentur bona, nec furtis, nec vsuræ parcitur: vt alia acquirantur, nulla putantur illicita media. Si Concionator venit Catholicus Dei legatus, qui peccata redarguit, statim Iesuita, & mendax habetur: venit hæreticus, angustam cœli laxat semitam, solam sine operibus poscit fidem, & statim asseclarum trahit greges. Conqueritur apud Malachiam Prophetam Dominus indies se à nobis cōfigi, manus eius clauis transuerberamus, vt eum nostræ contemperemus voluntati, non secus ac ora equorum lupatis ad imperia nostra flectimus. Deum mallemus nostri capitis sequacē, quam vt eius bonę, & rationabili nos conformemur voluntati. Tu diuinæ voluntati obtempera, illa te ad æternā deducet salutem. Disce *quinto* virtutum odorem bene viuendo, quam latissimè diffundere, atque ita ad Deum trahere plurimos. Esto, quemadmodū Corinthijs scribit Apostolus, epistola Christi in qua vitæ sę formulam quilibet legat: quæcunque agis, loqueris, in anima tua exarentur leganturque post obitum non obliterata, maxime autem ab omnibus in extremo iudicio. Cura igitur, vt nihil in te præter virtutes eluceat, quilibet bene perfecteque viuendi rationem in te peruideat.

b Ioan.7.32. c Ioan.10.24. Malach.3.8. Quintum. 2.Cor.3.3.

III. *Vt interrogarent eum tu quis es?* legati hi de S. Ioanne quis esset iussi erant cognoscere, ideoque ante omnia quęrunt tu es Christus? illum enim illo tempore præstolabantur. in Euangelio quæstio hæc non est expressa, sed implicita tantum *tu quis es*, vt ita crebro inquiramus de nobis, de CHRISTO, de proximis. Primo quantum ad quæstionem de nobis duplicem

plicem animo noſtro frequenter proponere debemus, *quid es*, & *quis es*, prior naturam, altera quantitatem quærit, ac officium. quid igitur es? Dei imago quoad animam: corporis cõſtitutione porco ſimilis. Materiam habes Deum laudandi de animę pulchritudine, ac nobilitate, quæ à ſolo Deo poſt immortales, & immateriales Angelorum naturas tanquam S. Trinitatis imago creata eſt: ſimul etiam humilitatis occaſionem inuenies, qui ſuibus corporis compoſitione nihilo ſis melior. Multum igitur honorem debes animæ, varium ornatum, qui Dei imagini conueniat, corpori autem non ſeruies, ſed illud vt porcos quaſi vile contemnes, & quandoquidem mirabilis eſt corporis huius animæque coniunctio, vt illud poſtmodum ad implẽdas Angelorum ruinas cælo inferatur, æquiſſimum eſt, vt hic paulatim ſpirituale facias, & ſecundũ mentis, ac rectæ rationis dictamẽ ſculpas, vt ſine pugna in omnib. ſpiritui, & ſine rebellione ſub iaceat. ſi. n. animã corporis dominationi ſubſternas, aliã animæ ſimilitudinẽ imprimet, ac diuinã eradet, carnalẽ faciet animã, ac animalẽ, ad brutorũ eã detorquẽs naturã, atq; ita fiet vt beſtia poti⁹, quã homo videare. Notũ eſt ſpecies, naturaſq; animalium non corpore, ſed forma animaq; diſtingui. ſimia humanis eſt mẽbris, homo tamen nõ eſt, quia irrationalis eſt. quamuis igitur corporis tibi compoſitio humana ſit, brutum tamen beſtiamque, non hominem te crede, ſi anima tibi obbrutuit. Conſcientiam modo ingredere, inſtitue quæſtionem quis es? Reſpondebit forte, odio, ac inuidia canem te eſſe, faſtu, ac ſuperbia pauonem, lupum auaritia, vrſum, luxuria, porcum gula, leonem rugientem iracundia, ſegnem aſinum acedia, beſtiam denique aliam iuxta prædominantem in te paſſionem. erubeſce, confundere, & Deum time, cuius transformaſti imaginem in ſimilitudinem beſtiarum: imo qualibet beſtia turpius deformaſti: vna tamen natura ſingulis beſtijs eſt, vna vni cani caninitas, vna aſino aſininitas, &c. Tu autem in anima tua, omnes has ſpecies, ac conditiones canum, luporum, porcorum comprehendis, vt prodigioſa quædam chymera, quam poetę leonino capite, caprino vẽtre, ac ſerpentina cauda fingũt, aut

Quo pacto homo ſe ipſum frequẽter debeat diſcutere quis qualiſue ſit.

Faunis, Satyrisque similis humana facie, caprino corpore, aut centauris humanam gerens faciem & tergum equinum, aut sirenibus mulier superne in piscem desinens. Aduerte porrò quis sis, *primo* quidem Christianus qui in baptismatis Sacramento non minorem Christo quam miles duci fidem iurauit. *Secundo* in Sacramento confirmationis septem spiritus S. donis donatus. *Tertio*, Ecclesiæ S. membrũ particeps meritorũ Christi, & sanctorũ Sacramentorũ consors, filius Dei, æternę hęres gloriæ, cohæres Christi. *Quarto*, statum tuum considera, Ecclesiasticus es ad agendas Deo gratias, eiq; approximandũ es obligatior. *sæcularium* enim *nugæ* inquit Bernardus *in ore sacerdotum sunt blasphemiæ*: laicus es tanto prudentius in mundo inter mille peccatorum pericula circumspice, non enim religiosis quam laicis iudex erit Christus iniquior. Et his perfectionem commendauit & illis *perfecti estote sicut pater vester cælestis perfectus est:* & apud S. Iacobum, *vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes*. tam laicis quam Ecclesiasticis pręcepta est ab omni inquinamento mũdities. minor est Ecclesiasticis macularum sordiumque occasio: sicut minus lutulantur qui curru quam qui pedibus iter conficiunt, idcirco qui nouit nihil maculatum in vrbem intromittendum & pedes nihilominus proficisci cogitat, accurratius sibi prouidere debet ne cænum lutosæ viæ contrahat nisi ad portam in purgatorio, vbi purgatio & grauior est & diuturnior emaculari eligat. Vxorem duxisti, thorum in quo es honora. Iudicem te constituerunt, subditorum curam habe. Munus tibi aliquod creditum est vide vt omnia culpa vacent summa, imo sine discrimine sine acceptione æqua lance iudicabit Dominus, semper itaq; quis cogita, officij enim conditionisque tuę accuratissimas Deus flagitabit rationes.

Quonam modo debeat homo considerare quis sit. *Primo.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.* *Lib. 2. de cõsideratione.* *Matt. 5. 48.* *Iacob. 1. 4.* **Simile.**

Duo hæc ex Christo etiam quęrere potes; quid es & quis: quando in templo ante venerabile Sacramentum te prostraueris considera & quære quid es? quid hoc ꝙ niueo est conspectu, bucellane panis, vt visus, olfactus, gustus tactus, ac quidam etiam suadent hæretici: an vero caro & sanguis Christi, anima cum corpore, diuinitas cum humanitate sicut ex verbis CHRISTI, *hoc est corpus meum*, sancta confitetur Ecclesia.

Qua ratione Christo liceat easdẽ hasce interrogationes proponere. *Marc. 14. 22.*

Ecclesia. Ad rerum substantias sensus noster non attingit, calor & albedo cadit in visum, bonum malumque saporem iudicamus gustu, odorẽ olfactu, duritiem, mollitiem que tactu exploramus, &c. Naturam autem ac sub speciebus his latentẽ substantiam exteriores sensus non discernunt. Hic Dei verbis standum est quæ docent nos sub his speciebus quæ in sensus nostros incurrunt, verũ Domini corpus nullam naturam aliã atq; substantiam esse subiectã. Verba Dei ambigua non sunt, nec impotens est Deus hoc facere, nec idem infinitę charitati est nimium. Creditum est ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, innumeris omni loco, omni tempore statutam, roboratam miraculis fidem, ergo hãc serua Catholicam, Deum tuum adora, creatorem tuum, saluatorẽ tuum in hoc sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Perge quærere quis es attende respõsum, Dominus, ac conditor cœli & terræ viuorum & mortuorum iudex, remunerator seruientium sibi, vindex fugitiuorũ, qui omnia videt, omnia nouit, omnia meminit, quem nec otiosum verbulum transit impunitum. Quare similiter in templo te contine, ora attente & cum fiducia. Ab omni irreuerentia q̃ & locum dedecet, & maiestati eius displicet sollicitus caue.

In proximo etiam quid sit considera; imago videlicet sanctissimæ trinitatis, Angelus incorporatus, rationabile plasma Dei operatum manibus, tu quid sis considerans, minima tua vt humilieris expendes, quod de terra sumptus sis, bestijs corpore non pręstantior, &c. In proximis autẽ summa optimaq; semper speculaberis, vt eius te ad reuerentiã consideratio accendat. Cum Dei esse cogitas imaginẽ, Deum in ipso cõsiderabis, damnum non inferes, suam enim Deus reputat imagini suæ illatã iniuriam: honorabis eũ, non attendens paupertatẽ, ignobilitatẽ, ignorantiam, ruditatem aliaque vitia eius, sicut in honore qui imaginibus exhibetur, non lignea, saxea aut argentea attenditur materia, sed is solum cuius referunt similitudinem. Cũ vlterius interrogas quis es? ne cõmunem hominum sequaris consuetudinem, qui maiorem vitiorum quam virtutum rationem habẽt, alienisq; magis quam proprijs occupantur defectibus. Qui domum habet bonã, commodã, libens ibidem moratur, qui incõmodam fumo infestã, fugit

Proximis vero quonam pacto proponenda eadem sunt.

Simile.

Ecclesi.21.7. alio: malę conscientiæ signum est, circa aliorum viuendi rationem libenter versari. Sapiens inquit, *qui timet Deum, conuertetur ad cor suum*: inueniet ibi semper quod agat, quod poliat, etiam si mille annis superuiuat. Proximum interrogabis quis es, vt virtutes eius cognoscas & secteris, vt officium eius scias & honores. Sancti absconditi sunt, & libentius cum S. Paulo latent quam cognoscãtur: diuinam sibi commissam gratiam tegũt, subticent, & cum Propheta Isaia aiunt *secretum meum mihi, secretum meum mihi*. Mundani quidquid boni egerint habent in propatulo, imitatores Phariseorũ, qui suas in oratione recẽsebant virtutes. S. Gregorius Nissenus de Alexandro quodam scribit, philosopho Christiano, eruditionis, eloquentiæ, pulchritudinis excellentia conspicuo: hic peregre in Comana ciuitate fixit domicilium, vt ignotus honores effugeret humanos, simulans carbonariam se exercere, tingebat fuligine faciem, lacera seminudum corpus veste tegebat, omnium se ciuium præferens abiectissimum. Quærebatur Comanę ciuitatis Episcopus, aduocatus est ea de causa illuc S. Gregorius Neocæsariensis, vt sanctitate & prudentia noui Episcopi electioni præsto esset, qui in loco pręsens, multos iam animo ad illud munus videns destinatos, monuit populum non tã externa obseruarẽt, quam sanctitatem pietatẽ attenderẽt: respõdit cum stomacho vnus eorũ qui aderat, forte hic nobis carbonarium daturus est Alexandrum. Gregorius audito Alexandri nomine in conspectum suum virũ voluit adduci, prodijt vt solebat, dedecoratus: sed aduertit Gregorius diuinitus inspiratus ex hominis compositione, sub sordido, aliud latere mantello, abduxit eum seorsum, grauiterque obtestatus est vt quis, cuiusue conditionis esset vere sancteque ediceret: fecit vt iussus, postea S. Gregorij mandato ablutus à sordibus, Episcopali veste induitur, adductus coram populo ac quis esset cuiusue prudentiæ manifestatus, vnanimi cõsensu ad Episcopatum raptus est, pie eo functus est munere annis plurimis, ac demum Decij imperatoris tyrãnide circa annũ Domini 254. supplicio affectus, martyrij coronam accepit. Disces hinc nõ facile secundum exteriorẽ speciem iudicare proximum, multa enim latent quę non patent. Disces etiam hinc ita te componere

2.Cor.12.8.

Isaia.24.16. Luc.18.12.

In vita S. Greg Thaumaturgi to. 4. Surij die 17. Iulij.

Eius dies natalis est in martyrologio Romano 21. Augusti.

Proximus vnde iudicandus.

ponere vt plus virtutis poſſideas, quam pręferas. Abditur vili vagina culter optimus, nonnunquam & peſſimus, deaurata. Quando proximum aſpicis, vide an boni aliquid in eo rimari poſſis, nemo enim adeo profligatæ vitæ qui boni nihil habeat imitabilis, ſicuti nullum eſt animalculum, frutex nullus, cuius ad humana commoda non ſit vſus.

Proximum etiã interroga quis es? vt officio eius intellecto, charior tibi ſit & honoratior, Saluator noſter non tam ad facta vitamque alienam quam ad functionem & officium monet conuerti oculum: idem S. Petrus, & Paulus Apoſtoli in infidelibus regibus, imperatoribus, Dominis iubent fieri: Dei eos vocãt miniſtros, quibus & honorem & preces debeamus. Quare ſi ſacerdotem videas vitæ non admodum probatæ, vitam relinque, conſidera officium, *quod Angelus Domini ſit*, teſte Malachia, magiſter tuus qui Dei tibi aperiat voluntatem, doctrinamque proponat, iudex tuus qui te à peccatis tuis abſoluat: Sacerdos & mediator tuus inter Deũ & homines, qui pro toto terrarũ orbe corpus Chriſti conſecrat, Deo patri offerat, ac Chriſtianis omnibus adminiſtret. Noli imitari hæreticos qui næuos tantum & peccata arguunt Eccleſiaſticorum, officij autem ipſorum dignitatem non aduertunt. teſtatior eſt tibi diuina charitas quando mali Sacerdotis vtitur opera, cuius ſupra modum peccata odit, quam cum per ſanctum, cuius ſanctitate delectatur, benefacit: non ſecus ac maiorem pauperi decumbenti oſtenderet rex charitatem, ſi cęlo etiã pluuio, lutoſa via inuiſeret illum, quã ſi veniat via mũda, ſudo ſerenoque cœlo. ſi ſolis pijs diſtribuenda dediſſet Deus beneficia, nunquam de perceptione eorum eſſemus ſecuri; non enim conſtat nobis aliena probitas, imo ipſe non nouit homo, *vtrum amore an odio ſit dignus*, vt Sapiens inquit. Dei igitur beneficia reuerenter habeas, ac Deum & ſuperiores diligas, dicant hęretici Papam Antichriſtum, Sacerdotes autem Prophetas eſſe Baal. tu cum Malachia & S. Paulo Sacerdotes angelos voca, miniſtros Chriſti, diſpenſatores myſteriorum Dei. Audi quid de Papa Sanct. Bernardus reſpondet ad Eugenium Papam, *age* inquit, *indagemus diligentius quis ſis, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei? Quis es?*

Matt. 23. &c. 1. Pet. 2. 17. Rom. 13. 4. 1. Tim. 2. 2. Malach. 2. 7. Simile. Eccl. 9. 1. Malach. 2. 7. 1. Cor. 11. 1. Cor. 4. 1. Lib. 2. de conſiderat. c. 9. ad Eugen.

Sacerdos magnus, summus pōtifex, tu princeps Episcoporū, tu hæres Apostolorū, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, authoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus, tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt: sunt quidē & alij cæli ianitores & gregū pastores, sed tu tanto gloriosius quanto & differentius vtrū præ cæteris nomen hæreditasti: habent illi sibi aßignatos greges singuli singulos, tibi vniuersi crediti vni vnus. Nec modo ouium sed & pastorum tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolutè totæ commißæ sunt oues. huc vsque S. Bernardus, qui hanc fidem à maioribus accepit, & miraculis innumeris confirmauit, eadem tibi sit sententia, insaniant ad arbitrium suum hæretici pertinaces, ignorantiæ & superbi cerebri mancipia.

IV. *Et confessus est & non negauit & confeßus est quia nō sum ego Christus.* quantum ex textu colligere est non voce tantum Christum esse negauit S. Ioannes, verum etiam, cum magno affectu compositone vultus, manuum, capitis & totius corporis gestu hoc à se videtur amolitus: quemadmodum nos si magnum aliquod falso nobis imponatur piaculum, cum execratione clamamus neutiquam, non feci, absit à me, nihil vnquā tale cogitaui. Ita & S. Ioannes audiens, quo se Christum facerent ac Iudæorū Messiam vellent, longe hoc à se remouet, vt & Euangelista insinuat triplici exprimens repetitione confessus est, & non negauit, & confessus est: idque ob duas causas, *prior*, quia honor ipsi offerebatur soli Deo debitus, solus enim poterat, & debebat Dei filius CHRISTI munus exequi, ac Christi gloria potiri. Horruerunt semper Sancti aliquid diuinum circa se admittere [a] Sanct. Paulus & Barnabas audientes sibi parari sacrificia, exilierunt foras, discerpserunt vestimenta, vt blasphemiam istam eo signo quo maximè sibi probarent displicere: ita & Sanct. [b] Petrus Cornelij centurionis adgeniculationem prohibuit, metuens ne tanquam Deus, sicut [c] Beatus Athanasius, & [d] Hieronymus exponunt adoraretur. Nouerant nullum æque grauiter à Deo vindicari flagitium quam læsæ diuinæ maiestatis crimina, Dei suffurando honorem, [e] ideo lucifer cum

Cur Ioannes terna uice repetierit se Christum non esse.
Prima ratio
a Act. 14. 14.
b Act. 10. 26.
c Orat. 3. in Arrian.
d contra vigilant.
e Isai. 14. 12.

cum omni grege suo cœlo depulsus, paradiso [a] Adam & Eua, [b] Nabuchodonosor in bestiam transijt, [c] Herodes consumptus à bestijs expirauit. Quam ob rem caue sedulo diuinum tibi munus, aut honorem assumere, quod non raro accidit in temere iudicandis proximorum intentionibus, aut cum filios, subditosque tuos non permittis sequi Deum vocantem, sed eo vis innodari vitæ genere, quod tibi placet: aut cum aliter efformas, quam à Deo formatum est tuũ corpus, corrigere volens plasma ipsius. Cum tuam voluntatem ac beneplacitum diuino anteponis. scribit S. Gregorius Episcopus Turonensis fuisse Portianum sæcularis hominis mancipium, ac cum se in religionem dare vellet ab hero suo impeditum: percussit herum cęcitate Dominus à qua liberari non poterat nisi sola humili subiectione voluntatis suæ, sub diuino beneplacito. Permisit seruo, quod postulabat, qui manum oculis ipsius imponens cœcitatem absterśit & visum reddidit. *Altera* ratio est, q; summopere paueret superbiam quæ non leuiter ipsum tentabat, cum Christi honor ei offerretur. Difficile forte nõ fuerit, inquit Gregorius gloriam & honorem negligere non habitum, vt difficile est respuere oblatum. similes sumus leporibus qui expeditius accliui currunt semita, quam decliui descendant, quia pedes ipsis posteriores prioribus longiores sunt Pedes nostri duplicis sunt affectionis, anteriores affectiones spiritus, posteriores affectiones carnis: spiritus nos docet mundanã calcare gloriam, descendere per humilitatem, vltima quærere, ac infima, at prædominatur caro illa euibrat nos sursum, adeo vt raro eos inuenias quantumcunque spirituales, qui honores & dignitates omnes legitime oblatos aspernantur. Periculum hoc S. Ioannes cernebat, atque adeo caute agebat ne vllatenus læderetur. Quemadmodum miles, qui de ciuitate, quam obsidet globum videt euolantem, in terram pronus sternitur, vt intactum globus pertranseat, ita S. Ioannes humilitate se inclinabat, ne vel in minimo gloria titillaretur, optime sciens *initium omnis peccati esse superbiam, & qui tenuerit illam maledictis impleri*; confestim enim in alia peccata proruet.

Triplex superbiæ genus homines tentat, quæ etiam hic S.

[a] Gen. 3. 24.
[b] Dan. 4. 30.
[c] Act. 12. 23.

Quando homo honorem Deo debitum eripiat.

lib. de vitis Patrum c. 2. exstat tom. 7. bibliotheca Patrum Bignai.

Secunda ratio.

Hom. 7. in Euang.

Simile.

Duo affectionum genera in homine spiritus nimirum & carnis.

Simile.

Eccl. 10. 15.

Tres superbiæ species.

Harum prima est, contra potentiam, & pulchritudinẽ Dei.

Ioannis pulsabat ostium. prima est contra potentiam & pulchritudinem Dei, quæ strauit luciferum, & ex angelo formosissimo & fortissimo, cacodæmonem fecit turpissimum, cuius potentia ita diuina gratia fracta ligataque est, vt ante paruulos cadat, & lustralis aquæ guttula, signo crucis, alijsque rebus sacris fugetur. Altera contra Dei sapientiam est, hæc Euam decepit Dei sapientiam affectantem, sed proh dolor cõparata est iumentis insipientibus, similis facta equo & asino, quibus nõ est intellectus. Tertia contra sanctitatem est, quæ Antichristum inflabit ponentem in templo Dei thronum suum, vt diuinis honoribus fruatur, sed superabit eum Christus, & mittet in stagnum ignis ardentis & sulphuris. Impugnabat triplex hęc S. Ioannẽ superbia, prima quidem potentię pulchritudinis, cum quærerent vtrũ ipse esset Christus: Christum enim psaltes vaticinatus est, fore *speciosũ præ filijs hominũ*, ac virtutis incomparabilis. Secunda sapientię, cum quærerẽt propheta es tu, in prophetis enim magna Dei cõsidet sapientia, tertia vero sanctitatis cum quærerẽt, Helias es tu? Heliam enim eximia sanctitas viuentẽ in paradisum subuexit. Scrutare quæ te vexet superbia, certum est, neminem ab omnibus tentationibus esse immunem. Ad primum caput referenda sunt, si de nobilitate, forma, diuitijs, authoritate, potentia gloriẽris, quidquid ea intentione facis. Ad secundum, cum quæ supra te sunt curiose scrutaris, cum ingenio, & arbitrio tuo, non sub perfecti imperio, tanquã prudentior viuere cupis, cum eruditione tua extolleris, atque ea laudes humanas aucuparis. Ad tertium quando cum pharisæis opera tua bona enumeras, magnificas, expendis, & in ijs tibi complaces: sed vt Chrysostomus ait, peccata cursim cogitas, at si forte eleemosynam dedisti, aut aliquid operatus es boni, id commendas, addens etiam saluo Dei honore, perinde, ac si magni id esset pretij, & magnam à Deo mereretur mercedẽ.

Secunda contra Dei prudentiã.

Psal. 4. t. 13. & 21.

Tertia est simulata sanctitas.

Ioannes omnibus hisce tribus tentationũ iaculis oppignatus fuit, sed expugnatus.

Psalm. 44. 3.

Ad primam superbiæ speciem, quæ vitia pertineant. quæ ad secundam.

quæ ad tertiam.

Homil. 1 in Matth.

Tria quæ Ioannes est confessus.

Tria hic de S. Ioanne dicuntur, primum: *& confessus est*, id est, claris & rotondis verbis affirmauit, non sum ego Christus. alius ille aliquis est, dans Deo gloriam & confessionem, & testimoniũ, non erubescens veritatem. quales non pauci sunt inter hæreticos, qui fidem Catholicam verecundantur; vitia argue-

arguere,& bene monere & inter Catholicos qui nõ audẽt timẽtes ludibria. Secundũ *& nõ negauit*, id est cõstanter, nec verbis, solum, sed factis etiã, se nõ esse Christũ declarauit. Multi enim, vt inquit Paulus, *verbis confitentur, se nosce Deum, factis aũt negant.* lingua Christiani & manib. Turcæ, ore Deũ glorificant opere inhonorãt, prohibent subditis luxuriã, ebrietatẽ, furta, ac peccata reliqua, ipsi interim ab eis non abstinent, vitia vituperant, & carpunt aliena, suis interim seruiunt passionibus, nec vllis animi vitijs, obluctantur: alij bene quidem incipiunt, sed continuo à bono proposito, ac bene inchoatis deficiunt, de his verum non est, confessi sunt, & non negauerunt, sed confessi sunt, & postmodum negarunt, atque ideo portum salutis non attingent: solus enim, *qui ad finem vsq; perseuerauerit, saluus erit.* Tertiũ, *confessus est*, duo his verbis indicãtur prius quosdam ore Deum confiteri, nec eundem quidem exteriori opere negare, operibus tamen non confiteri, quales sunt *Primo*, peccatores occulti, qui iusti quidem apparent forinsecus, *sed quæ in occulto fiant ab ipsis, turpe esset dicere. Secundo*, qui peccata quidẽ, tam occulta, quã aperta declinant, bona interim opera, non cumulant, vt suasit psaltes, *Declina à malo, & fac bonum.* bonus miles non est, qui etsi nõ obsit, in hostem tamen pugnaturus, non egreditur. Imitare S. Ioannem, nec erubescas, qui sis, confiteri, peccata euita constanter, & virtutes instanter operare. Posterius, duo nobis sine mendacio esse cõfitẽda docet: quid nimirũ Deus sit, quid nos? vt S. orabat Augustinus, *nouerim te, nouerim me*, & S. Franciscus, *quis es tu, & quis ego*, primis verbis, *confessus est*, significatur, S. Ioannes confessus alium aliquem esse Christum nimirum Iesum. Posteriori repetitione, *confessus est, quia non sum ego Christus*: significatur, quid de se ipso senserit, videlicet, quod nihil esset. Quotidie hoc tibi ruminandum, quid sit Deus, quid tu, quanta tibi fecerit Dominus? quantum tu laudis ei reddas? quanta largitus tibi sit, & quid ei retribuas? ipse enim verum est, esse bonum summum, & vniuersale. Tu nihil es ex te præter vitia, & peccata, nihil possides; ille bona præstat omnia, tu mala omnia rependis, dat quæcunque habes, nihil boni retribuis: hæc sæpe meditare, & vitam corrige.

Tit. 1. 16.

Matt. 10. & 24.

Ephes. 5. 12.

Psal. 36. 27.

Et in-

V. *Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu ?* locutus erat per
Malac.4.5. Malachiam prophetam ad hunc modum : *ego mittam vobis Eliam prophetam antequam veniat dies Domini magnus & terribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam & percutiam anathemate,* id est, iudicij diem præcurret Helias, Iudæorum genti prædicabit eamque conuertet. Atque hac ratione patriarcharum & prophetarum, patrum videlicet, ex quibus descenderunt corda ad ipsos dilectione conuertentur, à quibus propter incredulitatem alienata sunt: & filij, id est, Iudæi ad veram fidem conuersi conuertentur, & vnientur patribus, eandem tenentes scripturarum sententiã & interpretationem, quam patres tenuerant, sin autem non fuerint conuersi delebo terram, & nouissima mundo inducam.
Eccl.48.10. De eodem Helia sic scribit Sapiens *qui scriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Id est, de te ô Helia Malachias prodidit, quod in iudicijs temporum, id est, circa iudicium Domini mitigaturus & fracturus sis, concionibus tuis furorem Domini : ijs enim Iudæos reduces ad frugem quibus iratus est Dominus propter infidelitatem, & eos conuertens hoc dabis effectum, vt patres eorum, qui modo eos habent vt alienos, recipiant tanquam suos; atque ita restitues tribum Iacob, id est, populum Iudæorum gratia diuina eriges in infidelitate sua abiectum. S. Paulus Iudæos omnes ante iudicium Domini ad Christum dicit redituros. Videntes enim se ab Antechristo prius falsos ac deceptos, quem pro Messia suo recipient, vt ([a] Ireneo, [b] Hieronymo, [c] Chrysost. interpretibus) verbis ijs insinnauit Christus : *si venerit alius in nomine suo hunc suscipietis,* & antiqui prophetæ Eliç prędicationem audientes, quem in propria expectant persona, omnes ad Christum cõcurrent, & eum præstolabuntur ad iudiciũ venturum. Idem Apostolis suis dicebat Christus, qui eundem in monte Thabor Eliam viderant cum Moyse interrogantibus, *quid ergo dicunt scribæ, quod Eliam oporteat venire primum* : at ille respondens ait, Elias quidem venturus est, & restituet omnia, id est, nationem Iudaicam doctrina & miraculis suis in viam rectam reducet : Hæc vera tam Iudæorum, quam Christianorum fides

a lib 5.c.25. b ad Algasiam qu.11. c Hom.40.in Ioan.

Matth.17.10.

des est, quod verus Elias Christi aduentum præuenturus sit. idcirco videntes Iudæorum seniores consummata esse tempora, post quæ Christus esset venturus S. Ioannem interrogant, vtrum ille Elias esset, idem ille, qui temporibus Achab viuus igneo curru erat ablatus. Disces hinc *Primo* incredibilē Dei charitatem, qua vt Iudæos à quibus morte turpissima damnatus est saluet, nihil negligit. Videt, quod à christianis discere veritatem dedignentur, quamuis cernere facile possint sinceram fidem, & diuina dogmata iuxta scripturas penes nos esse. Immitit igitur eis tribulationes pariter, opprimit magis, quam vllam totius orbis nationem, vt ita ad veritatis cognitionem redeat. At non mollitur ipsorum pertinacia, mittet ideo tandem Heliam ipsorum secundum carnem fratrem ne penitus cadant. Quare nullius desperes conuersionem licet obduratissimus videatur: maior est enim Deus humana nequitia: gratias age item Deo, qui non vno tantum, sed multis varijsque miserans te attraxit medijs. Disce *Secundo* ingenium mundanorum hominum, totis diebus quærunt, nec tamen omnibus suis quæstionibus sapientiores euadunt, non enim ex pietate ac bono desiderio, sed ex curiositate interrogant, aut vt responsum quale cupiuerant inueniant, de quibus S. Paulus, *semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes:* Doctior redire vis, hæc tria in omni interrogatione attende. *Primo*, eos interroga, qui instruere te possunt. Secundo ea interroga quæ prosint. Tertio bona intentione, vt responso melior fias: duo prima legati belle seruarunt, deliquerunt in tertio. Nunquam negauit tibi instructionem suam Deus si ex corde petas, atque vt ei vitam conformes.

4. Reg. 2. — *2. Tim. 3. 7.*

VI. *Et dixit, non sum*: Christus loquens populo de Ioanne aiebat: *& si vultis recipere, ipse est Helias, qui venturus est.* Quomodo ergo de se ipso Ioannes, *non sum Elias.* respondit Gregorius, quia in persona Elias non erat, sed in spiritu quo sensu Christus acceperat, qui & alibi inquiebat discipulis, *Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & fecerunt in eo quæcunque voluerunt.* Angeli Gabrielis ad Zachariam de Ioanne, hic fuit sermo: *Ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in fi-*

Matth. 11. Hom. 7. in Euang. — *Matth. 17. 12.* — *Luc. 1.*

in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum; multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum. Spiritum habebat Heliæ, non ex philosophorum quorundam sensu, qui Heliæ spiritũ per Metempsuchosin, aut per transanimationem quãdam in S. Ioannem volebant introijsse: sed quod eandem sectaretur viuendi rationem, vita vtrique erat dura, & solitaria, pari vestiebantur amictu, docebant populum, filios Israel conuertebant, reges arguebant libere, Elias regem Achab, Ioannes Herodem, vterque infestas experti feminas, Elias Iesabelem, Ioannes Herodiadem, Elias Iordanem transibat, Ioannes Iordanem ingrediebatur, aque ibi populum baptizabat, Helias præparabit populum ad secundum Christi aduentum, Ioannes primum eius aduentum præcucurrit. eadem igitur illis charismata, idem spiritus, par animus, qui nec principes, nec reges formidarint. Disces hinc *primo* hominem magis spiritum suum esse, quam corpus, Ioannes Elias magis erat, quam Ioannes, per spiritum Eliæ, qui ipsum impleuerat. Varios scripturæ nobis narrant in hominibus esse spiritus; suus bestiarum quique spiritus est: canis spiritum animamque habet caninam, non felinam: felis felinam, non caninam, & sic de cæteris. Homo vero quadruplices facile habet spiritus: primum humanum à quo Græca voce ψυχικὸς, id est, animalis ab anima dicitur, tales primitus fuere philosophi, qui solo nitebantur ingenio. tales hodie etiam inter Christianos sunt politici, quos Machiauellistas dicimus, qui terrena tantum cogitant, de quibus S. Paulus *animalis*, seu ψυχικὸς, ex animæ præscripto viuens, *homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei.* Ex horũ persona, pro maiori parte Eccl. liber scriptus est. Secundũ, spiritũ (vt eum sapiens nominat) iumentorum, ille est in ijs hominibus, qui passionibus suis mãcipati bruta viuũt, & ad ea expeditissime deuoluuntur qui vitam viuunt animalem, vt de philosophis probat Paulus Apostolus: cum enim homo suum sequitur beneplacitum, sine gratia, nulla Dei habita ratione, vitiosis facile subijcitur inclinationibus, & ad peccata bestiasque recidit. De his Salomon: *vnus est interitus, hominum, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio,* quamuis enim, vt inquit Gregorius, peccatoribus,

[Margin notes: Ioannes & Eliæ collatio. — Homo spiritus suus est. — 1. Cor. in 2. 14 — Eccles. 3. 19. — Rom. 1. 21. — Eccles. 3. 19. — lib. 4. Dial. c. 41.]

bus natura sua immortalis sit, anima moritur tamen, quando à vita excidit æterna. Atque ideo, qui bestiam hic vixerit, cum bestijs penitus interibit. Nunquam beatus viuet, sed ex Ioelis sententia, *cum iumentũ in stercore suo computrescet*. Tertius spiritus diabolicus est, de quo ad Pharisæos CHRISTVS: *vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*. Tales peculiariter sunt Hæretici, quos Sanctus Paulus appellat, *spiritus dæmoniorũ*, quia ipsorum ora habent & opera. Ideo à sancto Ioanne equis comparantur sessores diabolos habentibus, qui ora eorum, & corpora ad voluntatem suam fręno circumagunt. Omnia enim hęreticorum dogmata & opera ab instinctu diaboli proficiscuntur, loricas habent ferreas illi spiritus, id est obduratum cor, & immite, ardent odio, & inuidia Christianorum, purpurati diabolica superbia, olentes sulphur, præ fœdita vitæ ipsorum spurcitie, & auaritia, præcedens ad hunc, proximus gradus est: peruersa enim bestialisque vita, vt plurimum hæreticos parturit. Sicut quotidie ad hæresin degenerare videmus, impudicæ vitæ Sacerdotes, & Monachos, qui de S. Ecclesiæ corpore tanquam inutilia phlegmata, noxij humores, sordes putidæ, aut eijciuntur, aut effluunt. Quemadmodum insana doctrina, inquit Chrysostomus, vitam generat impuram, ita vicissim vitæ impuritas insana parit dogmata. Quartus, Dei spiritus est, de quo S. Paulus, *si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius*, ab hoc spiritu *pneumatici*, id est, spirituales dicimur, & veri filij Dei constituimur: habet etiam diuinus hic spiritus diuersa, vt explicat Apostolus, gratiarum dona, atque secundum varietatẽ hanc, varia etiam in Ecclesia vitæ genera sunt, tam in laicos, quam Ecclesiasticos: quamuis enim vnus sanctus sit Spiritus, dat tamẽ Deus statui vnicuique donũ suum, quod spiritum seu gratiam istius status appellare possumus, quo nimirum adiuti suæ vocationis munia, talis aut talis vitæ homines rite exequuntur, & obeunt, tam in sua, quam in proximorum vita iuuanda, atque ita variæ sunt religiones, singulis regulæ, ac constitutiones propriæ, ad quas vitam componant suam, & proximorum necessitatibus consulant. Aliter hæc præstant Carthusiani, aliter Fanciscani, Bene-

Ioel 1.17. *Ioan. 8.44.* *1. Tim 4.* *Apoc. 6. & 9.* *Simile.* In illud pauli nolo vos ignorare. *Rom. 8.4.* *1. Co. 2.10.* *1. Ioan. 3.24.*

apud [a] Malachiam, & in libro [b] Ecclesiastici nomen eius ha- *a Mal. 4. 5.*
beatur expressum, & idem [c] Christus confiteatur : de altero *b Eccl. 48. 10.*
tamen non est par certitudo. Victorinus scribit quosdam *c Mat. 17. 11*
Moysen ; quosdam Heliseum , quosdam Hieremiam *In Apoc. 4.*
conijcere. Communis Patrum doctrina est hunc Enoch *In epist. 14.*
futurum, quem Sanctus Iudas, tanquam prophetam pro- *Eccl. 44. 15.*
phetasse scribit; & scriptura apertè testatur, translatum esse *Heb. 11. 5.*
in paradisum , necdum vita functum : vbi cum ipso E-
lias , mundi finem præstolatur, vt tum simul ad homines
redeat, ac Iudæos , Helias ; gentiles , Enoch conuertat:
sic de illo Sapiens: *Enoch translatus est in paradisum, vt det gentibus
pœnitentiam*, id est, vt temporibus Antichristi gentes reducat.
Videntur Iudæorum legati hanc prophetiam putasse; sed o-
mnis eorum error inde emanauit, quod vnum tantum Chri-
sti aduentum scirent, Prophetas nimirum sæculariter inter- *Iudæorum*
pretabantur, non secundum spiritum. Opinabantur Chri- *error.*
stum armata manu, vi externa, Iudæos ab omni hostium po-
testate vindicaturum , & in priscam asserturum libertatem,
qua sub Dauide, & Salomone erant quondam fruiti, atque
ita se in perpetua tranquillitate sub felicissimo, atque æterno
Messiæ sui imperio conquieturos. Ignorabant hostes spiritu-
ales, inuisibiles inimicitias; diaboli, mundi, carnis: nesciebant
duram animæ suæ seruitutem , nec media edocti quibus hi
superarentur inimici, ac seruitus illa finem caperet. Eædem,
pro dolor; Christianorum plurimos tenent ignorantiæ, qui-
bus nulla spiritualis est militia; quoniam in omnibus, ho-
stium imperijs parent: sicut qui secundo ventu agitur, sine la-
bore, quò impellitur, pergit: ita & nos passionibus obsecun-
damus , atque eos tantum putamus inimicos , quos in
ijs nobis sentimus aduersos, ne prauæ satisfaciamus volun-
tati. Hi quos expugnare veniebat Christus, noua vincendi
erant ratione, laboribus scilicet, patientia, tribulatione, pro-
fusione sanguinis, tormentorum, necisque tolerantia. Non *Matt. 20.*
faciebant hæc ad captum Iudæorum, qui lata, strataque via
ad summa excurrere sperauerant. Duo filij Zebedæi; Ioan-
nes , & Iacobus , Christi vtrimque cupiebant claudere la-
tera; dextrum alter, alter sinistrum: sed pro responso propo-

ſita eſt vtrique paſſio. Probe ſumus in hoc Iudæorum diſcipuli, cœlum ſine difficultate petimus; gaudium, ſine dolore, palmam, ſine pugna; æternam ſalutem, ſine pœnitentia; vitam immortalem, ſine mortificatione, ac ſubiugatione noſtri. *Per lachrymas*, inquit Gregorius, *ad læta tenditur, & per læta ad lachrymas. Difficile, imo impoßibile*, inquit Hieronymus, *eſt vt præſentibus quis, & futuris fruatur bonis: vt & hic ventrem, & ibidem mentem impleat: vt de deliciis tranſeat ad delicias: vt in vtroque ſæculo primus ſit: vt & in cœlo, & in terra appareat glorioſus.* S. Pauli vox eſt quod *per multas tribulationes, oporteat nos intrare in regnum Dei.* Si ibi conſors eſſe vis Chriſti gloriæ, hic paſſionum eius te ſocium præbe: cum inuiſibilibus præliare hoſtibus, & te ipſum expugna.

In pſal. 4. pœni. de conſolat. ad Iulian. epiſt. 34. c. vltim.

Act. 14. 22.

VIII. *Et reſpondit: non ſum.* Tertium hoc Sancti Ioannis reſponſum eſt, quo nihil, quam tergeminam adfert negationem; quaſi non ſum: non ſum; non ſum: pij & humiles ſua non vident, aliena autem bona magni æſtimant: contemnunt ſe, & contemptum magis quam gloriam quærunt; contrà, ſuperbi: illi enim *Primo* extollunt ſe, ſuper id quod ſunt: quemadmodum Angelus Eccleſiæ Laodiciæ de quo Sanctus Ioannes, *quia dicis quod diues ſum, & locupletatus, & nullius indigeo: & neſcis, quia tu es miſer, & miſerabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* magni ſibi videntur, cum reuera nihil ſint.

Vitia ſuperborum.

1.

Apoc. 3. 17.

2. *Secundo*, nunquam contenti ſunt honoribus à Deo conceſſis, ſed ſemper altiora ſpirant; quod vetuit Chriſtus dicens: *nolite in ſublime tolli*, atque ita viribus ſuis maiora inuadunt officia, caduntque periculoſe: quemadmodum Dauid: *deiecisti eos, ait, dum alleuarentur*: patet hoc in Ioſepho, & Aſaria, quos gloriæ & nominis parandi ſpes, contra Iudæ Machabæi Imperia, ad pugnam extraxit: ſed ceciderunt ex ipſis duo millia. Nonnunquam ad eam ſcandunt altitudinem, vt figere nequeant pedes, ſicut quem ex ſummo turri, vertigo deiicit. Talis fuit Aman qui eo euectus eſt honoris, & gloriæ; vt oneri non eſſet ferendo: miſerum videbat Mardocheum, à quo, vt volebat, non adorabatur; hoc torſit hominem; vertigine correptus eſt, cum populum vniuerſum internecione cogitabat abolere; ſed ita turpiter ruit

Luc. 12. 29.

Pſal. 72. 18. Mach. 5. 60.

Eſther. 5. 9.

Eſther. 7. 8.

ruit prçceps; vt vxoris, filiorum, ac omnium bonorum secum ruinas traheret. *Tertio* in aliena abiectione suam exaltationem quærunt, atque proximi nomen, famamque calumniose lacerant: partim, quia ad ea non sunt promoti munia, quę ambibant, partim, ne alterius honore ipsi obscurentur. Parenti suo Dauidi Absalon odia conciliauit populi, cum quæreretur neminem constitui qui bonos iudicaret, subditorum causas secundum fori consuetudinem audiret. Superbos hos fumo similes optime dixerimus, qui fumarium per quod ascendunt, semper denigrat. Humiles sequuntur Ioannem, qui mundi non cupiebat honorem, verum honorem apud Deum solum sciens quæri, & inueniri: vnde Sanctus Paulus, *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,* Summa nostri dignitas, summa gloria est, quod Dei Filius qui cœlum, terramque maiestate implet, sanguinem pro nobis fuderit, animam suam dederit, animas nostras pretioso cruore lauerit, ac nos in sortem filiorum Dei adoptauerit. Nota hic quæsiuisse legatos, Deum extra Christum: sed frustra, multi altitudinem, vbi ea non est quærunt in creaturis: sed omnes clamant, summum bonum non sumus nos: scatemus vitijs, corrumpimur, nec appetitum nostrum satiare possumus, vt ad Deum, Deique notitiam vos deducamus, creatæ: nolite in nobis subsistere, pergite vlterius, si veram inquiratis quietem. Disce à Sancto Ioanne *Primo*, humanis laudibus non moueri: instabiles enim sunt, & fallaces; laudant hic Sanctum Ioannem Legati, deserunt eum in carcere. *Secundo* cum aliquem inordinate sentis erga te affici, siue hoc ex sensualitate, siue ex carnali amore, siue ex alio aliquo capite; non ex Deo, talem fuge, & abiice, aut instrue, ne te aliter quærat, & amet, quam diuino amore.

[Margin: 3. — 2.Reg. 15.3. — Simile. — Gal. 6.14. — Vbinam mortalium plærique summum bonum quærant.]

Dixerunt ergo ei quis es tu? vt responsum demus, his qui miserunt nos. Legati hi suo nolunt deesse muneri, nec sine perfecto responso ad dominos suos reuerti: factum hoc bene, docentque commissarios, famulos, ancillas qui aliquod à Superioribus mandatum habent, negotia credita fideliter exequi, nec proprijs studere commodis, sed mittentium voluntati, frequens in his vitium: *Primo* cum commissarij commissionis

[Margin: IX. — Quid Legatis cauendū ne improbe officio suo fungantur. — 1.]

ſuæ tempora, maioris lucri cauſa, longius quam neceſſe eſt protrahunt. *Secundo*, quando non laborant vt intentio im-
2. pleatur mittentis, ſed vt ſibi ſint vtiles, ſua promoueant, & commiſſa negligant. Imitantur Giezi Prophetæ Eliſæi miniſtrum, qui iniuſſus ducem ſequebatur Naaman, poſtu-
3. lans, Domini ſui nomine, quæcunque ſibi cupiebat. *Tertio*, quando ſub prætextu legationis commiſſæ, & miniſterij, dominis ſuis detrimento ſunt; imitantes Sibam ſeruum Miphiboſeth, qui dominum ſuum Claudum, vt bona eius acciperet, apud Regem Dauidem accuſabat, facinora hæc proditoria ſunt; auaris, & arrogantibus communia, maxime hæreticis; qui vt ſuam diſpergant hæreſin proprijs Dominis, Principibus, Regibus non parcunt. Eraſmus Vendius quondam Ducis Bauariæ Commiſſarius commemorat de Oratore Regis Franciæ Guilhelmo de Gran Ry apud Turcicum Imperatorem, quod cum Baſſa quodam Conſtantinopoli egerit, de pace cum Hugenottis, id eſt, Caluiniſtis ineunda, proponens eidem emolumenta, quæ inde Turcæ eſſent euentura: religio enim Caluiniſtarum, à Turciſmo, inquiebat, non admodum eſt aliena; facile eſſet eos redigere ad concordiam, ſi amicitiam Caluiniſtarum Turca vellet, daturos ſe omnem operam, vt Turcam non in Germaniam tantum, ſed in ipſas etiam introducerent Gallias: in Germania complures Principes eſſe, ei conſentientes, quos facile ad recipiendum Turcam permouerent: excitaturos etiam ſe, de more, tumultus in Gallia, & ſeditiones contra Regem, ad vires eius frangendas; atque ita Turca Romano potiretur Imperio, Gallia tota, regionibus cunctis interiacentibus ſine labore, ſine moleſtia. His auditis Baſſa qui Hugenottę, ſeu Caluiniſtæ eſſent rogauit: reſpondit Legatus, ſubditos eſſe Regis Galliæ, diuerſæ tamen ab ipſo perſuaſionis: ad hæc Baſſa; intelligo ſatis, Galliarum Regem cum fidelem huc deſtinare cogitaſſet miniſtrum, miſiſſe proditorem. Turcarum Imperator cum Imperatoribus, cum Regibus; non cum ea hominum fæce, & fugitiuis, ac proditoribus agere ſolet mancipijs, hos cum volet ſubiugabit, etiamſi pacta tam infidelia non ineat. *Quarto*, cum in le-

4. Reg. 5. 21.

2. Reg. 19. 26.

De illuſtrib. Eccleſiæ Catholicæ trophæis & c. Redembachius lib. 7. ed. c. 19.

4. Legatorum improbitas.

in legationibus ac mandatis, dominis suis aliquid subtrahunt; quod in re pecuniaria frequenter locum habet, quando Capitanei Regia bona suffurantur, quasi per occultam debitorum compensationem: quæ vt plurimum mentita sunt, & quamuis iusta veraque essent, stipendia tamen militum tanquam necessariora præcedere deberent. Locum habet idem in Quæstoribus, qui cum dominorum suorum maximis deberent intendere vtilitatibus, eorum pecunias ad sua commoda exercent. famuli famulæ qui aut retinent aliquid, aut pro se exponunt, eorum quæ ad rem culinariam comparandam ab heris data sunt, eadem ratione inueniuntur infidi. sicut & ij omnes, qui aliquid eorum subtrahunt, quæ alijs dispensanda acceperunt: De adolescente quodam cui nomen Ephilaratus, Sanctus Gregorius memoriæ prodidit, quod cum ab hero suo duas vini lagenas ad Sanctum Benedictum accepisset perferendas, alteram earum occultauerit in via, alteram solam attulerit, veniens ad Sanctum Benedictum, obtulit ex nomine Magistri, vnam quam acceperat; accepit cum gratiarum actione Sanctus Benedictus, monens interim puerum, vt caueret ab eo quod in altera quam seposuerat lagena, erat abditum; non assecutus adolescentulus quid vellet, sed ad latentem procurrens thesaurum, eumque non nihil versans, serpentem vidit in eam irrepsisse; qui vtique significauit, malo iure possessa, noxæ, & infernalis veneni habere plurimum: ea propter Legati, Commissarij, famuli, ancillæ, & cuicunque demum aliquid concreditum est, fidelem dominis suis præstent operam: *non* iuxta B. Pauli admonitionem, *seruientes ad oculum, sed ex corde.* *Lib. 2. dialog. cap. 18.*

Quid dicis de te ipso? S. Ioannis vita fidem omnibus eius dabat verbis. apud Legatos, atque ideo inquirere non cessabant, quis esset, vt honorem ei exhiberent debitum: tum vt Messiæ, quem expectabant, scirent aduentum. Vitæ bonitas, austeritas, ac pœnitentia vi sua hominem reddit fide dignum, & mirabilem; etiamsi alia nulla accedant miracula, atque ita quidem prudentissime disposuit Deus, vt in Sancta Ecclesia Sanctè X.

rigideque vitæ homines nunquam deessent, Apostolorum imitatores, qui maxime se pœnitentiæ operibus exercitabant. Se ipsum scribit Sanctus Paulus, inediam, & sitim non raro deuorasse. Vini abstinentiam in eodem, ex Actis Apostolorum coniectari non est difficile, vbi suadebatur nazarenis se iungere, quibus vini vsus, & quicquid inebriare poterat erant interdicta, Sanctus Gregorius Nazianzenus, Beatum Petrum Apostolum solis scribit vicijs vesci solitis. Hegesippus, Sanctum Iacobum Apostolum nec carnes, nec vina gustasse. Clemens Alexandrinus, Sanctum Mattheum Euangelistam, leguminibus, baccis duris ac insipidis tolerasse vitam. Post Apostolorum tempora eandem vitæ normam secuti sunt sancti. Timotheum S. Paulus hortari debebat *modico vino vtere, propter stomachum*, quam vitam vixerint Antonius, Hilarion, alijque eremitę quibus integrę nonnunquam sine cibo currebant hebdomadæ, apud [a] Athanasium, [b] Hieronymum, [c] Palladium, [d] Theodoretum, [e] Sophronium, apud veteres Patres, apud Historicos legere est: qui certe vitæ asperitate non paucos conuertunt ad Christum, horum tempora, & vestigia secutus est cum familia sua B. Benedictus, qui meritis orbem impleuit vniuersum; post eos Carthusiani Anno Domini 1084. quibus quotidiana sunt ieiunia, carnium abstinentia perpetua, familiare cilicium, tota denique nox in choro, in precibus transigitur, Sanctus Bernardus cum suis magnam egit pœnitentiam, hodie etiam minorum ordo est Sancti Francisci de Paula, quibus totus annus vna est quadragesima: vidimus ante oculos Capuccini quam sancte, quam rigidè vitam trahant, tunica illis vna, mantellum breue, ęstâs, hyems eos semper urit discalceatos, solia tantum armatur planta, cubant in stramine, ieiunant potiori anni parte, ex eleemosynis victitant, tredecim, quatuordecim horis inter noctis ac diei circulum in templo meditando, orando conficiunt, nec desunt interim concionibus, doctrinis, & iuxta vocationem suam subueniunt populo, taceo tam virorum, quam mulierum ordines alios qui Ecclesiam bonis iustisque operibus promouent.

2. Cor. 11. 27. Act. 21. 26. Oratione de amore paupertatis. Apud Euseb. li. 2. c. 22. 1. Timot. 5. 23

a In vita S. Antonii. b In S. Hilarione. c In histor. Lausiac. d In Philem. e In Leim.

Dia-

Diabolus eam vim vitæ rigore inesse videns, ac tali spectaculo maxime trahi homines, vt alios pietatis quadam larua deciperet, suis quoque ministris vitæ asperitatem inspirauit. Ideo etiam Apostolorum temporibus hæreticos suscitauit qui à matrimonijs, à carne, à cibis alijs abstinebant mentita quadam sanctitatis specie, quos damnat Apostolus, phrases eorum ac loquendi formulas recensens, *ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis, &cæt.* eaque non ex pio affectu, aut corporis domandi studio, sed ex errore, illicita docentes matrimonia, authore diabolo inuecta, & vina, carnes, aliosque cibos à malo Deo, tales fuere Manichæi, Gnostici (vt SS. [a] Epiphanius & [b] Augustinus testantur) alijque Saturnini sectatores, discipuli Simonis Magi illos Euchitæ exceperunt, perpetuo orantes; flagellantes, qui quotidie flagris extorquebant sanguinem. Pauperes de Lugduno, qui *VValdenses* dicebantur, egestatis amatores, qui omnes nouas inuexerunt hęreses pietatis quodam suo circumdatas, vt populares captarent animos, ac multos, vt & fecerunt, seducerent. Multas Deo debemus gratias, quod nostri temporis hæretici istam personam necdum sumpserint, quorum vita carnalibus sordibus ita detestabilis, ebrietatibus, commessationibus, impudicitijs, auaritia, superbia, &cæt. vt hæresin eorum honestorum oculi horreant, ac animi refugiant. Notanda est hæc quæstio, *quid dicis de te ipso?* docet enim nos nostri notitiam, Socratis Philosophi dictum erat, *nosce te ipsum*, quemque enim sibi maxime videbat ignotum, foras abierunt omnes reliquerunt se ipsos, cum prodigo filio; alienis semper occupati vitijs, nunquam domi, aut quam rarissime, propriam obambulant conscientiam: imo in confessione vbi propria narrare deberent delicta, aliena magis confitentur, vt Confessarijs hanc relinquant quæstionem, *quid dicis de te ipso?* Ad quam vnicum hoc responsum: peccatorum tantum venialium mihi conscius sum; nō quod mortalibus vacēt, sed quod ea examinis defectu, ignorent. seipsum discernere, inter difficilia reponit Scriptura exclamat. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? ego dominus scrutans corda, & probans renes.* & Sapiens,

[a] *Hæresi 26.* [b] *contra Adiment. hæreticum. c. 14.*

De hisce hæreticorum portentis cōsule Gabrielem Prateolum de sectis & hæreticis.

Aureum dictum Socratis.

Lucæ 15. 13.

Ierem. 17. 9.

 nescit

Eccl. 9. 1.
Tres rationes cur cor humanum sit inscrutabile.
Prima propter duplicitatem.
Greg. lib. 9. Moral. 18. & seqq.
Secunda propter amorem proprium.
Simile de proco.
Gradu sexto humilitatis.

nescit homo vtrum odio, an amore dignus sit, id est, an sit in statu gratiæ, an damnationis: tres huius sunt rationes, *prima* cordis nostri duplicitas, cui se nostra ita miscet, ac iungit sensualitas vt intima eius, nostramque intentionem satis ipsi dispicere nequeamus, bono nos moueri putamus zelo, inquit Gregorius, & ex ira agimus: Deum videmur querere, & superbimus; charitatem credimus esse, & reuera sensus noster est, & affectus terrenus. *Secunda*, amor nostri; qui adeo nos titillat, vt vitia nostra nobis non fœteant; amatori in amasia næuus placet, vituperia eius non fert, commendationes captat, atque ideo sinistræ de ea loquentes declinat. Idem nobis vsu venit, libenter prædicationes nostri audimus, inquit Bernardus, & si de alijs nobis colloquium est, sermo noster nobis semper videtur verisimilior: de nobis autem, si laudes ex aliorum ore intelligamus, magis semper credimus alteri; cum tamen exterior tantum nostri species cognita ei sit: nobis autem cordis arcana. Quæ displicent nec credere nec audire volumus. & peccator sui amans, ideo illibens ad confessionem venit (quamuis confessionem ideo instituerit Dominus vt conscientiam nostram ingrediamur sæpius) quia ante eam, excutere debet cordis secreta, interiora sua inspicere, vbi nitelam quam cupit, non inuenit; & cum sordes suas inuitus aspiciat, imparatus sæpe ad confessionem accurrit, ignarus peccatorum suorum, doloris expers, sine emendationis proposito, & maculatior à sacerdote recedit, quam accesserat. *Tertia*; tentatio est dæmonis, qui ante omnia peccatorem peccato suo sub potestatem redactum excæcat: quemadmodum Philistæi, primum Sampsoni eruerunt oculos. Adimit ipsis nouissimorum meditationes, deprimit ad terram, vt mundana tantum cogitent, ita rebus externis eos distinet, vt ad interna reuerti nequeant; passiones eis suscitat, vt ad cor pertingere nequeant: hæc, dum vita, dum valetudo firma sunt. At quando ad mortis articulum deuentum est, omnia ipsis peccata redingerit, iudicij quoque & inferni terrores, vt ad desperationes eos trahat; similes Antiocho Regi, qui in extremis peccata dolebat, nihil profecturus. Disces hinc quan-

Tertia ob diaboli tentationem.
Iudic. 16. 21.
1. Mach. 9. 13

quantum expediat se ipsum agnoscere; vt proin quotidiana eius rei, merito nobis fuerint studia: quo enim in hac scientia progredimur vlterius, eo & animam nostram salubrius saginamus. agnoscentes enim nos ipsos, *Primo*, peccatum nostrum videmus, defectus nostros, ac omnem interiorem immunditiam. *Secundo*, nos ipsos accusamus, & humilitatis virtutem acquirimus, puluerem nos, & cinerem cum Abrahamo appellantes. *Tertio*, peccata nostra dolemus, atque omnē mouemus lapidem, vt ab ijs expurgemur: vt mulierculæ à maculis, quas, ex speculi inspectione, in facie sua deprehenderint. *Quarto*, nos ipsos castigamus, vt flagella euadamus diuina, sicut Apostolus ait, *si nos ipsos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur*. i. plecteremur. *Quinto*, non complacebimus nobis, sed displicebimus magis, nec nobis ipsis fidemus minimum, sed tanquam capitales hostes, & sicarios animæ nostræ, nos ipsos habebimus semper suspectos.

Primo. *Secundo.* *Gen. 18. 27.* *Tertio.* *Quarto.* *1. Cor. 11. 31.* *Quinto.*

XI.

Ait ego vox clamantis in deserto, audiuimus hactenus, quid non sit Beatus Ioannes: nunc demum, quis sit, explicat. Cū profecturus est Rex aliquo, prænuncios mittit aduentus sui; cum iam ciuitati factus est vicinior. Hospitiorum præmittit curatorem, vt loca disponat. Non fuit prænuncius S. Ioannes qui multo ante excurreret; eo enim officio functi erant Prophetæ, sed hospitiorum designator potius. ipse scriptura non erat multo ante præmissa; nec verbum ipsum, sed vox quæ modicum, verbum præcedit, ac tum desinit quando verbum prolatum est. In responsione hac vnicuique verbulo sua vis est. *Primo* quidem *Vox* duo nobis significat. *Primum* summam eius humilitatem, qua se *vocem* duntaxat existimabat; quæ vtique nihil aliud est, quam leuis quidam flatus, simulatque audita est transiens. *tres* sunt vocis conditiones, viuentis ore formatur, ab animali cui sanguis calet (pisces enim nullam vocem edunt) internum significat affectum, ideo enim prodit vt significetur aliquid vel sermone, vel gemitu, vel balatu, vel latratu, &c. singula enim animalia voce sua aliquid indicant: transit etiam illico, nec post se vllum sui relinquit vestigium. Hæc tria vt in S. Ioanne; in quolibet inuenias homine: progredimur ab ore Dei, qui

Vox quid? *Primum.* Vocis conditiones.

verbo suo per charitatem nos formauit: in anima imaginem Dei circumferimus, & eadem sanctissimam Trinitatem significamus, Patris potentiam, Filij sapientiam, Spiritus sancti charitatem, & tamen leuis quidam sumus auræ flatus, modico durans tempore: cuius cum pertransierit non est inuenire vestigium. *Secundum*, officium Præcursoris, hac vocula S. Ioannes nobis insinuat; vt enim verbum loquentis prius in ore est, sed vox auditur citius, & verbum profert: ita & Christus Saluator noster prius in corde erat Patris, sed per S. Ioannem mundo declaratus est: & quemadmodum vox transit, verbũ autem manet in corde auditoris: Ita cum baptismo suo Sanctus transijt Ioannes, Christus vero manet in æternum. Item sicut vox sine verbo inutilis est, nec quanquam erudit: ita & Sanctus Ioannes sine Christo nihil profuit. Demũ sicut vox (inquit, B. Epiphanius) audita eminus, ad attendenda ea quæ dicenda sunt, hominem excitat: ita & hominum corda præparabat Ioannes, ad audiendum, & suscipiendum Christum, Patris cœlestis Verbum. *Secundo, ego sum*; non dicit se vocem habere, sed vocem se esse, non enim voce tantum, & verbis loquebatur, sed virtus eius, vestitus, conuersatio, opera, vita, clamabant: docens omnes qui alijs instruẽdis constituti sunt, quales sunt Concionatores, parentes, præceptores, Superiores, siue Ecclesiastici, siue laici, modum quo id facere debeant; opere videlicet, & sermone; ne os manibus, vestibus, cibis contradicat, & alijs operibus, ne à S. Paulo audiamus *qui prædicas non furandum, furaris*; verba sana, & vita inculpata si iungantur efficacissima sunt, nec locum ibi habet illud, *medice cura teipsum*: gallum quando cucurrire incipit, prius semetipsum excitare, pulueres, somnumq; excutere. Notauit S. Ambrosius. Gedeonis milites altera manu tenebant, quas inflabant, buccinas, altera lagenas cum inclusis lampadibus; cõminuebant lagunculas, cum buccinis insonarent, significantes ꝙ frangere debeamus nos ipsos atq; mortificare; vt sancta vita præluceamus proximis, ac tunc demum verba prædicationis superaddenda. *Tertio, clamantis*, duplex huius voculæ, sensus esse potest: *prior* simplex, vt vocabulum sonat, Dei nimirũ, qui clamat in solitudine; *posterior* iuxta idioma hæbraicum,

Secundum. Vocis & Ioannis collatio.

Hæres. 69.

Ioannes vox.

Rom. 2. 21.

Iud. 7. 16.

Clamor quid?

Act. 9. 15.

cum, pro voce, quæ clamat, sicut, *vas electionis*, pro vase electo: *terra promissionis*, pro terra promissa, &c. vtroque modo S. Ioannes vox erat clamantis: clamabat enim ipse, & per ipsum clamabat Deus; clamor ipsius nihil profecisset, nisi per ipsum Spiritus Dei clamasset: nam vt S. Petrus, inquit, *Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines*, & Apostolos monens Christus *non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Monentur hic Doctores, ac instructores aliorum, vt si vtiliter operam nauare velint.

2. Pet. 1. 21.

Matth. 10. 20

Quid faciendum illis qui alios cũ fructu docere cupiunt.

Primo, per Dei Spiritum loquantur, non ex iracundia, vt non raro parentes, ac magistri solent, tumultuantes, iurãtes, deuouentes, conuitiantes: nec ex superbia, quemadmodum nonnulli Concionatorum, qui concursum quærunt, vt honorem, laudem, ac alia terrena obtineant: nec ex alia aliqua passione, per quam Spiritus Dei non loquitur; nec hominum corda ad bonam frugem emolliuntur. Nec pauci sunt, qui quamuis Dei Spiritum in hominibus loquentem audiunt, aures tamen ei præbere detrectant. Ita filij Israel, audita per Angelum Dei voce, dicebant Moysi, *loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus* verba quærunt, quæ aures sculpant, non veritatem, quæ radat; hi omnes in terram promissam ingredi nequeunt.

Primo.

Exod. 20. 19.

Secundo, vt non tam voce quam corde clament; ex deuotione, scilicet, ac magno iuuandi proximum desiderio; Cœlum, & terram sine clamore creauit Dominus; at postquam peccata admissa sunt, clamare cœpit. Imperat Isaias, *quasi tuba exalta vocem tuam*. Spiritus qui tubam inflat ex intimis progreditur pulmonibus, non ex follibus, vt ille qui organa suauisonantia, & auribus iucunda. Ille fuit concionantium Apostolorum Zelus, vt musto ebrij viderentur. Christi tantus fuit feruor, vt in furorem versus, ac tenendus videretur: exclamabat nonnunquam, summa voce, in templo; *Si quis sitit veniat ad me*: vociferabatur cum suscitaret Lazarum, *Lazare veni foras*; &c., vt Sanctus Paulus, inquit, in patibulo crucis, *Cum clamore valido & lacrymis*: elata voce vocamus distantes, & dormientes, vt expergefiant; surdastros, vt quæ volumus intelligant. Multi à Deo

Secundo.

Isai. 58. 1.

Act. 2. 13.

Ioan. 7. 37.

Ioan. 11. 43.

Matt. 15.8. à Deo longe distant, *Deum labiis honorant, at cor eorum longe est ab eo.* Multi dormiunt, & in cupiditatibus conquiescunt. Multi grauiter audiunt, quando de Diuinis rebus sermo est; acutissimè verò quando vana, quando mundana tractantur. Hi omnes sublata voce inclamandi sunt, cum magno feruore admonendi: mors, & inflexibile Dei iudicium illis proponenda, terrendi tormentis gehennæ; omnia denique admouenda media, vt ad contritionem pertrahantur, nisi enim hic clamorem nostrum audierint, clamantem postea terribilem Christi vocem audient: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Si verba non iuuant, efficacia quædam; vt credant, adhibeantur opera. Scribit Euagrius circa Annum Domini 588. milites contra Ducem Philippicum, quem deierauerant nunquam, pro Duce recipere in Syria, mouisse seditionem. Audiens hoc Sanctus Gregorius Patriarcha Antiochenus, profect⁹ ad eos, sermone eosdem cōmonefecit, efficaci iuramēto soluit: cum autem nihil flexam eorum videret pertinaciam; in genua sua, humi prostratus, pacem ab ijs supplex petijt: victi sunt huius operis demissione, ac in omnibus obtemperauerunt eius voluntati, vbi talia opera nihil possunt, signum est prædominari diabolum; sicut in Iuda, cui aduolutus in genua Christus, proprijs manibus lauit, tersitque pedes, nullo penitus cum fructu.

Matt. 25.41. li. 6. hist. c. 1.

4 *Quarto, in solitudine*: ad literam significatur hic, Sanctum Ioannem, non ad ciuitates, sed in solitudine venisse concionaturum, nec ipsum ad populum, sed turbas ad ipsum fuisse venturas. Æquum enim est, populi vitam, ad concionatoris doctrinam, componi: non contra, concionatoris dogmata, ad populi placita. Huius solitudinis duplex mystica potest esse interpretatio. *Prior*, in bonum, pro loco, videlicet, tranquillo, semoto à turbis, vbi facilius quæ dicuntur, intelliguntur. Sancti plurimi receperunt se in eremum, fugitantes turbæ tumultum, vt Dei inspirationes audirent melius. Duplex mundi tumultus, ac strepitus est, externus *vnus*, ex negotiantium, paciscentium, mercantium, tractantium turba; qui hæc declinare potest, & in solitudinem aliquam

Prima mystica solitudinis acceptio eaque bona.

Mundi strepitus.

quam se abdere, ac locum à turbis secretum, Dei vocationem; & quietius, & clarius audiet. Rebus mundanis alligatus es, quantum potes saltem, te expedi; iunge te cum Tobia, Deum timentibus; declina, cum Sara, Raguelis filia, choros ludentium, leuium congerronum societates: templa, vt potes, visita, Sacrosancta Sacramenta tracta, & *æternum* genus strepitus, ac tumultus, quod internum est, ex passionum decertatione, euita. Hæc in homine sunt, & vbi dominantur; eum excitant tumultum, eum sonitum, vt visum, ac auditum eripiant. Nam quemadmodum in domo, in qua saltatur, luditur, commessatur, cantillatur, rixæ, vociferationes, ac alij tumultus, personant, non auditur pulsus ad ianuam; ita & homo, quem passionum suarum strepitus oppleuit, Dei, in se loquentis, vocem non audit, nec pias inspirationes aduertit; & quamuis Christus stet, pulsans ad ianuam, non tamen ei aperit, sed audire contemnit. Mone hominem indignatione furentem, nequaquam te audiet, quin inique etiam te agere opinabitur: deterrere vis à malo proposito impudicum, non te sustinebit: cantilla, quantum lubet, potatoribus, auaris, superbis, inuidis, alijsque. quacunque passione præuentis, fabula fies, & ludibrium omnibus; obturat enim auditum, passionum strepitus: quare, si idoneus auditor esse vis passiones sequestra. Quam diu ad mensam toleras canem, requiem nullam facit tibi; imo tanto assilit magis, quanto sentit liberaliorem, & indulgentiorem. Expelle foras, si requiem, & otium quæris. Eodem cum passionibus tuis agas modo. Nunquam carebis vera, quamdiu illæ in te locum inuenerint; eoque erunt importuniores, quo plus nactæ fuerint libertatis.

Tob. c. 2. & 3.

Simile.

Quid mali vitiosæ animi passiones in homine operentur.

Simile à famelicis canibus.

Altera interpretatio deserti, est in malum; significans, à Sancto Ioanne, & Diuini verbi præconibus illud in desertis, vbi non est auditus, atque attentio, disseminari, inter irrationabilia pecora, quæ fugiunt, à voce hominis; aut leuant quidem, vertuntque oculos, confestim vero ad prædá, & morticinia sua, conuertuntur; aut ad antiqua redeunt. Ita & homines, quos in huius mundi deserto, cum S. Ioanne, ad virtu-

Altera solitudinis acceptio, nequaquam bona.

virtutem concionibus excitamus, se gerunt. Quibusdam grauis est veritas; fugiunt, ac proripiunt se alio: quin cum Herode, incestaque Herodiade, Doctores suos persequūtur. Quidam præbent aurem, sed manent immoti, obtinentq; antiquum. Similes illis, qui de nocte harmoniam, strepitumq; aliquem in plateis audiunt: surgunt de strato, accurrunt audituri, vbi intellexerint, quid agatur rerum, iterum eodem reclinantur. Maior eorum pars, qui conciones audiunt, nō redit melior, nec mouetur quidquam: aut si aliquando aculeum sentiunt, ille quam primum euanescit.

Simile.

Dirigite viam Domini, via Domini est, quæ nos ad Dominū, & Dominum ad nos deducit, eadem via est, qua Deus ad te, & tu vicissim ad Deum commeas, eo ipso enim ꝙ appropinquas ad Dominum tu, appropinquat etiā ille ad te: sicut eadē ad nos accedit via, diabolus qua nos ad ipsum, in Iudam post buccellam introiuit Sathanas, & in Sathanam Iudas. *Omnes viæ Domini* (inquit Dauid) *misericordia, & veritas*, viam veritatis siue iustitiæ, nō est quod sternamus nos: facit enim eam Deus per se, & hic puniens & in futuro: lata autem est hæc via, nec male via hominis, via sæculi, via diaboli, via inferni appellabitur. Principium eius latum est, & cultum; sed arctatur, asperaturque paulatim. hæc peccatorum vita est, quæ in principio suauis, tranquilla, plenaque, affulget commoditatibus: latitudo ingens est, quando ex arbitrio viuitur, non admittit verborum retinacula, impatiens mandatorum, piarum admonitionum, bonique consilij. Videtur vt in campo equus, sic in plano, & aperto decurrere. vbi hæc aliquandiu acta est vita, incommoda sequuntur, & corporis fortunarū, animæque mala. repugnat naturæ peccatum, membra debilitat, attenuat fortunas. Inquietudine agitatur conscientia, ac formidine distorquetur; eoque maiori, quo extremis appropinquat magis: viuens enim ad libitum, placitumque peccator, furi simillimus est: qui per amęna viridaria, ad crucem deducitur, quam in ijs à longe aspicit erectam. hic, etsi forte primo ingressu, aliquid animo capit oblectamenti, ex forma ac fragrantia flosculorum; maximè si à cruce, quæ ipsum

Ioan. 13. 27.
Psal. 24. 10.

Simile à fure per amęnum hortū ad patibulum contendente.

ipſum manet, cogitationem, oculoſque auertat; quo tamen penitius ingreditur, eo etiam timet grauius. Idem peccatori in via inferni vſu venit: nulla enim ipſi poſt hanc vitam, niſi damnationis reſtat expectatio: eandem *viam diuinæ iuſtitiæ*, recte nuncupabimus; iuſto enim iudicio omnia illis Deus facit, quæcunque facit. largitur proſperitatem in temporalibus, vt ſic bona quædam quæ ab ipſis fiunt, remuneret opera: permittit, vt in peiora decidant: hoc enim præcedentia ipſorum meruere delicta; vt recte de Philoſophis, oſtendit Sanctus Paulus: abijcit denique in ignem æternum, vt ſic iuſte, & ſine fine peccata luant. *Miſericordiæ via*, *Via eſt*, quam iuſti ambuſcnt; obſeruatio videlicet mandatorum Dei, mortifire, & abnegare ſe ipſum cum vitioſis paſſionibus, vt ait Chriſtus, *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Item; *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus*: viæ huius initia, ſunt arcta, & anguſta, dura & difficilia, ob peruerſæ naturæ deſuetudinem: ſed allubeſcit ea, mitigaturque paulatim. *Via miſericordiæ eſt*; quidquid enim pijs in vita accidit, à miſericordia proficiſcitur; incommoda, tribulationes, damna, & ſimilia, magnum in ea vſum habent: non rarò iniuſta bona, quæ poſſidemus, ignoranter, tali nobis via eripiuntur. Incommoda nos ad Dei ſeruitia, alacritate quadam excitant, & peccatorum abolitionem, virtutum incrementa, ac in cœlis maiorem gloriam merentur. Iuſtorum retributio, quam pro minima etiam afflictione, capient, tanta erit; vt ſummo iure nihil, præter tribulationem, in hac vita optandum videatur. Accipiunt nihilominus magnam, à diuina benignitate, intus conſolationem, eoque maiorem, quò in virtutibus maiores progreſſus fecerint, ac termino ſuo magis appropinquauerint: ſub finem enim vitæ ſuæ, cœli delitias ſubodorari incipiunt. Extat in vitis Patrum exemplum Monachi cuiuſdam, qui orare conſueuerat, vt arcana Dei iudicia edoceretur: venit ad ipſum Angelus Anachoretæ habitu, dicens: Concedamus

Rom. 1. 28.
Matt. 16. 24.
Ioan. 14. 23.

damus ad eremum, inuiſamus Sanctos qui ibi ſunt, patres, atque ab ijs ſuſcipiamus benedictionem. Monachus Eremitam eum eſſe ratus, paruit. Introierunt ſub veſperam domicilium Sancti cuiuſdam, qui eos gratantiſſime excepit, pedes lauit, cibos, & quæ habuit hilariter appoſuit. mane in deceſſu ſurripuit Angelus Scutellam, qua cœnauerant. Inſecutus eſt eos hoſpitis filius, repetens ablata, de mandato Patris. deturbauit eum de monte Angelus, & mortuus eſt è veſtigio. peruenerunt eadem veſpera ad hominem durum, qui hoſpitium, refectionemque ſimul negabat; multis inſuper importunus conuitijs, à quo, multis tandem precibus, modicum aliquod impetrarunt diuerticulum, quo humi cubarent. Mane gratias egit hoſpiti pro loco Angelus, ac ſcutellam donauit ei, quam, benigniori ſubtraxerat. Conſiderans hæc Monachus, Angeli facto, multum offendebatur: tum ad eum Angelus, ſæpe, vt occulta Dei diſceres iudicia, rogaſti; miſit me hodie Dominus, vt ea te docerem, primus noſter hoſpes vir ſanctus eſt, ac nihil, præter vnicam ſcutellam, inique poſſidebat, eam abſtuli, vt domum eius omni iniquitate mundarem: filius eius bonum, ex ſermonibus noſtris quos in menſa habuimus, conceperat propoſitum, qui ſi manſiſſet in viuis, mutaſſet animum, & occidiſſet parentem. Immitis alter hoſpes, poſt hanc vitam pœnas hæreditabis æternas, atque ideo ſcutellam ei donaui, vt à nobis hoſpitij, tectique ſui aliquam reciperet mercedem. Ædificatus eſt vbi hæc intellexit monachus, ſemitas Domini mirabiles conſiderans. Atque ideo cum felix es, & fortunat⁹; noli opinari viam Domiui te ambulare: quin time ne forte iſta via inferni ſit; Omnium concionum illud merito fuerit thema, ac argumentũ; *Dirigite viam Domini*, quidam *viam Domini* non habent, *tribulis*
Mich. 7. 4. *conſiti*, ac *ſpinis ſepti*. vt Micheas conqueritur: hi confeſſionis ſacramento amputabunt ſpinas, ac viam parabunt. Alij viam quidem habent, per Dei gratiam, ſed recta non eſt, in uijs ſinuoſa anfractibus peccatis venialibus, ac vitioſis inuia paſſionibus, vnde pedem oportet retrahere; quandoquidem dulcedinis, & conſolationis diuinæ guſtum non parum impe-

impediunt; & post hanc vitam eo vsque animam cœlo abercẽt, donec penitus expurgetur. rectas hic fac semitas Domini, vt hic sine impedimento tibi loquatur, te consoletur, & post hanc vitam à corpore recta ad cœlum euoles.

Sicut dixit Isaias Propheta. Duplex horum verborum sensus est. *primus*, vt adducantur quasi in confirmationem eorũ quæ de se ipso dixerat S. Ioannes: ego vox clamantis, de qua Esaias prophetauit: nolite cogitare vocem vos audituros inanem, aut à me profectam: de hac enim voce Isaias vaticinatus est. Discis hinc *primo*, concionatorũ doctrinã nõ accipiendam, vt inanem aliquam ac parui momenti vocem: magna enim diuinæ bonitatis dignatio est, ꝙ concionatores Doctoresq; nobis concedit, sicut magnæ vindictæ loco est, si alicunde eos subtrahat, comminatur Iudæis Deus missurum, *se famem in terram, non famem panis aut sitim aquæ, sed verborum Domini. secundo*, non recipere aliquem concionatorem nisi legitimus, aut superiorum suorum, ac miraculorum testimonialibus litteris instructum. Ioannes quidem nullum vnquam signum fecit: atque ideo Scripturas adducebat de se testantes, velut testimoniales quasdam litteras. Aduersarij nostri etiam miraculorũ loco, quæ sibi negata sciunt, scripturas se adferre dicent, sed ipsi discrimen hic non vident. *inprimis*, non adducit scripturas ad confirmationem doctrinæ suæ S. Ioannes, sicut faciunt Hæretici, sed ad probationem suæ personæ. Non secus ac si rex Hispaniarum belgis nostris scriberet. Mittam post menses duos virum vobis talibus, ac talibus dotibus insignitum, eum vt audiatis & suscipiatis cupio. suscipiendus esset, si quis veniret ad diem condictum eadem secum inditia ferens, notus nimirum is esset, de quo regiæ litteræ mentionem fecerant. scripserat Deus venturum aliquem in eremum, hæc & ista prædicantem, tum nimirum cum tempora aduentus forent impleta. Consummata erat hora, ac præter Ioannem nemo comparuit qui in eremo prædicabat, sicut Deus prænunciauerat. Ideoque sine tergiuersatione vt talis à Iudæis erat recipiendus. De hæreticis quod ecclesiam reformaturi nihil produnt Scripturæ, nisi quod in fine sæculorum venturi sint seductores, qui fidem eradicẽt, homines decipiant, mundum

XIIII. Duplex citati prophetæ explicatio.

Isaia 40. 3.

Primo.

Amos 8. 11.

Secundo.

Primo.

Simil.

Isaia 40. 3.

Quam pulchre hæc sæculo nostro conueniant attẽde.

dum accendant bellis, ac ea faciant omnia quæ in hæreticis nostris experimur; de quibus hoc monet sanctus
Apoc. 9. Paulus. *Hoc deuita. Deinde.* Ad hæc Scripturæ testimonia, et-
2 Timo. 3. 23. 4. 5. iam aliud sanctus Ioannes accipiebat testimonium à Christo, qui magna operabatur miracula; ita vt hoc non mimus esset, quam si ipsemet sanctus Ioannes miracula fecisset. Nullus hodie sanctus est, cuius sanctitas miraculis comprobatur, qui hæreticorum nostrorum doctrinam commendet. Tempore hæreticorum nostrorum vixerunt, Ignatius de Loyola, Franciscus Xauerius, alijque in Indijs, clari miraculis; sed nullus hæreticorum probat dogmata: Omnes vt hæretica damnant, ac, vt ea S. Paulus appellat, *Diaboli doctrinas.*
1. Timo. 4. 1.

Secunda. Alter citatorum verborum sensus, seruire potest; vt modum discamus, quo viam Domini paremus, non ad nostrum quidem arbitrium, sed vt eam prophetia Isaiæ præparari voluit. Opinamur Christum coli ac introduci vestium ornatu, cultu corporis, externaque specie. Atque ideo circa festum Paschæ, Natiuitatis, aliasque celebritates sollicitos videmus plerosque, de nouo, ac festiuo indumento: sed hallucinantur grauiter, Christus enim ad animam diuertit, quæ corporis fastu turpatur magis, quam ornatur. Externus hic cultus, sterquilinio similis est in
Iudas in epist. v. 23. plateas proiecto, aut *tunica* (vt S. inquit Iudas) *maculata*, qua speciosa quædam amicitur adolescentula. Anima ornatur abstinentia, duraque veste, humilitate, fortitudine, liberalitate, constantia, & consimilibus virtutibus; quas sanctus Ioannes ore, & opere prædicabat; de quibus etiam loquebatur Isaias dicens; implendas valles, humi-
Isaia 40. 4. liandos montes, praua futura *in directa*; & *aspera*, in vias planas id est, vt nos in fidei, fiduciæ, humilitatis, iustitię, mansuetudinis virtutibus exerceamus.

Nota non dicere S. Ioannem, *Sicut dixit Dominus*, sed *sicut dixit Isaias Propheta.* etiamsi Domini verba sint quæcunque in
2. Pet. 1. 21. Isaia legimus. *nam Spiritu S. inspirati, locuti sunt Prophetæ*, ac alij scripturæ scriptores Secretarij erant, scribebant dictata à Deo verba; non secus ac scriba præeuntis Domini voces in char-

tam

tam conijcit. Ideoque ponderanda sunt, tanquam diuina, omnia Scripturæ verba: nihilominus hic *Isaias dixisse* asseritur; quia per os Isaiæ Dominus illa pronunciauit: vt discamus, cũ omni reuerentia Dei doctrinam suscipere, cum ea nobis per Spiritum Dei instillatur. Nouimus Ecclesiam sanctam Spiritu S. non minus afflatam, ac Christi sponsi sui præsentia dotatam: nihilque minus quam Prophetas accepisse. Ea nobis vt magistra data est, & *columna veritatis*. Promissus est ei Paracletus, qui doceat eam *omnem veritatem*, & maneat apud eam, *vsque ad consummationem sæculi*. Christus sapientia æterna nunquã eam deseret. Ipsam iussi sumus audire, ipsi credere; ideoq; quando hoc, aut illud ita tradi, ac teneri intelligimus, non minoris illud æstimabimus, quam si diceretur, Isaias hoc scripsit: maiorem enim Ecclesia auctoritatem habet, quam vel Isaias, vel Sacrarum litterarum scriptor quilibet.

Isaiæ cur tribuatur quod dictũ per eum.

XIV. *Et qui missi fuerant erant ex Pharisæis.* Pharisæi inter Iudæos doctrina eminebant, & sincere legem interpretabantur; ex illis venerabilis erat Gamaliel, cum discipulo suo sancto Paulo, qui hanc Iudæorum sectam affirmabat, *certissimam*; & ipse Christus, vt secundum ipsorum verba facerent monuit, quia *supra cathedram Moysis sedebant*, & sinceram doctrinam tradebant. Epiphanius vitæ austeritate, & magnis pœnitentiæ operibus eos etiam excelluisse testatur: adeo vt secundum externam speciem Iudæorum doctissimi, & dignissimi apparerent: intus autem pleni erant superbia, auaritia, inuidia, & omni iniquitate; vt de ipsis testatur, eisque exprobat Christus. Ex his, spectatissimis nimirum viris, Legatos Iudæorum fuisse, habet Euangelium. *Inprimis* vt ostendatur, sequentem quæstionem ab ipsis propositam, non ex commissione Concilij istius Hierosolymitani, à quo nihil aliud iussi erant inquirere, quam vtrum sanctus Ioannes esset Christus? sed quod ex se plura sciscitati sunt, tanquam capita istius Concilij, & auctoritatem habentes latius examinandi. *Deinde* vt doceatur omnes Superiores, quibus magnarũ rerũ legationes, ac cõmissiones credẽdæ sint: nullo scilicet habito respectu sanguinis, familiaritatis; sed industrię dignitatisq; solum-

Actor. 22. 25. 26. *Matth. 23.* *Lib. 1. contra hæreses.* *Matth. 6. 15.* *Luc. 11. 16.* 1. *Ioan. 5.* 2.

3. ſolummodo. *Tertio*, vt diſcamus officiũ legationis in graui negotio nõ minuere dignitatem perſonæ legati, etiamſi ad inferiorem aliquem amandetur: non enim opinabantur legati illi ſe S. Ioanne ad quẽ deſtinabantur minores: noſtriq; angeli ad noſtrã cuſtodiam à Deo deputati, idcirco nobilioris cõditionis, dignitatẽ nõ perdunt. Imò nihil neceſſe eſt legatũ minorẽ eſſe eo à quo mittitur, Dei filius patri æqualis eſt, & tamen angelus eſt, id eſt, quaſi nuncius aut legatus ab ipſo ad nos. Ita
Act. 8. & Petrus Apoſtolorũ caput ab ipſis in Samariam miſſus eſt, vt nouis ibidẽ Chriſtianis daret Spiritũ S. ſanctiq; põtifices Ioã-
Anaſt. in vita eorum. nes & Agapitus Cõſtantinopolim Roma diſtinati ſunt ad faciendũ pacem, vbi cũ crucibus & facibus excepti, ab Imperatoribus ſunt adorati, id eſt, cum adgeniculatione tanquam vi-
4. carij Chriſti honorati. *Quarto*, vt impietatẽ aduertamus Phariſæorum, quos ſua non ſinebat arrogantia in bonis populum ducem ſequi. omnis generis peccatores veniebant ad Ioannẽ,
Luc. 3. vt deteſtantes peccata ſua baptizarentur, Publicani, milites, meretrices, &c. ſolis vilebat Phariſæis baptiſma, quaſi ſanctitati ipſorũ pœnitentiæ baptiſmus nihil foret neceſſarius. Nullos minus tãgunt diuini ſermones, quã qui iuſti ſunt in oculis ſuis, & in bonis operib' ſuis cõfidunt. nõ raro ſęculares maiorẽ ex cõcionibus capiunt fructũ quã ſacerdotes aut religioſi, qui ijs ſe putant nõ indigere: ex numero videlicet, nonaginta
5. nouem iuſtorũ, qui non indigent pœnitentia. *Quinto*, vt diſcas quã paruus à mũdo Chriſto honos habitus ſit. Conciliũ Hieroſolymitanum ad Ioãnem ex ſuo numero celebriores deſtinat; ad Chriſtum autẽ diſcipulos ſuos duntaxat, vt eũ capiant in ſermone, ita agunt huius ſæculi homines, qui maieſtatem
Matth. 22. Chriſti pene ignorant, pinguia mundo, macilenta Chriſto dedicant, filius ætate, ingenio, formaq; maximus, matrimonio ac mũdi ſeruitio innectitur: ſi in reliquo grege abortiuus quis eſt, claudus, luſcus, balbus, aut aliter deformis, is in monaſterium abditur. Pręlati, cathedrales canonici, officia Dei, per tenues obeunt ſacellanos, ſe ſæcularibus implicant: pauperibus ſub quibus Chriſtus mendicat, dantur ea quę reſpuunt famuli: vt epulũ apparetur, nullis parcitur ſumptibus, Chriſto ſemper minimus mundo ſemper maximus honor eſt.

Et

Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; Propheta: Iudæi legem Moysis sciebant vsque ad aduentum Christi mãsuram immutatam; Christum autem mutaturum omnia, cultum Dei alium, Sacramenta, cęremonias, aliaque introducturum ac annũciaturum populo, tum per se, tum per suos. Heliam scilicet ac Prophetam istum anonimum, indicabat hoc Christus cum diceret populis. *Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur.* Et *si vultis recipere, ipse est Elias.* Legati isti audientes Ioannem non esse Christum, nec Heliam, nec prophetam istum, arbitrabantur, tempus nondum aduenisse nouãdarum rerum, quod tamen Ioannes faciebat, baptizans baptismo pœnitẽtiæ, & prędicans propinquitatem regni Dei, de quo illuc vsq; nihil fuerat auditum, quærunt itaque causam nouationis, & hoc quidem bene. summi Iudæorum pontificis, qui Hierosolimis cũ Cõcilio residebat, erat aduigilare, ne noua quædam introducerentur ante Christi aduẽtum. Et nos Christiani certi sumus christianam nostram legem, permansuram inuariatam, vsq; ad secundum Christi aduentum, id est, vsque ad diem nouissimum firmam, sinceram, immotam: idq; per Christi præsentiam, qui sponsæ suæ Ecclesiæ perpetuo præsto est, eamq; gubernat: & per Spiritum sanctum qui eam in veritatis agnitione cõseruat & promouet, atque ideo ante diem nulla admittenda est nouatio, quantumuis vero Scripturarum sensu, fundata videatur; fides enim mutationem non recipit, si eam introducunt hęretici, omninò necesse est, aut in noua, aut in veteri fide aliquam latere falsitatem: si antiqua errauit fides, nulla fuit fides, fides enim falsitati & mendacijs admixta non est fides. si fides nõ fuit ergo nec Ecclesia quæ columna est veritatis; fuit ergo intermedio tempore sine sponsa Christus, sine regno, sine ministris. Cum ergo moderni aiunt hæretici ecclesiæ fidem ante 800. & 900. annos adulteratam, Christo sponsam rapiunt, & regnum tam longo tempore, ac cum ingenti blasphemia mendacem faciunt eum, quandoquidem promisit se nobiscum futurum, vsque ad consummationẽ sæculi, homines igitur istos deuita, nõ minus in Deum iniurios, quam ipsi fuerint Iudæi, qui Deum aiebant mentiri, dicentes,

XV.

Luc.16.16.
Matt.11.14.
1.Timot.3.15.
Matt.28.20.

tes, non impleſſe Deum, in tempore condicto, promiſſionem ſuam de miſſione Meſſiæ.

Docentur etiam hic omnes Superiores nemini committere officium, qui dignus & idoneus non ſit prius repertus: non doctrina tantum, ſed & vita, quæ Chriſtum præferre debet, ac imitari, in animarum zelo Heliam, in iudicij extremi timore prophetas. Inualuerunt hodie ſacerdotes ex quibus merito quæras, quare baptizas tu? id eſt, qua audacia Dei Sacramēta adminiſtras? qui nec Chriſtum vita, nec Heliam zelo, nec Prophetam rerum futurarum conſideratione præfers. Quilibet conſcientiam per ſe examinet, antequam ea Chriſtus in iudicio interroget.

Nemini niſi digno cōmittendam curam & officia.

S. Ioannes in præallegata ſua reſponſione indicauerat ſatis ſe Chriſti præcurſorē eſſe, dicens: *ego vox clamantis, & paro viam Domini.* Cum enim aliquis obuios præmonet, inclamans, holla, cede, da locum, exſpecta, accede &c. ſignum eſt appropinquare tertium, cui locus fiat; aut iamiam futurum aliquid. Et ſi Ioannes prodromus erat Chriſti, merito baptizabat quaſi Chriſti miniſter, qui iam imperio ſuo legē mutare incipiebat. Sed legati illi tanquam Iudæi animales S. Ioannem & ſcripturas non percipiebant, quātumuis in lege verſati. Præſtolabantur meſſiam mūdanum, qui Iudæos exterius ab inimicis liberaret corporalibus; ſpiritualia non capiebant. Multos habent ſibi ſimiles, qui ſcripturas carnaliter explicant. Quales *primo* Hæretici, qui eas trahunt ad carnis libertatem; non vident in ſcripturis faciendam ſacerdoti peccatorum confeſſionē; ſummum eſſe aliquem Chriſti vicariū, cui Chriſtiani ſubſunt; indicta ieiunia ſeruanda; ſacerdotibus & religioſis caſtitatis vota implenda; religioſis inſuper obedientiam, ac paupertatem profeſſam; aliaq; plura corpori grauia. Scripturas aliter explicant, more Phariſæorum: licere ſacerdotibus matrimonia, licere votifragia, à monaſterijs defectiones, illicitas eſſe ciborū abſtinentias, ieiunia, niſi quæ quiſque ſibi ſumit, &c. *Secundo*, Catholici plurimi hos imitantur legatos; non idiotæ tantum, verum & Doctores, & in Theologia verſati. Non ſapiunt ſcripturas quæ humilitatem, paupertatem, obedientiam, abiectionem, ieiunia, vigilias, tribulationes, patientiam, & ſimiles virtu-

Quinam Iudæorum legatis ſimiles ſunt in intelligendis male ſcripturis.

Primo hæretici.

Secundo nonnulli mali catholici.

virtutes commendant. Magis ipsis placent Abrahami diuitię, Dauidis honores, gloriæ Salomonis. Arrigunt aures quando de prandijs ac refectionibus, & discreta corporis cura, ex scripturis sermo instituitur. Quando de honoribus, quando de dignitatibus, auide accipiunt: [a] *noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum*: [b] *nolite fieri serui hominum*: [c] *quod in os intrat non coinquinat hominem*: [d] *semper gaudete: miserationes eius super omnia opera eius, &c.* Sed omnes hi sensus carnales sunt. Deus spiritus est, atque ideo mente colendus est, scripturæq; eius magis ad spiritum, quam ad sensualia trahendæ sunt. *a 1. Tim. 5. 23 b 1. Cor. 7. 23. c Matt. 15. 11. d 1. Thes. 5. 16 Philip 4. 4. Psal. 144. 9.*

XVI. *Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua.* extenuat se ipsum S. Ioannes, & baptismum suum, quasi rem parui momēti, vt Christum & baptismum eius tāto magis extollat. Baptismus meus inquit corporis quędam ablutio, est expers gratiæ, & remissionis peccatorū: *Sed qui post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni: quoniam fortior me est.* Ipse ad animam penetrat, quam Spiritu S. & igni ab omni macula emundabit. Clare agnoscit summū, quod intercedit inter suū & Christi baptisma, discrimen. *Primo* enim dicens, *Ego baptizo.* se significat huius Baptismi institutorem, & si de Dei mandato, qui ad baptizādum eum misit; vt Augustinus & Tertullianus scribunt; Ab auctore enim, & institutore suo, nominatur, *Baptisma Ioannis.* sicuti nostrum, *Baptisma Christi*: quia à Christo institutum, quamuis per homines administretur. *Secundo* significatur ijsdem verbis, *Ego baptizo*, solum baptizare Ioannem, ac neminem alium cum ipso. Sicut enim ipse instituerat, sic & ipse administrabat, & moriens secum baptismum suum sepeliuit, quod non multo diutius quam ad annum durauit. Ipse Christus vt plurimum non per se, sed per discipulos baptizabat, vt doceret. *Primo*, baptismū suū fore durabiliorē, ad finem nimirum sæculi; quamdiu discipuli, id est, Christiani in orbe existerent. *Secundo*, baptismum suū maioris esse efficaciæ, quā baptismū Ioannis, cuius ipse solus erat dispēsator. Putant nōnulli Christum proprijs manib. sanctissimæ matri, & S. Petro baptismū cōtulisse: ita Euodius, iuxta Euthymij & Nicephori citationē, S. August. omnes ab eo putat baptizatos discipulos, antequā illos ad alios baptizādos dimitteret, S. Gregorius

Distinctio baptismi Christi & Ioannis. *Matth. 3. 11.* Primo. *August. li. 5. de baptismo c. 9. et 13. Tertull. lib. de baptismo.* Secundo. *Ioan. 4.* Documēta quædam. 1. 2. *Euod. l. de lumine Euthym. in c. 3. Nicep. lib. 2. Histor. c. 3.*

rius Nazianzenus innuere videtur S.Ioannem Baptistam post baptismum collatum vicissim baptismum recepisse, quæ omnia subsistere possunt cum eo quod ipse Christus cõmuniter non baptizabat. *Tertio*, vocula *in aqua* indicat solã aquam infudisse Ioannem abluentem corpora, facto significans maiora à Christo expectanda, totius scilicet hominis emundationem, atque animæ à peccatis ablutionem. Dicere enim, *ego baptizo in aqua*, idem est ac si dicas, nihil facio, nisi quod aqua naturaliter facit, nulli rei seruit, nisi corporis emũdationi: *Sed qui post me venturus est, vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*, æquũ est vt ipse maiora conferat quam ego, qui vtique præcursor illius sum: & si nihil præstaret maius quorsum eius aduentus? Duplicem conferet baptismum, in aqua alterum, alterum in igne, in vtroque erit Spiritus S. In priori enim baptismo aquæ Spiritus S. corda purgabit à peccatis, in secũdo Spiritus S. descendet ipso die Pẽtecostes in specie ignearũ linguarum super discipulos, atq; in posterũ, septẽ dona sua in cõfirmationis Sacramẽto Christianis, infundet vt perficiantur ac cõfirmẽtur. Disces hinc omnes baptizatos, Ioannis baptismate iterũ baptizãdos fuisse baptismo Christi, vt gratiã & remissionẽ peccatorum inuenirent, ac Christiani efficerentur. Ad hunc modũ viri duodecim Ioãnis baptismo baptizati, Ephesum ad S. Paulum venerunt, ac ab eo instructi de baptismatum horum diuersitate, iterum verò Christi baptismo baptizati sunt. Errant igitur moderni hæretici, cum inter geminum hunc baptismũ nõ discernũt, nisi enim diuersitas esset, male duodecim isti rebaptizabantur. fuge ô Christiane impostores hos, Sacramẽta enim eneruant, vt fidem solam cõsolident, atque vt te bonis operibus ac Sacramentis (quasi egenis elementis) destitutum vana fide, Diabolis exponant, ac in abyssum præcipitent.

August. epist. 108. greg. ora. 39. in Lam.

Tertio.

Matth. 3. 11.

Act.

XVII. *Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis.* Christus vt mediator verus, semper medius esse laborat. *Primo*, in cruce medius inter cœlum & terram, vt mediator inter Deum & homines pependit. *Secundo*, iacuit in præsepi medius, inter bouem & asinũ, vt mediator inter Iudæos & Gentiles, pacẽ inter eos cõsilians, & quasi lapis angularis faciens vtraq; vnũ, velut duos eiusdẽ domus parietes. *Tertio*, medius pependit inter latrones.

Primo. Christus quomodo tanquã verus mediator mediũ sibi locum semper deligat. Secundo. *Ephes. 2. 14.* Tertio.

bonum

bonum alterum, alterum nequam, quia medius eſt inter bonos maloſque homines, in ipſis accipiens aduerſa omnia, quę reprobi electis, & bona omnia quæ electi reprobis cōferunt, diuidens vtroſque, oues ad dexteram, hædos pro meritis ad
ſiniſtram. *Quarto*, medius ſtetit inter Apoſtolos poſt reſur- 4.
rectionem in die paſchæ, in medio enim iuſtorum eſt, vt de ſe
teſtatur, *vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi ſum in* Ioan.20.19.
medio eorum. *Quinto*, medius erat inter malos in ædibus Hero- Matth.18.20.
dis, Caiphæ, Pilati in medio canum inuidorum, vitulorum- 5. Pſalm.21.13.
que vt Dauid ait, petulantiſſimorum, viſitat enim interdum malos vt vitam eorum inſpiciat, ad ſaniora hortetur, & ob-
ſeruet quid agant: ita in domo Phariſæi ſanabat Hydropi- Luc.14.4.
cum; inter hos non hæret, ſed tranſit per medium ipſos deſe-
rens, & iuſtos inuiſens. *Sexto*, medium quærit hominem, id 6.
eſt, cor noſtrum, ſic ait, *præbe mihi cor tuum fili mi*. Non conten- Prou.23.26.
tus manibus, pedibus aut extremis corporis partibus, media
deſiderat vt inde totum hominē accendat & gubernet, *atq;* Luc.17.21.
ita regnum Dei inter nos ſit. *Septimo*, amat medium virtutū, excel- 7.
ſus enim & defectus in vitio ſunt. *Octauo*, vitā inter homines 8.
duxit mediam, nec aſperā nimium vt S. Ioannes, nec nimium laxam vt ſæculares, ſed vitam communem, vt oēs ſuo exem-
plo ad virtutem pertraheret. *Nono*, in medio noſtrum eſt, id 9.
eſt, vbicunque ſumus aliquo ipſum modo habemus præſentem. In templis, in venerabili Sacramento, in plateis, in perſona pauperum, in ædibus, in perſona ſuperiorum, matris patris, Domini heræ, adeo vt ſemper oculis noſtris obuerſe-
tur. *Decimo*, ipſe vitæ arbor eſt in medio paradiſi, id eſt, Eccle- 10.
ſiæ S. ſemper nobis præſto; adeo vt querelam non habeamus
cum Iudæis, *quis aſcendet in cœlum Chriſtum inde deducere, &c.* in Rom.10.6.
medio enim noſtrum eſt, agnitu inuentuque facilis.

Verbum ſtetit quid hoc loco ſignificet.

Vocula *ſtetit* notanda eſt: ſignificat enim *primo*, quod non modo ſtaret ibi cum hæc Ioannes pronunciaret, ſed quod multo iam tempore inter eos fuiſſet conuerſatus, triginta ſci-
licet annis docens, ipſos vitæ ſanctitatem & cœleſtibus ad- 1.
monitionibus quamuis non agnitus. *Secundo*, quod inter ho- 2.
mines non captaret quietem ſed laborem: atque ideo nō dicit, *ſedit* ſed *ſtetit*. Huius mundi homines ſedent, vt de Ephron

Gen. 23. 10.

textus habet Hebraicus: *Sedebat Ephron in medio filiorũ Heth*: Hic enim requiem habent, cõmoda quærunt, & sedem figere nituntur. Christus stabat *primo*, tanquam auxiliator paratus omnibus, qualem eum ad dexteram Dei stantem vidit B. Stephanus. *Secundo*, vt paratus ire, ac Dei voluntatem perficere: quemadmodũ seruus obsequens intellecto Domini sui mandato, erigit se; & ad auditum, aures; ad visum, oculos, ad iter, pedes; ad opus, manus expedit, ac totum se ad Domini imperium componit: quod idem nobis faciendum; non in diuinis tãtum, ac S. Ecclesiæ præceptis: sed in omnibus, quæ superiores mandant. mirum est Christum ab eis non fuisse agnitum, qui tot annis inter ipsos egerat: mirabilius etiam Christum à nobis nõ agnosci, qui quotidie habemus præsentem, in pauperibus, quos abijcimus: in venerabili Sacramento, quod honoramus parum: in superioribus, quibus obnitimur sæpe. Arrogantes sumus nimium: solum miramur fastum sæculi; ab humili Iesu oculos auertimus; hinc S. Bernardus, *Ego*, inquit, *dico omnes ignorare Deum qui nolunt conuerti ad Deum: Neq; enim ob aliud procul dubio renuunt, nisi quia grauem, & seuerum imaginantur, qui pius: durum, & implacabilem qui misericors est; ferum, & terribilem, qui amabilis est; & mentitur iniquitas sibi, formans idolum sibi, pro eo quod non est ipse.* Labora vt Deum agnoscas; in eius enim cognitione nostra salus; eum semper considera in superioribus, attende in cõcionatoribus, gusta in Sacrosancta Eucharistia, tracta in pauperibus.

Quo pacto Christus stetisse dicitur.
Primo vt auxiliator.
Actor. 7. 5.
Secundo vti paratus ad voluntatem Dei.
Serm. 38. in cantica in principio.

XVIII. *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est.* Christus post Ioannem venit; dimidio enim *Imprimis* post ipsum anno conceptus, & è matre natus est: *Deindè* quia post S. Ioannem prædicauit, baptisauit, discipulos collegit, ac datam à Patre commissionem exequebatur. *Tertio*, quia minor apparebat, & abiectior, & vt Isaias, inquit, *nouissimus virorum, despectus, & pro nihilo reputatus*: imo, vt Dauid, *vermis & non homo*, ideo minimum se Christus nominat in regno cœlorum: inter discipulos enim, non cui ministrabatur, sed qui ministrabat esse voluit. Christus ante Ioannem factus est. *Imprimis* quia persona erat maioris dignitatis: Deus nimirum, Deique filius, cœli & terræ Dominus, princeps, & Rex Regũ, Gubernator omnium crea-

Quomodo post Ioannē Christus venerit.
1.
2.
3.
Isai. 53. 3.
Psalm. 21. 7.
Matth. 20. 28.
Quomodo Ioannes Christo præpositus.
1.

creaturarum. *Secundo*, etiamsi post Ioannem conceptus, ac natus in carne sit; ante Ioannem tamen vir erat perfectus: in matris vtero, ipso cõceptionis instãti, in sapientia, & scientia; nõ minus perfectus, quã postea ad annũ ætatis trigesimum. Hoc illud nouum est, de quo Hieremias, *creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum*, idem & alibi S. Ioannes innuere videtur. *Post me venit, qui ante me factus est, quia, prior me erat*. Id est, antè me vir erat, in matris, scilicet, vtero, quod mihi negatum est; hoc enim ipsius priuilegium est, quia ante me erat, Deus, scil. ab æterno, in eadẽ filij Dei persona. Disce hinc *primo*, humilitatem Christi, qui S. Ioanne, imo & alijs hominibus minor videri voluit, erubesce, extollere te supra alios, cũ Creator tuus, ac Dominus homine minor, & pro abiectissimo vermiculo haberi voluerit. *Secundo*, humilitate, dignitatem personæ, nõ minui: manebat Christus Dei filius, quãuis ab hominib⁹ abiectus. Quo magis in lance aurum descendit eo grauius, & probatius est: sic & tu, quo humilior, ac depressior, eo & melior. S. Machtildis filia Regis Scotiæ, ante 400. annos, quatuor habuit fratres, quorũ tres maximi, relicto sæculo, vitã amplexati sunt Ecclesiasticã: minimus autẽ Alexander nomine, annorum 16. Regnum à patre hæreditauit, quẽ Machtildis soror eius, & ipsa, annos nata 20. ita instruxit, ac persuasit, vt sæculũ cõtemneret, ac Regnum, & Deo in humilitate seruiret: docuit ipsum mulgere vaccas, & lac caseosque premere, & rusticana tractare munia: secesserunt ambo in Franciam, ille quidẽ ad Cistercien sem ordinem, illa in solitudinem. Constitutus est laicus bubulcus; applaudebat sibi in hoc munere, ignotus, vsque ad mortem: at postea fratri cuidã apparuit, sole rutilantior; duplici insignitus diademate, alterũ in capite, alterũ manu portãs: dicensque; ego Alexander sum, qui duplicẽ hanc coronã promerui, & in cœlesti gloria à Deo recepi: hanc quidẽ quam manu teneo propter regnum terrenum repudiatum; alterã quã capite gesto propter vitæ sanctitatem: atque in veritatis argumentum, surge sanus. Euigilans monachus morbo se sensit curatum. Hæc Thomas Cantipratensis Episcopus, illorum fere temporum synchronos. Attigerant hi sancti summum humilitatis gradum: quo nõ tãtum propriam agnoscimus paruitatem, siquidẽ hoc multi faciunt;

2. | Hierem. 31. 22 | Ioan. 1. 30. | Duo salutaria documenta. | 1. | 2. | Simile de auro. | Ab exemplo Alexandri Scotorũ regis filij, monachũ induentis. | *Lib. 2. apum cap. 10. §. 8.*

verum etiam ab alijs inutiles, contemptibiles, nec magnæ frugis quærimus haberi.

XIX. *Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti.* Christum tanquam sibi digniorem præpositum dixerat S. Ioannes, ne autem quis paulò tantum digniorem ac sublimiorem eum existimaret, hæc (ex sententia Chrysostomi) S. Ioannes verba subiunxit, tāto quidem ille me dignior, vt ipsi calceamenta soluere aut diffibulare nō merear, quæ quidem sæpius ad populum, vt alij testantur Euangelistæ, pro concione repetijt, nonnunquam dicebat, *non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius*, alias, *cuius non sum dignus calceamenta portare*, nonnunquam, *cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorū eius*. Quæ verba & si humilitatis plena sunt, vera tamen sunt (inquit Cyrillus) nulla enim creatura Deo, cuius potestas, cuius maiestas infinita, vel minimū digna est præstare famulatum, quod per calceamentorum diffibulationem hic significatur. Tacite hic Christi diuinitatem Ioannes Iudæis insinuat. Nullus enim tantus in mundo est Dominus, cui alius etiam abiectissimus ministerium aliquod præstare indignus sit, mutuis enim omnes nascimur seruitijs & obsequijs: at Dei maiestas tanta est, vt humillima etiam ministeria ministrantem supra modum extollant, & multam in ministro dignitatem requirant. Regij sartores, sutores, cubicularij, tonsores, foçarij alijque qui quædam circa regem munia obeunt, & in eius præsentia versantur, nobilibus volunt accenseri, auro squalere & bysso, præcedere reliquos ac eminere priuilegijs. At multo digniores oportet esse qui quædam circa Dei personā aut eius corpus, ministeria exequuntur. Dignitatem hanc deceret esse infinitam, sicut & infinita maiestas est, at quādoquidem omnes finiti sumus, exules imperfecti, plenique defectibus, merito cum S. Ioanne dixerimus, indigni sumus calceamēta eius portare aut soluere, serui inutiles. Disce hinc *primo*, quanta reuerentia sacerdotibus venerabile Sacramentum tractādum. Summi Seraphini cum filium Dei viderent sedentē in throno, illucque accessissent vt eum collaudarēt, pedes præ reuerētia traxerūt & faciem; hæc enim de filio Dei per Isaiam scripta esse, testis est S. Ioannes Euan-

Homil. 11. in Matth. — *Marc. 1. 7.* — *Matth. 3. 11.* — *Luc. 3. 16.* — *Lib. 1. in Ioan.* — Ioannes tacite insinuat Christum esse Deum. — *Simile.* — *Luc. 17. 10.* — Quā reuerenter sacerdotes S. Eucharistiā cōtrectare oporteat. — *Isaiæ 6. 2.* — *Ioan. 12. 41.*

Euangelista. Refert S. Chrysost. visos nõnunquam altaribus adstare Angelos venerabili Sacramento, cum omni reuerentia inclinatos. Docent nos quanta reuerentia in templis ac sacrificijs adesse deceat. Disce *secundo*, non ficte sed bona intentione humiliterque te ipsum culpare, sunt etenim nonnulli, vt inquit Sapiens: qui se nequiter humiliant vt gloriã captent. Alij se ipsos magnificant: at vtrique parum prudenter. Quæ laudabiliter gesseris, sine gloriatione opportuno tempore nõ prohiberis recensere, habes enim à Deo omnia & esse & operari. Nequitias & peccata tua primũ apud te detestare, cumque alij eodem te nomine arguunt, reprehendunt, contemnunt, exulta & gratias age Deo, qui peccata tua hic punit, ac hominibus manifestat quis qualisue sis. *Lib. 6. de sacerdotibus.* *Eccl. 19. 23.*

Quærunt hic nonnulli, calceatusne an discalceatus incesserit Christus, non vsum calceis opinatur Hieronymus, quia ijs prohibebantur discipuli, responderi potest neutrum certo ex S. Ioannis responsione colligi: dicit enim, *Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti*; vtens cõmuni phrasi, & agnoscens se ad minima indignum obsequia. Nihilominus quia etiam de humillimis loquentes ministerijs ea explicare nõ solemus, quæ exhiberi non possunt. v. g. de homine literarum ignaro nemo dicit, indignus sum, qui librũ post eum deferam. Hinc non incredibile certo aliquo modo calceatum Christum, vt ima pedis, & si nõ summa solea protegeret corrigeis adstricta, ad similitudinem capuccinorum. Sandalia enim ista permisit Apostolis, vt testis est Marcus, ijsque vsus est S. Petrus, vt acta testãtur Apostolorum, vbi ab Angelo iubetur calceari. Cum Christi pedes lauaret Magdalena, nihil fuit necesse detrahere soleas, summum enim pedem lauare potuit lachrymis. Non prohibet Christus discipulis calceos, sed calceorũ abundantiam, sicuti & tunicã duplicem ac mutatoriam, quod pugnabat cum paupertate Apostolica, vitam viuebat communem, vestitus communiter, ne Christianam vitã arctaret nimium, in antiquissimis imaginibus, & maxime in ista quam S. Lucas pinxisse putatur, Christus cum soleis exprimitur, quæ suo nõ carẽt mysterio. Significant enim humanam Christi naturam, quæ vt [a] Clemens Alexandrinus. [b] Ambrosius. [c] Gregorius inter- *Epist. ad Eustochium de virginit.* *Matth. 10. 10.* *Luc. 10. 4.* *Marc. 6. 9.* *Act. 12. 8.* *Luc. 7. 38.* *a Lib. 5. Stromat.* *b Lib. de instit. virg. cap. 14.* *c Homil. 7. in Euang.*

Solea Christi mysterium.

interpretantur, calceata ad nos excurrit diuinitas. Ex parte vna miraculis aperitur diuinitas, operitur ex altera; carnis, scil. infirmitate: sicuti superne retectus, inferne solea pes tectus erat. Ex miraculis enim, aspiciebatur diuinitas, quæ lassitudine, fame, siti, tormentis occulebatur quasi dubia: nõ cogitantibus eundẽ Deum simul, & hominem esse: atque ideo Patres quidã S. Ioannis verba, mysticè sic exponunt: dignus nõ sum, Incarnationis eius cõprehendere mysteria, eademque populis annunciare: prius enim ingenium excedit humanum, alterum Apostolico reseruatur officio. Discis hinc *primo*, neminẽ spernere honestè iuxta conditionẽ suam indutum; quia nimirum tu vestiris aliter. *Secundo*, bonis assuescere meditationibus, vt incarnationẽ Christi aliquo vsque apprehẽdas; vt saltem summam eius intelligas charitatem, quæ ipsum carne induit: vt sic etiam charitate accendaris, atque in bonis operibus proficias, proximosque ad eadem studia pertrahas.

XX. *Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptisans.* Adijcit hæc S. Euangelista. *Primo*, vt magnificentiam agnoscamus legationis huius, & solennitatem, quæ in loco publico coram populo facta est, vbi veritatem confessus est, & de Christo testimonium dedit Ioannes. *Secundo*, vt locus nobis indicetur, quo S. Ioannes baptisabat, & Christus ab ipso baptisabatur: magno enim in honore habitus est, tũ ante, tum post Christi tempora. Illac transierunt filij Israel ex Ægypto in terrã promissam, illic diuisæ sunt aquæ; delabente parte altera, altera in excelsum excrescente, ac subsistente: Illic Arca quieuit; donec omnes transissent: inde duodecim grandes sustulit Iosue lapides, ac transportauit in campum: duodecim etiam ex campo transtulit, in eorundem locum, vt memoria esset miraculi tam terra, quam aqua proficiscenbus, & lapides illos, decrescente alueo, aspicientibus. Elias, & Helisæus sicco illum transiere vestigio. Naaman isthic leprâ mundatus est: ferrum asciæ ibidem supernatauit ad lignum: Omnia hæc, figuræ fuerunt Sacramenti Baptismi, per quẽ in Ecclesiam, & cœlum transeundum est. In locum duodecim Patriarcharum successerunt nobis duodecim Apostoli, qui nobis contulerunt & annunciauerunt Baptismum: iuxta Psal-

Sanctimonia loci in quo baptisatus Dominus. Iosue 3.17. Iosue 4.8. 4. Reg. 2. 8. 4. Reg. 5. 14. 4. Reg. 6. 6.

Applicatio mysteriorum.

Psalmistam *pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos Principes* *Psal. 44.17.*
super omnem terram. Ibi peccatorum lepra mundatur; & graues
supernatant peccatores, per crucis virtutem quæ diuinā vim
impertit aquis, non ad eluenda tantum crimina, sed ad vitio-
sas etiam eneruandas passiones, vt [a] Cyprianus, [b] Lactantius, *a Lib. 8. epist.*
[c] Augustinus, alijque plures in se experti sunt. Eodem loco in *2. ad Donatū.*
aquam descendit Christus, vt baptisaretur à Ioanne, eamque *b Lib. 8. diuin. instit.*
contingens diuino corpore sanctificauit, atque in materiam *cap. 26.*
Baptismi consecrauit; adeo vt omnibus aquis, data sit virtus *c Lib. 9. cōfess. cap. 14. & 6.*
remittendi in hoc Sacramento; peccata, etiamsi à sacerdote *d Lib. 7.*
alias benedictæ non essent. Ab Apostolis fontis benedictio- *Apost. cōstit. cap. 44.*
nem traditione accepimus, iuxta [d] Clemētem Papam, [e] Dio- *e Cap. 2. Eccl. Hierarch.*
nysium Areopagitam. [f] Cyprianū, [g] Basilium, [h] Ambrosium, *f Lib. 1. Epist.*
[i] Augustinum aliosque plures; non vt aqua per eam materia *vlt.*
fiat baptismi; quemadmodū sanctum Chrysma, atque oleum *g Lib. de Spir. S. c. 17.*
infirmorum, Episcopali consecratione, materia fiunt Sacra- *h Lib. 1. de*
mentorum Confirmationis, & Vnctionis extremæ: verum vt *Sacram. c. 5.*
excitetur hac benedictione deuotio, atque Ecclesiæ preci- *i Tract. 118. in Ioan.*
bus, maior impetretur fortitudo cōtra dæmones, & significe-
tur sanctificari nos illa aqua, & Spiritum sanctum suscipere: ea
enim de causâ cereus accēditur paschalis, quinque impressis
incensi granis, quæ Christū figurant quinque vulneribus vul-
neratum, sanctū etiam oleum & chrisma effundūtur, Spiritū
sanctū eiusq; misericordiā significātia: pulchræ etiā super eum
fiunt inuocationes: quæ ceremoniæ illud nobis ponunt ob
oculos, quod in Iordane gestum est, cum Christus baptisatus
suum institueret baptismū, vt antiqui patres [k] Hylarius, [l] Gre- *k Cap. 2. in Matth.*
gorius Nazianzenus, [m] Hieronymus, [n] Ambrosius, &c. testan- *l Orat. 39. in*
tur. Ibi enim locutus est Deus pater, stabat in aquis Dei Filius, *S. Lumina.*
& Spiritus sanctus in columbæ specie super aquas descēdit, & *m Contra Lucifer.*
S. Trinitas aquis benedictionē infudit. Post Christum, etiam *n Lib. 2. in*
locus in quo S. Ioannes baptisauit, pie cultus est. Solet enim *Luc. cap. 12.*
esse frequens Sanctorum virorum, & Eremitarum commo- *4. Reg. 6. 2.*
ratio, qui S. Ioannis exemplo, casulas & antra soli habita- *o In prato Spir. 107.*
bant: multi etiam in monastica societate, sicut Prophetarum *Cyrill. in Euthym.*
filij tempore Elisæi. Illic cænobia erant, [o] S. Gerasimi Abba- *p Sozim. in*
tis, [p] & S. Sozimi qui trans Iordanē vltro, citroque cōmeans *vita Mariæ Ægypt.*
vide-

a Lib. in gloria mart. cap. 17. & 19.

videbat S. Mariam Ægyptiacam, [a] S. Gregorius Turonensis in eodem fluuij loco, leprosos suis temporib⁹ mundatos narrat. Atque ideo peregrinationibus celebratus est; tum sanitatis, tum deuotionis causa, in gratiarum actionem etiam tanti beneficij, quo nos Christus per Baptismi Sacramentũ dignatus est. Gratias ipsi agamus pro Sacramentis omnibus; quibus virtus, & merita passionis ipsius inclusa, digne sumentibus applicantur.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, mundi lumen verum, Rex cœli & terræ, qui veniens in mundum non cognitus es à mundo; sed reprobatus, abiectus, cõtemptus. Quemadmodum enim Iudæi præ te S. Ioannem, tanquam Christum, & Messiam desiderabant: ita inter Christianos nõ pauci dignitates, diuitias, voluptates sæculi; humilitati, paupertati, laboribusq; tuis præferunt: cum tamen creatura omnes, cũ S. Ioanne clament, non sum ego Christus: *in nobis nec requies est, nec salus: fragiles sumus, caduci. Appetitum hominis satiare non possimus. Obsecramus te per humilitatem tuam, qui te à S. Ioanne baptizari passus es; per omnipotentiam tuam, qui aquis vim dedisti lauandi animas; per charitatem tuam, qui baptismum, & reliqua Sacramenta humanis vsibus instituisti, meritaq; passionis tuæ communicasti liberaliter: da vt cognoscamus nos ipsos, & te; vt nostræ nequitiæ sordes, ac puritatis tuæ magnitudinem cõtemplantes, displiceamus nobis, & placeamus tibi. Da Christianis in fide, & virtute constãtiam: da superioribus diligentiam, ad seruandam in fide concordiam, & omnem abercendam nouitatem. Præpara tibi in nobis viam, vt sine ambagibus, & impedimentis ad nos introeas, ac tandem nos tecum in gloriam introducas, hoc te rogamus votis omnibus Iesu Christe, Rex gloriæ, qui cum Patre, & Spiritu sancto regnas in æuum, Amen.*

DOMI-

DOMINICA IV. ADVENTVS.

Euangelium Luc. 3.

Nno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurãte Pontio Pilato Iudæam; Tetrarcha autẽ Galileæ, Herode; Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abelinæ Tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini, super Ioannem Zachariæ filium, in deserto: & venit in omnem Regionem Iordanis; prædicans baptismum pœnitentiæ, in remißionẽ peccatorũm, sicut scriptũ est in libro sermonum Isaiæ Prophetæ: vox clamantis in deserto: parate viam Domini: rectas facite semitas eius: omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei.

Breuis Euangelij Exegesis.



Vo proponit præsens Euangelium; prius, tempus, quo S. Ioannes cœpit docere, cum videlicet triginta esset annorum: natus enim est quadragesimo secundo anno Imperij Augusti, qui mortuus est, cum sedisset annos septem, & quinquaginta: ita vt Augusti annus vltimus, decimusquintus fuerit Ioannis, quibus si quindecim addas Imperij

Tiberij, de quib. hic fit mentio, ſimul erunt triginta: tum etiã Chriſtus triginta annos impleuit (vt Lucas inquit) vtpotè dimidio rãtum anno Ioãne iunior, & vterq; cõcionari cœpit anno ætatis ſuæ trigeſimo, paulo citius Ioannes, dimidio anno poſt, Chriſtus. Iſaias Propheta, *annum* vocauit *acceptabilem*. Lucas; *annum Domini acceptum:* quia nimirum hoc anno, lux mundi Chriſtus radiare cæpit, & errorum tenebras diſcutere. Atque ideò multo clarius, & latius hic annus deſcribitur, quam quilibet alius in Euangelio; annotatis ſcilicet nominibus & officijs ſæcularium, & Eccleſiaſticorum, Superiorum. Annus itaque erat decimuſquintus Tiberij Auguſti, ſub quo Chriſtus mortuus eſt, elapſo exin triennio, anno videlicet decimooctauo eiuſdẽ, ad quem Pilatus poſt mortem & Aſcenſionem, miracula Domini conſcripta tranſmiſit, diſcere volens, vt inquit Chryſoſtomus, num inter Diuos foret collocandus: quo inclinabatur Tiberius, Senatuique propõſuit, dato ad hoc ſuffragio: at ſenatus omninò reluctatus eſt, quia iam antè ab omnibus coli cœperat, antequam inter Deos ipſum retuliſſent: Tiberius interim in ſua perſtabat opinione, grauia minatus ijs, qui Chriſtianos detuliſſent: hæc *a* Tertullia. *b* Euſeb. *c* Oroſius, *d* Chryſoſt. *e* Greg. Turon. alijq́, cõplures. *f* Egeſippus etiã litteras refert Pilati ad Tiberiũ, quarũ etiã *g* Iuſtinus & Greg. Turon. meminerunt. Pilatus hic etiã nominatur tãquam Iudææ Præſes, trienniũ iam illud munus adminiſtrans, tres deinde Principes ſæculares, qui partes tenebant Palæſtinæ, & Syriæ, poſt mortem magni Herodis Regis, qui innocẽtes occidit: Herodes enim iſte Regũ Iudææ fuit poſtremus, quo defuncto, Imperator Auguſtus obſequutus

Luc. 23.

Iſai. 61.
Luc. 4. 19.

Homil. 66. ad pop. Antioc. circa finem.

a c. 5. & 21. apolog.
b lib. 2. Hiſt. c. 2.
c lib. 7. Hiſt. c. 4.
d Homil. 66. ad pop.
e lib. 1. Hiſt. c. 24.
f in anaceph.
g in apolog. ad Anton.

quutus testamenti tabulis, Regnũ diuisit in ditiones varias, ad frangendam diuisione Iudaicã potentiã. Herodes.n.iunior, dictus Antipas, prædicti Herodis Regis filius, qui postea S.Ioan. occidit, Galilææ præerat. Tetrarchæ vni .i.quartæ regni parti. Philippus frater eius, cuius vxor Herodias, cũ Herode iuniore viuebat in adulterio, Tetrarcha erat Trachonitidis; Regionis interiectæ inter Libanũ & mare Tyberiadis, & Ituræa, sitæ in Syria. Lysanias nõ Herodis, aut Ptolomæi Mennei filius, sed obscurus, Tatrarcha erat Abelinę, quæ vrbs erat in Decapoli .i.regione ciuitatũ decem, adeo vt Iudæa, quæ vno solet rege regnari, multis iam dominaretur ducib. & principib. vt significaretur impleta Danielis prophetia, de monarchia quarta, quæ figurata est per pedes, & pedum digitos statuæ regis Nabuchodonosor. Regnũ enim illud diuidendum erat, & cõminuendum in partes, subijciens & attrahens omniũ principũ potestatem. Quãtum ad superiores Ecclesiasticos, duo hic exprimuntur, Annas videlicet, & Caiphas gener eius; sub quibus Ioãnes prædicauit. Præceperat Deus vt summũ sacerdotiũ morte tantũ transferretur; at cũ gentiliũ manib. permittente Deo, Iudęa tradita est, mutauerunt sacerdotiũ Reges, & gubernatores, & venũ exposuerunt plurima largienti, aut magis placenti. Inter hos Annas erat & Caiphas, qui vicissim alternis annis administrabant sacerdotiũ, & non raro, vt Iosephus author est, singulis annis mutabãtur, insinuat idẽ scriptura dicẽs: Caipham pontificem *anni istius*. Cũ igitur totus orbis, maximeq; Iudæa, ita gubernaretur: cumq; manifestũ esset, impleri tempora quib. Christus tãto ante promissus adueniret. S. Ioãnes Zacharię filius, qui à teneris solitudinis penetra-

Dan. 2.33. Dan. 7.23. Exod. 28. 43. Lib. 18. antiq. c. 3. Ioan. 11. 51.

lia habitauerat, Spiritu ſancto inſtigante, conceſſit ad Iordanem, ad eum potiſſimum locum, vbi communis erat traiectus, atque in omnem circa regionem. Hic cœpit prædicare. Altera Euangelij pars materiam continet prædicationis Ioannis. Hortabatur enim populum ad pœnitentiam, vt per contritionem, bonumque propoſitũ redirent ad frugem, ac laborioſis operibus, appropinquanti Chriſto locum pararent: iuxta prophetiam Iſaiæ, quæ clamaturã dicit in ſolitudine vocem; moniturã populos, *parare vias & dirigere ſemitas*, ne vllus maneat circuitus; implere valles, humiliare montes, & colles facere praua, in directa; & aſpera, in vias planas: vt Meſſias rectâ, ſtrataque via ſine anfractu, ſine difficultate ad homines perueniat: ſuſcipiatur ab omnibus, omnibuſque pro voluntate opituletur. Omnes enim Meſſiam videbunt Saluatorem, vel in hac vel in altera vita.

Altera pars Euangelij.

Iſai. 40. 5.

Documenta quartæ Concionis.

I. Continuatio huius Euangelij cum duobus præcedentibus.

ANno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris. Euangelium hoc, optime conuenit, cum duabus Dominicis præcedentibus. Prima enim proponitur nobis exitus prædicationum, & aductus S. Ioannis, qui venerat homines ad Chriſtũ ablegare. Altera modũ explicuit, & rationẽ, qua vſus eſt; docens nimirum *Ieſum* quò ipſos mittebat, non autẽ ſe, verum eſſe mundi Saluatorem. Præſenti Euangelio declarat, ꝙ à ſeipſo nõ venerit, ſed miſſus *à Deo*, & baptiſmũ ſuum, doctrinamq; à Deo eſſe & nõ ab hominibus, quod ambiguũ erat Iudæis. Modũ etiam docet, quo venienti Chriſto via paretur: atque vt magis promoueat animos ad Chriſtũ ſuſcipiendũ, de facilitate, & ſuauitate Euangelicæ legis, præceptorumque Chriſti diſſerit.

Matt. 25. 25.

I. Tria hic notãda ratione decimiquinti Tiberij Cæſaris.

Primis hiſce verbis obſerua. *Primo*, decimumquintum annum Imperij Tiberij exprimi, vt diſcamus S. Ioannem & Chriſtum

Christum triginta annorum fuisse antequam docendis, & instruendis se darent populis, eiusdem ætatis fuit [a] Ioseph, cum Pharaoni Regi Ægypti somnia interpretaretur: [b] Dauid cum Regnum acciperet. [c] Ezechiel cum visiones videret & populis annunciaret. Infra ætatem hanc prædicandi munus capessere, indecens est: nisi aut necessitas, aut singularia dona, sicut in Daniele, ætatem compensent. Munus enim hoc Apostolicum est, ac Episcoporum proprium, qui ex iure antiquo nō cōsecrantur ante annum quadragesimum; doctrinam requirit, experientiam, maturitatem, quæ ante trigesimum rara est annum. Idcirco quemadmodum mala præcocia quæ intempestiuis decutiuntur turbinibus, subacida sunt, & ingrata stomacho: ita & iuuenculi concionatores, vanæ gloriæ flatibus ad cathedras euibrati, spiritualem non habent dulcedinem, & exiguum præstant fructum auditoribus.

a Gen. 41. 46
b 2. Reg. 5. 4.
c Ezech. 1. 1.
Dan. 13. 41.
Simile à pomis præcocibus.

2. Nota *secundo*, voculam, *Imperij*. Romani enim olim Regibus suberant qui cum potestate abuterentur, maxime cum sextus Tarquinius stuprum intulisset Lucretiæ, pulsi sunt: subinducta alia regiminis forma: at Dei permissu in Scyllam incidere voraciorem, cum Iulius Cæsar Romanos armata manu cōpulit, ipsum non Regem sed Cæsarem agnoscere, id est, non tanquā regentem sed tāquam imperantem. Vocula *Rex* gubernatorem significat, administratorē, pastorem, cui summa de subditorū tutela, auxilio, cōmodis debet esse diligētia qualis pastori de ouibus. Sed vocula *Imperator* maius quid sonat, eum qui iubet, disponit, mandat ꝑ arbitrio, quæ subditis facienda sunt. Hæc forma regiminis, exosa erat Romanis studiosis libertatis: qui nulli nisi in necessitate absolutā dabant potestatem, cum crearent *Dictatorem* Senatoribus, Cōsulibus maiorē; cuius verbis, & imperijs subdebātur omnes: sed magistratus ille sex tantū erat mēsium. Reciderunt nihilominus in maiorē postea seruitutem; vt discamus nō paucos minora mala, maioribus redimere: de quibus S. Iob: *qui timent pruinam irruet super eos nix*, incōmoda timemus vitæ huius, infamiam, egestatē, morbos; hinc intermittimus ieiunia, pœnitētias, vigilias, confessiones, cōmunionem, aliaque pia opera, *timentes*, vt inquit Dauid *timore, vbi nō erat timor*. Nec venturi timemus

Iob. 6. 16.
Psalm. 13. 5.

verecundiam iudicij, quando totus mundus immunditias, & delicta nostra aspectabit, & execrabitur: nec paupertatem, incommoda, dolores, tormenta quæ in inferno perpetua sunt.

Simile à pueris. Similes sumus pueris, qui araneum formidant aut animalculum simile; & manū in clibanū mittunt, quo comburuntur.

3. Nota *tertio*, Tiberius Imperator tertius, Iulij, & Augusti successor, crudelis nequam ac immitis fuit tyrannus vt de eo [a] Suetonius, [b] Tacitus, [c] Dio & alij. Euexit tamē ipsum Deus ad totius mundi fastigium, plenum auro, gloria, voluptate omnibusque ijs quæ sæcularib⁹ in voto sunt. Eadem hæc alijs etiam largitus est Imperatoribus malis, quales fuêre Claudius, Nero, Commodus, Decius, Diocletanus: vt discas temporalia spernere, cogitans alia esse, quæ Dei filijs reseruantur post hanc vitam bona: S. Paulus omnia reputabat stercora, & purgamenta; ita & Apostoli reliqui, eorūque sectatores, abrenunciantes bonis, honoribus, commodisque temporalibus, vt interna gustarent bona, & æterna inuenirēt præmia. Deus ostendere nobis volens, temporalia nullius pretij esse, ad diaboli petitionem, ijs amicum suum Iob spoliauit, & quamuis Rex esset honoratus, diues, potens; ad eam tamē redactus est inopiam, & confusionem, vt nec domicilium quieti, nec linteolum extergendis seruaret vlceribus, sed in sterquilinium proiectus, & testa saniem radēs, ab amicis intimis, Regiæ vtique cōditionis, (vt Tobiæ liber testatū facit) homo flagitiosus reputatus, & reprobatus est. Peccatoribus, vt ait Dauid, externa indulgere solet Deus, *Ecce ipsi peccatores, & abundātes in sæculo, obtinuerunt diuitias*: atque vt scias, quidnā diuitiæ sint; alibi, sic, ait, *de absconditis tuis impletus est venter eorum*. Cum Rex Ezechias Babyloniæ Legatis palatium suum ostēderet, nō duxit eos ad fimeta, cloacas, sordiumque receptacula; hæc enim ab honoratioribus abscōduntur. Nec alio loco censentur temporalia in scripturis, & *abscondita Dei*, appellantur, id est, vilissima, abiectissima. Atque ideo ne Deo, te charum æstimes, quando temporalia succedunt; quin time, vt fortè Deus te, velut porcum, his repleat siliquis; qui filiorum suorum animas replere solet Spiritus sancti charismatibus.

[a] In Tiberio. [b] Lib. 2. & 5. annal. [c] Lib. 57. & 58. Histor. Rom.

Philip. 3. 8. — Tob. 2. 15. — Psal. 72. 12. — Psal. 16. 14. — 4. Reg. 20. 13.

II. *Procurante Pontio Pilato Iudæam*. Promiserat Deus, per Patriarcham Iacob, in benedictione, qua benedixit Iudæ filio

Gen. 49. 10.

ſuo, in Iudæa perpetuum ſceptrum fore ſtirpis Iudæ, vſque ad aduentũ Christi, adeo vt defectio eius irrefragabile cenſeretur, impleti temporis, argumentũ. Stirps Iuda regnare cœpit, in Dauide, & inde per oẽs Reges Iuda cõtinuauit imperium. In captiuitate Babylonica, Iudices etiam ex eadẽ fuere Tribu, & poſt, vt patet de Zorobabel, qui templum Domini ædificauit. Machabæi, filij Matathiæ, quãuis ex paterna linea Leuitæ eſſent, Tribuſque Sacerdotalis, ex materna tamen, Iudæ accenſebãtur. Solent enim, vt in Scripturis clarũ eſt, illæ duæ tribus, nõ raro miſceri: hinc Machabæi Iudaicum acceperunt Imperium, & vſque ad tẽpora Chriſti ſeruarunt. Cum Herodes Magnus, Innocentium interfector, alienigena, Iudaicum inuaſit Imperium, & Concilium 72. Synedrin, nomine, mutauit, alienigenas intrudens, in locum poſterorũ Iudæ, qui illuc vſque Iudæos rexerant. Antiqui Prophetæ Regum nomina qui ex Dauidis ſtirpe ſucceſſerant, libris ſuis ſolent inſcribere; vt cõſtaret, necdũ adueniſſe tempus, quo Chriſtus expectabatur: verùm Lucas in hoc Euangelio, alienigenarum meminit, & nominatim Pilati, hominis gentilis, à Cæſare in Iudæam miſſi, non cum poteſtate Regia, ſed gubernatoria, quã pro arbitrio adimeret, vt obſcurum eſſe nõ poſſet, ea expiraſſe tempora, & Chriſtum, ex Dei promiſſione, iam adueniſſe, ac vera prædicare Ioannem, cũ Chriſtũ populo annunciaret præſentẽ, & digito monſtraret, *Ecce Agnus Dei; hic eſt de quo dixi, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt.* Diſce hinc *primo,* viſitationis diuinæ tẽpus, cũ S. Ioanne obſeruare, & nõ cũ Iudæis otiosè dimittere: de hoc tẽpore monet nos S. Paulus, *Ecce nũc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis:* nihil laborat diabolus, niſi vt illud nobis tranſeat, ſuadẽs vt hodiernũ ipſi, craſtinũ Deo impẽdamus: dein, cũ effluxit craſtinus, iterũ, & illũ poſtulat, iterũ ingerit; cras incipies: atq; hæc, donec nobis cras deficiat. S. Baſil. pulchrã inſtituit huius rei ſimilitudinẽ: *Vidi ego,* inquit, *aſtutæ auis mirã artẽ* (perdicẽ Helian. appellat) *cũ pullos ſuos videat adhuc, ob debilitatem, prædæ periculo expoſitos, ſeſe aucupi ante illos, vt prædæ paratã offerre, ita ſeſe vertentẽ ac geſtus diſpẽſantẽ, vt nec periculo penitus, nec manibus ſe præbeat, neq; itẽ inſidianti ſpẽ omnino eripiat. Sic itaq; illũ inter vtrunq; verſando, occupãdõ, in ſe retinẽdo, ſpatiũ dat natis fugiendi, ipſa ad extremum auolat.* Idem Diabolus agit, auertit

Aggai 1.1.

Ioan. 1. 30.

Documenta quædam primum.

2. Cor. 6. 2.

Hom. 13. exhorta. ad baptiſ. ſere circa finem.

nos à certis,id est,præsenti luce,spe incertorum;ac tandē omnia simul eripit. Nihil tempore est pretiosius: illud etenim pretiosum dicimus, quo plurima, si velimus redimimus: ita decem Iatolini, decem obulis pretiosiores; dimidia hora in hac vita,cœli pretium est. Quos iam infernus torquet, pretia temporis nō latet,quidlibet darēt, quidlibet facerēt, si dimidiam redimere possent horulam. Tēpus tibi longū est,studes etiam fallere; sordet tibi, & tanquā quisquilias studes excutere:at vide quid agas, *tempus faciendi*,inquit, Dauid. Eripiet nobis Deus tempora,cū iustitias iudicabit,tū *vocabit aduersum nos tempus*, vt Hieremias habet, nec punctū vltra nobis largietur: Angelus enim *iurauit per viuentē in sæcula sæculorū, qui creauit cœlū & terrā;quia tempus nō erit amplius*.V tere igitur tēpore,dū tēpus est,& quod peccando dilapsum est,redime,ex S.Pauli consilio, id est,copiosiori virtute,ac pœnitentiæ exercitio resarci.

Thren.1.15. Apoc.10.6. Ephes.5.16.

Documentum secundum. Eccl.10.8.

Nota *secundo*, Eripi regna, & bona propter delicta; ita Sapiens:*regnum de gente,in gentē transfertur, propter iniustitias,& iniurias,& diuersos dolos*. Hoc Sauli,propter sua; hoc Roboam,propter paterna, Salomonis videlicet,peccata,accidit. Donauit Deus Abrahæ, & semini eius terrā promissam; eripuit iterum propter peccata,& inobedientiam. Magnas sæpè vides concidere familias; opes euanescere:Lis inijcitur filijs,& hæredibus:causa cadūt,intrant in bona Reges;soli Deo causâ cognita.Hoc enim parētū peccata cōmeruerunt,qui,vel de iniquitate ditati sunt,vel alio scelere polluti,vt Herodes,aut peccata filiorū,qui parentū suorū hæreditarunt nequitiam, nec recedunt ab ea.Rectè,Sapiens, *Non inueniet fraudulētus lucrum*, & alibi: *vir qui festinat ditari,& alijs inuidet,ignorat quod egestas superueniet ei*. S.Gregor. pulchrū hac de re narrat exemplū: fuit qui duobus obulis emptum vinum; dimidio asse, affusa dilutum aqua, venundedit, idque toties, donec breui tempore, centum corraderet aureos, quos omnes in loculos abdidit rubeos, atque inde duobus extractis obulis, cum alio mercatore tractans de mercemonijs, loculos penes se deposuit. Aduolauit interim miluus,& carnis partem ratus,vngibus sustulit, saccum: cumque in altum sustulisset, & nihil admordens sentiret carnium, in fluuium Ararim, Lugduno vicinum; vnde

Prou.12.27. Prou.17.22. Lib.de gloria confessorum. cap.109.

vnde mercator vinum diluere & augere consueuerat, supernè dimisit, aduertens homo vindictam Diuinam, ad se conuersus, dixit; *iustus est Dominus:* ex duobus enim obulis centum iniquè lucratus sum aureos, & iam duos tantum obolos retineo. Ideo Salomonem Dauid prudenter monuit: *obserua præcepta Dei tui, vt cõfirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me,* promittens, scilicet, mihi sceptrum sempiternum; promissa enim Dei, vt plurimum, conditionalia sunt, si nimirum præcepta seruetis. Noli cõfidere nimium cum hæreticis, de promissione salutis: cogitans, filius Dei sum, atque ideo hæres beatitudinis. Iudas inter Christi Apostolos & Salomon numeratus fuit inter Deo placitos; vterque tamen æterno cruciatur igni. certum te esse non sinit de diuina gratia, cordis tui fallacitas. Imo & si certus esses dę ea, incerta tamen est tua perseuerantia: sanctior non es Adamo in paradiso, nec S. Petro Christi ore laudato; cecidit vterque, & nisi misericorditer fuissent restituti, perijssent.

3. Reg. 4.

Salomonẽ saluatũ esse arbitratur Delrius prolegomenis suis in cantica.

III.

Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ, & Trachonitidis Regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha ideo hic Iudaicæ ditionis Præsides adeo accurate describuntur, cum regionibus sibi subiectis; vt videamus quo loco mundus fuerit, cum Christus veniret. *Secundum iudicem populi,* inquit Ecclesiasticus, *sic & ministri eius, & qualis Rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea.* plenus erat mundus nequitia, cæcitate, miserijs subditus diabolo, & ministris eius, nunquam mundus fuit potentior, nunquam sæculari sapientia instructior, nunquam voluptatibus affluentior; grauissimum interim iugum piorum. Quatuor hominum erant genera *primum* sacrorum; quales Sacerdotes & Pharisæi. *secundum* sapientum; quales versati in scientijs. *tertium* superiorum & dominantium. *quartum* subditorum; omnes hi Cæsari suberant orbem imperio prementi, atque diabolum figuranti. *Inprimis* Iudęa vbi Pontius Pilatus obtinebat regimen, Ecclesiasticos figurat, qui Deum agnoscunt & confitentur. *Iudas* enim, idem est, quod *laus* siue *confeßio*; His præerat Pontius Pilatus, cuius nomenclatura maricogum præfert, & simulationem, ac Hypocrisin innuit, frequens inter Iudaicos Sacerdotes, & Pharisæos

Eccles. 10. 2.

Quatuor diuersa hominum genera in mũdo cum Christus se prædicationi accingeret.

1. 2. 3. 4.

sæos malum, quos Christus crebo *hypocritas* appellauit: maris habebant salsedinem, auaritiâ semper siticulosi, cogebantque se ipsos vt boni, probique apparerent. Vtinam inter Sacerdotes Christianos ab illis rebus nihil esset periculi, nusquam melius latet, quam sub vita Religiosa hypocrisis *Deinde* sapientes significantur per *Galilaam* quæ *rotam* notat: Sapientes enim huius sæculi incertam habent sapientiam, voluntantur cum rotis, nunc hoc docentes, nunc illud; vt clarum est in Philosophis, atque hæreticis qui in sola stabiles sunt instabilitate; quemadmodum rota in gyratione: hic dominatur *Herodes*, id est, *mons gloriæ*: nemo enim nasutis, sciolisque arrogantior de quibus Apostolus, *Scientia inflat*. *Tertio*, per *Itureum*, id est, *probe custoditam*; & *Trachonitidem*, id est, *asperam* significari possunt Superiores, & dominantes, illi enim vt custodiant, ac firment potentiam, laborem adhibent, & subditos aspere tractare solent; his *Philippus*, id est, *amator equorum* præest, vt plurimum enim similes sunt equis, feroces, carnales, indomiti, effrænes. *Quarto*, per *Abelinam*, id est, *tristantem*, siue *murmurantem* subditi significantur: semper enim tristitia in plebe est, semper murmurant, & muscitant, contra Superiores; hi sub *Lysania*, erant id est, *luctũ reconcilianti*, nihil enim hic quærit populus quã liberationem à mærore, hic & temporalium rerum prosperitatem. Ita mundus constitutus erat cum Ioannes, & Christus docere inciperent: Dux & princeps huius mundi erat Diabolus. Ecclesiastici *inprimis* pleni hypocrisi, & peccatis. *Deinde* Philosophi instabiles, & superbi. *Tertio*, Superiores, nobiles, potentes, pleni voluptatibus, in subditos immisericordes. *Quarto*, plebecula plena mærore, murmuratione, effusa ad lucrum. Quilibet examinet conscientiam, & dispiciat, vtrum horum vitiorum fibras, in eo vitę genere in quo est, non nutriat: & cogitet iam diu esse tempus veniendi ad Christum, qui aliam formam vitæ ipsum doceat.

1. Cor. 8. 1.

Notanda imprimis Dei sapientia.

Aduerte hic *primum* Dei sapientiam, qui nouis tum doctrinis mundum innouare voluit, cum pessimus esset, & conuersioni maximè inidoneus; scatebat, fastu, luxu, opibus, potentia, gloria, sapientiaque humana, quæ omnia Christi doctrinę obsunt plurimum; quę humilitatem, paupertatem, angustias, labo-

labores, contemptum, fidemque sine experimentis requirit: voluit tamen nouis suis dogmatibus noua quadam ratione implere mundum, per abiectos, contemptos, pauperesque concionatores. Christus enim, & Ioannes, inopes erant, & despecti: Apostoli itidem indocti, ignobiles spreti, &, vt S. Paulus inquit, *mundi purgamenta*: mundus tamen per ipsos cõuersus est, nouam doctrinam amplexans, idola, sapientiam, diuitias, dignitates, &c. conculcans, vt constet hinc qualis doctrina Euangelij, & quomodo ad nos delata, diuina est, non doctis humanæ sapientiæ verbis, sed Dei virtute nobis subministrata, diuersa ab alijs dogmatibus Infidelium, Paganorum, Turcarum hæreticorum qui armis errores suos inuehunt. *1. Cor. 4. 13*

Aduerte *secundo* Dei misericordiam, qui tum venire voluit, cum mũdus criminibus esset fertilissimus, ipsi inimicissimus, ac summa piorum raritas; vt & nos benefaciamus inimicis, qui nos oderunt, & persequuntur. Magnæ quidem perfectionis est de hoste suo bene mereri, non tamen omnino impossibile; cum à multis id videamus actitatum, non in noua tãtum lege, vt à S. Staphano, S. Iacobo minori, S. Paulo, S. Ioanne, alijsque Apostolis: sed in veteri etiam, à Moyse, Samuele, Hieremia, Dauide, &c. Anno Domini 1546. fuit quidam Hostili prorsus animo in B. Patrem nostrum Ignatium de Loyola, comminans se familiam eius per vniuersam Hispaniam igni damnaturum, cui his e verbis respondit Ignatius, *ego id dico, & opto; vt & tu charitate flagres. ac amici tui, & necessarij, non solum qui in Hispania sunt, sed qui in vniuerso terrarum orbe Spiritus sancti igne inflammentur, & ardeant, vt perfectionis culmen adepti, diuinam gloriam augeant magis & illustrent*, mala quæ ab hoste nobis fiunt negligenda sunt: hoc attendendum, quod frater sit, ab eodem Deo creatus, eodem Christi sanguine redemptus, ad eãdem beatitudinis sortem vocatus, ita præcepit Israelitis Deus: *non abominaberis Idumæum quia frater tuus est*; si alius hostilitatem quærit aduersum te, noli quærere aduersus illum; fratrem esse cogita, peruersa enim eius voluntas à Diabolo, qui solus tibi hostis esse debet, proficiscitur. Deus plures in sæculo malos reliquit, quam bonos; pluresque quibus benefaciat quærit, quam à quibus laudem, & confessionem accipiat: illum

Secundo eius misericordia.

Ribadenira in eius vita. l. 3. c. 2.

Deut. 23. 7.

illum ſequere,& magis proximi ſaluti,quam propriæ vtilitati intende.

Tertio bonitatē Dei. Aduerte *tertio* Dei benignitatem, qui ſumma neceſſitate adeſt hominibus.In veteri Lege cum Regum in Iudæos abū-daret iniquitas,miſſorum ab ipſo Prophetarū excelluit dignitas;cum ad extrema veniſſet mundus,venit etiā ipſe.Perſecutionis tempore claruerunt in Eccleſia,Sācti, qui verbo, & exemplo cōſtanter ad martyria præirent, quales triginta tres primi Pontifices qui ad S.Syluestrū vſq;, & Conſtātinum Imperatorem eruditione,& ſanctitate celebres fidem Christianam ſanguine obſignarūt;&alij complures,vtCyprianus,Iuſtinus, Laurentius, Vincētius,Sebaſtianus qui eccleſiam ſanguine rigarunt,& ad pinguedinem,fertilitatemq; excoluerunt.hæreticorum tempore ſanctos ſuſcitauit Doctores vt Atahanaſiū, Naziāzenum,Hilarium,Hieronymū,Auguſtinū, alioſq;,qui ſemper hæreſes cōtuderunt,& errantes reduxerunt.Calamitoſo hoc ſæculo ſanctam Eccleſiam,nō paucis etiam muniuit doctrina,& ſanctitate,viris inſtructiſſimis;vt ijs armis hæreticos expugnet.Clerus, & monaſteria multis locis,dante Deo, reformata ſunt, & Capuccinos hiſce tēporibus donare Deus viſus eſt,vt hęretici,qui bacchanalia viuunt,&mandata dicūt ſeruatu impoſſibilia, per eos veritatem diſcant,& mendacia hæc,vitæ eorum auſteritate,confundantur. Nunquā deſeruit Deus Eccleſiam;ſed hæreticis,& perſecutoribus;quaſi follib⁹ vtitur, vt per eos flammas charitatis, ac Doctrinę ſuccendat.

Eccleſiæ cuſtodia.

Simile. Vt enim media hyeme cellæ,& putei calidiores ſunt, & quē-admodum in ſcholis diſputatione clarius, à diſcipulis aſpicitur veritas,ita & Eccleſiæ ſanctæ virtus, aliorū iniquitate augeſcit;& Catholicæ fidei veritas, hæreticorum contradictione euadit clarior.Quod vbi effectum ſatis dederint, amouebuntur hæretici,& perſecutores; non ſecus ac folles, lucente foco.Quare vitam tuam emenda, atque in Catholicis te exerce dogmatibus,quilibet in gradu ſuo, & Deus quamprimū omnem expurgabit hæreſin.

IV. Prima. Quinque rationes cur horum

Sub principibus Sacerdotum; Anna,& Caypha: Summi hi Sacerdotes hic exprimūtur.*Primo*,vt ſciamus:Chriſtum,qui ſe prædicationi iam accingebat, Regem ſimul eſſe, & Sacerdotem: & ve-

& venisse ad reformandum Regnum, simul & Sacerdotium: vt essemus sacerdotes, Regesque spirituales; & Ecclesia haberet sacerdotium regale; nostri enim sacerdotes non solũ Missę offerunt sacrificium, vnde sacerdotum nomen obtinuerunt; sed ligant insuper, & soluunt, & peccata dimittũt: multo maiori quam Regia potestate. *Secundo*, quia tam spiritualibus, quã corporalibus mundus erat obsitus vitijs. Christus autem, vt omnia vitiorum genera tolleret, aduenerat. *Tertio*, quia per Christũ vniẽdi erãt Iudæi gentilibus, quemadmodũ ex Moyse refert Apostolus: *Lætamini gentes, cum plebe eius*: id est, Iudæis, cũ quibus vni corpori mystico inseremini. *Quarto*, quia in Ecclesia laici, & Ecclesiastici in eandẽ conuenturi erant Doctrinæ formam, conformes in cultu diuino, & sacramentorũ vsu: & quia tam sęculares, quam Ecclesiastici Superiores, iuxta statum suũ, in fide, & timore Domini subditos erant contenturi. *Quinto*, vt commendetur nobis Ioannis sanctitas, qui inter tot malos ibi sanctitate excellebat, vbi nec in Ecclesiasticis, nec in sæcularibus erat sanitas: vt doceremur *primò*, nequitiam peccatorum nihil nobis obesse, nisi ipsi velimus. *secundò*, nunquã deesse piorum copiam, quos imitemur.

sacerdotũ mentio habeatur. 1. Pet. 2. 9.
Secunda.
Tertia.
Rom. 15. 10. Deut. 32. 50.
Quarta.
Quinta.

Notandũ summos hos Sacerdotes, vltimo loco post Gentiles recenseri, cum summo iure Ecclesiastici animorum curatores sæcularibus præponãtur, ac fideles infidelibus. ratio autem præposteræ narrationis, est *prima*: vt significetur Gentiles per Christum, in Ecclesia, Iudæis potiores fore; tum numero, tum zelo, tum dignitate: rari enim conuertuntur Iudæi, & cõuersi raro ad dignitates Ecclesiasticas euehuntur. *secunda*: quia Ecclesiasticorum peccata, ipsos in conspectu Dei reddunt detestabiliores, quam laicorum aut gentilium; sicut putentius est brutorum fimo, oletum humanum. Ideo quamuis malis sacerdotibus, & Superioribus honor debeatur, tanquam ministris Dei, ac vicarijs: à Deo tamen summo eorum Præfecto, & Iudice contemnuntur.

Duæ rationes cur summi Sacerdotes vltimo loco collocentur. Prima.
Secunda.

Inter plurima peccata, summis hisce Sacerdotibus, alijsque Sacerdotibus Iudæorum, & Pharisæis communia; qualia erant auaritia, hypocrisis, superbia, iniustitia, odia, inimicitiæ, de quibus hic, illic, in Euangelio à Christo arguuntur: simonia

Luc. 16. 15.

Math.23.14 Ioan.5.38. Quid sit simonia. nia etiam hic aperitur, qua summũ Sacerdotium, à laico Præside emptum, alternis administrabant annis. Quæ tum committitur, quando *spirituale quid quod gratis accipi debet, & dari: pretio emitur, aut venditur.* Tria in scripturis notanda huius peccati habemus exempla; pœnasque adiectas. tria notabilia huius sceleris exempla. Primum. 4.Reg.5.27. *Primum*, de Giesi, ministro Helisæi; qui Naaman insequebatur, mercedẽ postulans miraculi, quo à lepra, Domini sui ope, diuina virtute fuerat sanatus; Percussus est ipse cum posteris suis lepra perpetua. Secũdum. 1.Mach.7.3. *Alterum*, in his Sacerdotibus; Anna, & Caipha; alijsque nonnullis vt primus habet Machabæorum liber, qui venale accepera nt summum sacerdotium: despecti ab omnibus, tãquam flagitiosi, ac de Caipha, S. Clemens testatur quod sibi manus intulerit. Lib.8. Apostol.constit. c.2. Tertium. *Tertium*, de Simone Mago, primo hæretico: qui Spiritum S. & donum linguarum à S. Petro cogitabat emere: Cui acriter S. Petrus: Act.8.20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti possideri pecunia. Non est tibi pars neque sors in sermone isto. In felle enim amaritudinis, & in obligatione iniquitatis, video te esse.* Ab hoc Simone, simonia dicta est; quia ipse in noua Lege primus isto se peccato fœdauit. Optandum vt Christianis omnibus constaret huius peccati improbitas, non Ecclesiasticis tantum, sed laicis etiam, qui sæpe seipsos, liberos, cognatos hac iniquitate maculant: maximè quando cum Anna, & Caipha, pecunias pro beneficio aut dant, aut spondent. Ex tribus his scripturæ exẽplis discis *primo* quid *simonia* sit possidere scilicet vt S. Petrus explicat *donum Dei, pecuniã.* per *Dei donum*, Donũ Dei. quid? non hoc intelligimus quodcunque à Dei liberalitate obtinemus, ita enim omnia nostra, *Dei donum* sunt: nec quæcunq; ad animam spectant; siquidem & ibi naturalia dona habemus; vt ingenium perspicax, memoriam tenacem, eruditionẽ, prudentiam, non in temporalibus tantum, sed in diuinis etiã rebus. At per *Dei donum* intelligimus aliquod donum S. Spiritus 1.Corin.12.7. de quibus ad Corinthios Apostolus; quod de se hominem ad Dei cultum, charitatem, pietatem, salutem, ordinat, & accendit: qualia sunt, peccatorum remissio, Eucharistia, &c. Verùm, docere in scholis, interpretari scripturas, Spiritus sancti dono hoc loco non comprehenditur: lectiones enim proprie ad instructionem intellectus, & cognitionem insti-

instituuntur, non ad voluntatem, (quamuis & hoc per accidens fieri possit) charitate inflammandam ; at euangelizare verbum Dei, sub Dei dono continetur: concionantis enim intentio ea esse debet, vt amore, ac sanctitate auditores accendat; hinc est quod in scholis pro stipendio, aut salario, etiam Theologiam profiteri liceat, concionatori minime. spiritualia de quibus sanctus Petrus sub *Dei dono* agit, diuersa sunt, *Primo* interior gratia, fides, charitas, aliæque virtutes, *Secundo* doni huius causæ; vt Sacramenta, per quæ gratia datur; item conciones: ijs enim ad vitæ sanctitatem accendimur, *Tertio* quæ à spirituali procedunt potestate, qualia sunt potestas euangelizandi, operandi miracula. *Quarto*, quæ spiritualibus annexa sunt; vt beneficia, & ius ad beneficiorum fructus, quemadmodum enim status religiosorum spiritualis est, & ius illis confert gaudendi de prouentibus monasterij; ita etiam Canonicorum, Pastorum, Episcoporum, Sacellanorum, &c. spiritualis est professio, & ex hoc suo statu ad reditus beneficiorum, ius consequuntur omnes, hæ spiritualium rerum species pecunijs non possidentur, aut venduntur sine simonia. Eiusdem generis sunt; celebrare, baptizare, confessiones audire, Sacramenta administrare, orare, concionari, pro beneficijs quantumuis paruis, pro admissione in monasterium, pro alijs quæ vel ex toto, vel ex potiori parte spiritualia sunt; vt oleum sacrum, Agnus Dei, Chrisma, in quibus non tam materia, quam consecratio spectatur: At vbi principalior pars non est spiritualis, aliquid tamen habens spirituale annexum, illud vendi potest; cum sufficienti tamen cautione, ne propter consecrationem augeatur pretium: vt calicem, vestes sacras, agrum, domum priuilegiatam, ius præsentandi ad Pastoratum, Canonicatum, aliaue Beneficia quod ius Patronatus dicunt. Disce *Secundo*, non tantum, *simoniam* admitti perfecto opere, sed etiam concepta voluntate; vt Simon Magus, qui voluntatem habuit; sed à sancto Petro impediebatur; atque ideo non solum qui perficit, sed qui consentit, hoc peccatum peccat: Simonia interior.

sicut

Matth.23.14 nia etiam hic aperitur,qua summũ Sacerdotium, à laico Præside emptum,alternis administrabant annis. Quæ tum committitur, quando *spirituale quid quod gratis accipi debet, & dari: pretio emitur,aut venditur.* Tria in scripturis notanda huius peccati habemus exempla;pœnasque adiectas. *Primum*,de Giesi, ministro Helisæi;qui Naaman insequebatur, mercedē postulans miraculi,quo à lepra,Domini sui ope;diuina virtute fuerat sanatus;Percussus est ipse cum posteris suis lepra perpetua.

Ioan.5.38. Quid sit simonia. tria notabilia huius sceleris exempla. Primum. 4.Reg.5.27.

Secũdum. 1.Mach.7.3. *Alterum*, in his Sacerdotibus; Anna, & Caipha;alijsque nonnullis vt primus habet Machabæorum liber,qui venale acceperant summum sacerdotium:despecti ab omnibus, tãquam flagitiosi,ac de Caipha,S.Clemens testatur quod sibi manus intulerit. *Tertium*,de Simone Mago, primo hæretico:qui Spiritum S.& donum linguarum à S.Petro cogitabat emere:Cui acriter S.Petrus: *Pecunia tua tecum sit in perditionem,quoniam donum Dei existimasti possideri pecunia.Non est tibi pars neque sors in sermone isto.In felle enim amaritudinis,& in obligatione iniquitatis,video te esse.* Ab hoc Simone,simonia dicta est; quia ipse in noua Lege primus isto se peccato fœdauit. Optandum vt Christianis omnibus constaret huius peccati improbitas,non Ecclesiasticis tantum,sed laicis etiam,qui sæpe seipsos,liberos,cognatos hac iniquitate maculant:maximè quando cum Anna,& Caipha, pecunias pro beneficio aut dant, aut spondent. Ex tribus his scripturæ exēplis discis *primo* quid *simonia* sit possidere

Lib.8. Apostol.constit. c.2. Tertium. Act.8.20.

Donũ Dei. quid? scilicet vt S.Petrus explicat *donum Dei, pecuniâ.* per *Dei donum*, non hoc intelligimus quodcunque à Dei liberalitate obtinemus,ita enim omnia nostra, *Dei donum* sunt: nec quæcunq; ad animam spectant; siquidem & ibi naturalia dona habemus; vt ingenium perspicax,memoriam tenacem,eruditionē,prudentiam,non in temporalibus tantum, sed in diuinis etiã rebus. At per *Dei donum* intelligimus aliquod donum S.Spiritus

1.Corin.12.7. de quibus ad Corinthios Apostolus;quod de se hominem ad Dei cultum,charitatem,pietatem,salutem,ordinat,& accendit:qualia sunt,peccatorum remissio, Eucharistia, &c. Verùm,docere in scholis ; interpretari scripturas, Spiritus sancti dono hoc loco non comprehenditur : lectiones enim proprie ad instructionem intellectus, & cognitionem insti-

instituuntur, non ad voluntatem, (quamuis & hoc per accidens fieri possit) charitate inflammandam ; at euangelizare verbum Dei, sub Dei dono continetur : concionantis enim intentio ea esse debet, vt amore, ac sanctitate auditores accendat: hinc est quod in scholis pro stipendio, aut salario, etiam Theologiam profiteri liceat, concionatori minime. spiritualia de quibus sanctus Petrus sub *Dei dono* agit, diuersa sunt, *Primo* interior gratia, fides, charitas, aliæque virtutes, *Secundo* doni huius causæ; vt Sacramenta, per quæ gratia datur; item conciones: ijs enim ad vitæ sanctitatem accendimur, *Tertio* quæ à spirituali procedunt potestate, qualia sunt potestas euangelizandi, operandi miracula. *Quarto*, quæ spiritualibus annexa sunt; vt beneficia, & ius ad beneficiorum fructus, quemadmodum enim status religiosorum spiritualis est, & ius illis confert gaudendi de prouentibus monasterij; ita etiam Canonicorum, Pastorum, Episcoporum, Sacellanorum, &c. spiritualis est professio, & ex hoc suo statu ad reditus beneficiorum, ius consequuntur omnes, hæ spiritualium rerum species pecunijs non possidentur, aut venduntur sine simonia. Eiusdem generis sunt; celebrare, baptizare, confessiones audire, Sacramenta administrare, orare, concionari, pro beneficijs quantumuis paruis, pro admissione in monasterium, pro alijs quæ vel ex toto, vel ex potiori parte spiritualia sunt; vt oleum sacrum, Agnus Dei, Chrisma, in quibus non tam materia, quam consecratio spectatur : At vbi principalior pars non est spiritualis, aliquid tamen habens spirituale annexum, illud vendi potest; cum sufficienti tamen cautione, ne propter consecrationem augeatur pretium : vt calicem, vestes sacras, agrum, domum priuilegiatam, ius præsentandi ad Pastoratum, Canonicatum, aliaue Beneficia quod ius Patronatus dicunt. Disce *Secundo*, non tantum, *simoniam* admitti perfecto opere, sed etiam concepta voluntate; vt Simon Magus, qui voluntatem habuit; sed à sancto Petro impediebatur; atque ideo non solum qui perficit, sed qui consentit, hoc peccatum peccat: sicut

Simonia interior.

ſicut & is, qui gratis ſpiritualia adminiſtrare videtur, intus tamen aliud intendit: verum quidem eſt ad ſpiritualia danda, motiua quædam poſſe accedere temporalia, vt alacrius ſurgitur, & ad diuina properatur cum largiores in choro ſunt diſtributiones. item donare licet ſpiritualia; & ſperare gratitudinem: & ſeruire licet Epiſcopo, aut Prælato, ea ſpe quod motus miniſterio, prouidebit famulo, de beneficio, aut præbenda: ſed paciſci iſta non licet, aut verbo, aut ſcripto, aut ſignis, aut interiori cogitatione. Diſce *tertio*, non ſolum ſimoniam eſſe cum pro ſpiritualibus pecuniæ dantur, ſed etiam quando id quod pecunia æſtimabile eſt; atque ideo ſimoniaci ſunt, qui miniſtris ſuis beneficia, aut commendationes pollicentur, aut ſimilem operam. Diſce *quarto* ſimoniam, vt ex Petri verbis colligitur, peccatum eſſe mortale; dicit enim *pecunia tecum ſit in perditionem*: & ex pœna Gieſi, qui lepra percutiebatur: imo ſanctus Gregorius, alijque Patres, quaſi inter hæreſes collocant, appellantes vt plurimum, *Simoniacam hæreſim*, idque ex verbis Petri, *quoniam donum Dei pecunia exiſtimaſti poſſidere*. quemadmodum enim hæreſis, error eſt in intellectu, cum pertinacia: ita etiam ſpiritualium emptores, ac venditores hoc ſentire obſtinati videntur, ſpiritualia temporalibus poſſe æquiparari; cum tamen illa his digniora ſint incomparabiliter. Diſce *quinto* in contractu ſimoniaco vtrumque; & emptorem, & venditorem priuari, venditorem quidem; quia à ſe alienauit; emptorem verò quia pretio redemit, quod pretio non erat æſtimabile, atque ideo nec venditor pretium ſeruare poteſt, propter contractus iniuſtitiam; & in Canonibus ſtatuit Eccleſia; ne reddatur illud emptori, ſed loco ſacro applicetur, qui tam illicito contractu læſus, aut iniuriam paſſus eſt. Vnde ſequitur; poſſeſſores ſimoniacos illegitime poſſidere beneficia, nec, fructus facere ſuos, nec ad libitum poſſe reſignare; quia de iure nunquam iſta poſſederunt: atque ideo redeunt ad collatores, & fructus ceſſi ad eccleſiam. Quam pauci hæc expendunt! quibuſcum Deus rigidiorem, quam opinantur, ponet rationem.

Simoniæ malitia.

Act. 8. 20.

Hæreſis ſimoniaca cur ſic nuncupata.

Factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariæ filiũ, in deserto. V.
Cum mundus in maligno esset positus, inter tot malę vitę Ecclesiasticos & laicos Superiores venit concionatum S. Ioann. vt discant concionatores omnes, sui officij esse, malos conuertere, & illic agere plurimũ, vbi iniquitas maxime abũdauit: vt fecerunt Apostoli, ac viri apostolici. Quęrit enim ante omnia salutem animarum Deus, ac dein earum perfectionem, id est, primum de statu damnationis, ad pœnitentiam adducendi sunt: & sic deinceps ad virtutum, & perfectionis exercitia. Concionatoris munus.

Nota *Primo,* non cucurrisse ex se ad concionandum S. Ioan. sed à Deo missum esse; iuxta Euangelistam: *factum est verbũ Domini super Ioannem,* id est, iussus est à Deo prædicare: quicunque non missi currunt, timeant pœnam Osiæ Regis Iudę, qui munia inuadens Sacerdotum, perpetua percussus est lepra; Hæreticorum concionatores pleriq; laici sunt, profani, non vocati, de quibus conqueritur Dominus: *non misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos.* Nota Primo. Ioannẽ nõ vltro ad prædicandum prosilijsse. *2. Par. 26. 19.* *Hiere. 14. 14*

Nota *Secundo,* tum missum esse S. Ioannem, cũ desperaretur mundi correctio, ne desperemus vnquã etiam ad extrema redacti; Deus. n. differre solet auxilia, & tum opitulari, quando spes omnis videtur intercepta. Sic iuuit S. Iob, Tobiam, Susannam, & Dauidem; cum Saulis exercitu cingeretur conclusus. Prophetam sequere dicentem: *si moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit.* caue imiteris infideles, qui quando bona non vident, ad media mala conuertuntur, furantur, fęnerantur, consulunt maleficos, prostituunt se, & filias, vt vitam tollerent. Quando in arcto es, suspice cum Susanna in cœlum, confide in Deum, & hoc certum habe; necessitates, tuas ab ipso inspici, cura tãtum vt filius ipsi charus sis, nec dubites nunquam ab ipso destitui, quos amauerit vt S. inquit Augustin. Noli cum Bethuliensibus Deo præfinire tempus, qui nisi intra quinq; dies mitteretur à Deo auxilium, se dare decreuerant Assyrijs, hoc enim, vt recte Iudith; *Deum prouocare est.* Quin omnia voluntati eius committe, qui occasiones, & media contra spem, iuxta sapientem suam largietur charitatẽ. Secundo Missum in mundum fuisse quando vix vlla emendationis spes superat. *Haba. 2. 3.* *Dan. 13. 42.* *Tract. 43. in Ioann.* *Iudith. 7. 25.*

Nota *Tertio:* locum in quo morabatur S. Ioannes, cum ad prædicandum à Deo mitteretur; in eremo sc. ad pœnitẽtiam: Ioannem fuisse in remotiori

Solitudine, eum à Deo ad prædicandum mitteretur.

vt discamus primò nos ipsos docere, tum alios. plurimi alienis semper occupantur vitijs, non secus ac totum reformaturi mundum; at malum hoc incipere deberent à se. S. Ioannes à pueritia, vitam egit in magna abstinentia, & afflictione corporis: tum vt doceret opera ista, non tantum possibilia: sed & bona, & laudabilia esse, tum vt se à peccatis præseruaret, ac docendis alijs faceret aptiorem: vt enim non saliuntur carnes, tum solum quando vermes inde saturiunt, verum quando recentes sunt, ne vermes innascantur; ita non tantum peccatoribus, sed & sanctis prosunt pœnitentiæ opera: quia caro nostra maxime ad malũ propendet S. Hieron. qui in Betlehemitico suo monasterio vitam rigidam pane fouebat & aqua, noctes totas vigilabat, cubabat humi, castigans corpus, cilicia gestans, ac solis occupatus orationibus, scriptionibus, studijs, tantas tamen sustinuit tentationes, vt sibi nonnunquã Romę, matronarum choreis interesse videretur, si ille tanta expertus formidinẽ certe à nobis seponi nõ conuenit, qui corporis desiderijs indulgemus. Docet *secundo* diuinis verbis audiendis, et cõseruandæ gratiæ, locũ nullũ, solitudine esse aptiorem; Deus locutus est Moysi cũ in eremo pasceret oues: Eliæ cũ fugisset in montẽ, & apud Oseam: *ducam ait, eũ ad solitudinẽ & loquar ad cor*, si Deũ audire vis & gratiã eius cõseruare, ama solitudinem. inter Deũ ac te S. Ioann. erat lucerna ardens, atq; ideo in laterna custodiendus, & muniẽdus cõtra procellas sæculi. Omnium iniquitatũ venti mundũ vehementer perflãt; sepi ergo cor tuũ, & quantum potes tẽpestates deuita. Montes nõnulli, propter celsitudinem, cacumen habent ventis intactũ; Cœlo mõs nullus altior; de quo B. August. *ibi sit mens, et hic erit requies.* vita cælestis in bene constitutis viuitur monasterijs: si illuc ascendere aut nõ potes, aut non vis fac quantũ potes, & eos qui plura possunt, ne contempseris: verũ quando iuuenẽ; puellãq; videris sæculũ abdicantẽ, Religionẽ amplectentẽ, Deo gratias age, ꝙ tales adhuc in mũdo sint, qui paupertate, obediẽtia, & castitate Deo appropinquant magis, & Ecclesię sanctæ, in hac vitæ perfectione, precibus & meritis succurrunt. Docet nos *tertio* eos fere à Deo exaltari, qui oculis suis parui, honores fugiunt, Saul ad regnum electus est, cum domi se absconderet.

Simile. — Epist. 22. ad Eustoch. — Solitudinis vtilitas. — Exod. 19. 3. — 3. Reg. 19. 8. — Ose 2. 14. — Ioan. 5. 35. — Serm. 175. de temp.

Dauid

Dauid à gregibus ad sceptrũ transijt, Moyses à pastu ad Iudaicæ nationis primatum. Ann. Dom. 346. mortuus est Rauennę in Italia Aurelius Episcopus, ac populo cum Prouinciæ istius Episcopis ad noui electionẽ in tẽplis congregato, Seuerus domi in textrina sua texens Vincentię vxori se ad templum properare indicauit vt noui Episcopi electionẽ aspectaret, & precibus iuuaret. Respõdit vxor, multo satius opus domi vrgeas, nec discursionibus diẽ perdas, nec enim te eligent, nec tuam ad alterius electionem operam requirent. templum ingressus cum habitu quotidiano, latebat post valuas, vt eminus clãculum, quę gererentur, aspectaret: & ecce niuea in templũ inuolauit columba, ac in capite eius requieuit: abactaq; sæpius, redijt. Aduertebatur à plebe, indicabatur Episcopis, qui aduocarunt hominem, & communi consensu consecrarunt Episcopum, digne officium hoc multis annis administrauit, plurimosq; ad Christum conuertit, & inter alia vxorem Vincentiam (cum qua exin castitatem coluit) & filiam suam Innocẽtiam tanta sanctitate imbuit; vt ab ecclesia Sanctorum catalogo sint adscriptæ, quorum trium corpora, patris videlicet, matris ac filiæ Odogarius Archiepiscopus Moguntinus Rauenna, Moguntiam Ann. Dom. 824. vt author est Sigebertus, honorifice transportauit.

1. Reg. 16. *Tom. 1. Surij die 1. Febr.* *In Chron.*

Nota *Quarto*, Nomen Zachariæ parentis S. Ioann. vt discamus S. Ioannem laudabilem parentis sui vitam æmulatum, vt non tam, nobilitatem quam viuendi rationem expẽdas: num illa cum maioribus congruat, qui nobilitatem meruerunt; virtus enim nobilitat, si aliter quam decet viuas, ignobilis es, etiam natus patre Cæsare, vitis vuas; ficulnea ficus profert. Quãdo nobilium filij inerter viuunt, monstrum est; non minus quam si ex homine porcus nascatur. Obscurus, virtute sua omnem nobilitare potest posteritatem, clarus parentibus, vita inhonesta omnem dehonestare stirpis gloriam.

Ioannes eximius fuit paternę sanctitatis æmulator.

Et venit in omnem regionem Iordanis. S. Ioannes dicto fuit obediens, iuit quamprimum à Deo iussus eremum relinquere, & populis prædicare. Discis hic tres veræ obedientiæ conditiones. *Prima* est, exequi statim quæ mandat Dominus, vt apud Psalmistam, *in auditu auris obediuit mihi*, id est, simulac quę VI.

Ternæ perfectæ obedientiæ cõditiones. *Prima.* *Psal. 17. 45.*

volui intellexit, opere compleuit. Manifestat nobis voluntatẽ suam Deus, aliquando per se, bonis inspirationibus, ac motionibus internis; aliquando per superiorem, qui interpres est diuinæ volũtatis, atq; hic modus certissimus est vt Apostolis dicebat Christus, *qui vos audit me audit*. Scientes ergo voluntatem Domini, eam non exequemur tantum; sed quam primum, etiam. Voluntatem enim Domini nihil debet antecedere. *Secũda*, vt non solum reipsa, ac corpore faciamus mandata (illud enim & bruta faciunt; currunt confestim equi à sessore compulsi, etsi inuiti ac reluctantes; mallent enim quiescere in stabulo) sed animo etiam, ac voluntatis promptitudine. Quod enim inuitus, coactusque facis nomen obedientię non meretur, nec brutorum obedientiam excedit. Coacti inuitiq; facere dicimur, quod ex timore, & renitentes agimus. operari autem contra inclinationem, & voluntatem suam accommodare superioribus, opus non efficit inuoluntariũ, sed meritorium; ita & hîc S. Ioan. inclinabatur magis ad eremi habitationem, vbi tranquillus viuebat, in cõsolationibus Deum suauiter contemplans, ac obsecrans; quam ad conuersationem popularem, & congressum populi, in quo præter peccata, & nequitias, magnosq; labores inueniret nihil, subiecit interim voluntatem suã diuinæ, cogitans meliorẽ esse victimis obedientiam, *tertia* conditio est; cum iudicium & apprehensionẽ nostram superioribus conformamus, non tantũ credentes expedire quod imperatur, sed argumenta & rationes excogitãtes. quib⁹ hoc pręstare suadeamur, & omnino ita sentire: quomodo S. Patres in rebus fidei agere solent; varias enim adducunt demonstrationes vt ea suadeant, quæ captum nostrum excedunt. Etiam hoc, fecit S. Ioann. suum captiuans iudiciũ, & voluntatem: voluntatem, & iudicium Dei secutus; atq; ideo in omnibus se diuinæ tradidit dispositioni, ea loca visitans vbi frequentior populus, & maior daretur prædicandi oportunitas. Signum est obsequentis ingenij quando superiorum intẽtionem laboramus implere. Disce hinc *primo* loca captare virtutibus exercẽdis oportuna. Oraturus, templum, aut penetralia pete; largiturus, viduas quære, aut pupillos, non deerũt occulti pauperes, quibus charitatem exhibeas: Abrahã, & Loth,

[Margin notes: *Luc. 10. 16.* — **Secunda.** — *1. Reg. 15. 22.* — **Tertia.** — **Captanda peculiaria rei bene gerendæ loca.** — *Gen. 18. 1.*]

præ

præ foribus suis operiebantur peregrinantes: si colloquia desideras, Ecclesiasticos adi & monasteria: roga vt spiritualium suorum te faciant participem; Non desunt male acturis loca sua, tabernæ, ebriosis; prostibula, impudicis, plateæ & publicum, superbis; vt spectentur: tu autem omnes peccatorum occasiones præscinde, ac bene agendi commoditatem quære. Disce *Secundo* tua commoda, & consolationes, proximorum subsidijs postthabere; Moyses post quadraginta dierũ in monte Sinai cum Deo colloquium, dimissus est ad populum peccantem, & vitulum adorãtem. Elias in Damascum missus est, nouos creaturus Reges & Prophetas. Bonum cũ Magdalena Christi adsidere pedibus; sacrificijs interesse, contemplationi se dare, tamen non est negligenda Martha. Ezechiel quatuor animalia vidit alata, cum manibus hominis: quæ contemplatiuam, & actiuam vitam notant. Alis volatur, laboratur manibus. Nonnunquam Deo te iungi, nonnunquam manibus proximorum salutem decet operari, atq; eius necessitatẽ subleuare. Volant multi qui vngues habent leonum, non manus hominum; illi nimirum, qui ad sacrum conueniunt, & proximos fraudant, diripiunt, depopulantur: item qui spirituales videri volunt, crebro confitentes, communicantes, proximos interim calumniantes. Disce cum S. Ioanne proximorum te vtilitati impendere, primum animæ, deinde & corpori vt à te & animæ, & corporis auxilia sentiat.

Proprię cõsolationi ac vtilitati nonnunquã amore proximorũ relinquendum.

Exod. 32. 7.
3. Reg. 19. 15.
Ezech. 1. 8.
Eph. 4 28.

VII.

Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Sanctus Ioannes venerat pręparare populum Christo, ac vitę nouæ: atque ideo pœnitentiam, & conuersionem à peccatis debebat annunciare, dicens: *pœnitentiam agite, & credite Euangelio* & Petrus cum omnibus Apostolis; *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum, in nomine Iesu Christi. Nouam enim* (inquit Augustinus) *vitam inchoare, non possumus; nisi nos veteris pœniteat.* Cum ergo Ioannes concionaretur, & moneret populum ad pœnitentiam, docens eos modum pœnitentiæ quem exigebat baptizans, & lauans eos in Iordanis flumine; baptismus eius nõ significabat ablutionem, & remissionem peccatorum dari, S. Ioannes enim non dabat ea: sed lacrymas, quas fundere deberent peccatores, ad impetrandam à Salua-

Marc. 1. 15.
Acto. 3. 8.
Lib. de pœni. medicin. c. 2. & Hom. 27. & 50.

tore nostro Iesu Christo peccatorum remissionem. fluuij *Iordanis* nomen, *flumen* significat aut *delapsum iudicij*: initium enim conuersionis, & lacrymarũ quas pro peccatis fundunt homines, terribilis iudicij timor fere causat. Atq; ideo S. Ioan. concionari cæpit de morte, ira ventura, & districto in impios iudicio, dicens: *genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? iam enim securis ad radicem arboris posita est. omnis ergo arbor, quæ nõ facit fructum bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur*. Atq; ita quinq; agebat S. Ioan. *Primo*, annũciabat Christi aduentũ. *Secundo*, quidnam hominibus Christus conferret, Paracletum scil. & remissionem peccatorum. *Tertio*, singulis præparandos esse animos, ad remissionem digne suscipiẽdam: cui. n. peccata nõ dimittuntur per Christũ, vindicta mox imminet. *Quarto*, ad præparationem hanc, requiri præcedẽtium delictorum deplorationem, ac emendationẽ vitæ. Atq; ideo quibus baptismum, ijs etiam singularia dedit documenta: telonarijs quidem; *nihil amplius, quam quod constitutũ est vobis, faciatis*: militibus autem: *neminem concutiatis, aut calumniã faciatis, & contenti estote stipendijs vestris*: ad turbas autem, *qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat*. *Quinto*, fatebatur peccata per se non remitti, ac suum baptismum, seruire tantum ad præparandos, & instruendos homines, ad baptismum Christi; qui charitatis igne, & Spiritu S. aboleret peccata. Quando itaque audis baptismum Ioannis, baptismum *pœnitentiæ esse in remissionem peccatorum* noli existimare, peccata per illum dimissa, verum quod docuerit homines pœnitentiam, ac vitæ mutationem, vt per Christum, hanc remissionem acciperent, quam per sacramenta, & maxime per Baptismum suum daturus erat. Hęc ecclesiæ doctrina est, sumpta ex Patribus, fundata in scripturis. Disce hinc christianæ doctrinæ initium, pœnitentiam esse: per illam enim vt Christo locus paretur, ex hominũ corde pellendus est diabolus. Antiquissima est, & Apostolica cæremonia (vt S. Dionysius Areopagita, S. Pauli Discipulus testatur) vt exsuffletur, & abrenũcietur in baptismo diabolus; ad significandum (inquit Augustinus) malignum expelli, & Spiritum S. in cor hominis succedere. Aduersantur sibi Deus, & diabolus. Ad Deum te conuertere non potes, nisi à dia-

Margin notes: Matt. 3. 7. — Quinq; sũt quæ Ioann. præstitit. 1. 2. 3. 4. 5. — Luc. 3. — Eccl. Hierar. cap. 2. — Libr. 1. de Symbolo c. 1.

à diabolo prius auertaris. Si Deum velis cordis habitatorem, necesse est diabolus exeat. Auersio à diabolo, non fit corpore; sed voluntate, qua peccata super omnia detestaris: sicuti & Deum super omnia diligis; peccati detestatio, non fit sine contritione, ac proposito quidlibet sustinendi prius, quam ad vomitum reuertaris. Hic ille dolor est, quo peccata defles ac te ipsum vindicas: sicuti filiũ, qui te offendit, castigas. Deus peccatum nunquam relinquit impunitum: si tu punieris, tacebit ipse; sin cõniues, vel hic, vel postea tanto grauius animaduertet. Horrendum *enim* teste Apostolo *incidere in manus Dei viuentis, ac si nos ipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Nam Deus, vt est apud Prophetam Nahum *non iudicat bis in idipsum.* *Hebr. 10. 1. Cor. 11. Nahum 1. 9. iuxta 70.*

Notandum etiam commissum S. Ioanni, qui accuratissime omnia peccata vitabat, officium prædicandi pœnitentiam, potius; quam alteri, qui peccatis erat maculatus grauibus, cũ Regio Propheta Dauid, ac S. Petro, vt doceremur. *Primo*, pęnitentiæ necessitatem, ad remissionem peccati, si enim innocens S. Ioannes opere, & ore pœnitentiam docuit, æquissimum est eam à nobis non præteriri, qui quotidie in magna peccata labimur. Dauid Propheta ac S. Petrus magnam Dei (quam in se experti erant) prædicarunt misericordiam: ne forte quis desperet, animaduertens tantos peccatores, Dei misericordiam consecutos. *Secundo*, quo sanctior homo, eo & peccati labem clarius inspicit: Ipse enim melius nouit pulchritudinem, & dignitatem diuinam: atque ideo pluris facit peccata, quantumuis videantur parua. Atque inde, quotidiana semper peccata deflet, ac eluere laborat, videns se per illa à Deo elongari, cuius aspectum, & vicinitatem exoptat. Inde etiam, defunctorum animæ, quæ necdum sordes omnes deposuerunt, præeligunt in purgatorio luere, quam cum inquinamento cęlos ingredi. S. Gertrudis Saxonica scribit sibi animam apparuisse Religiosæ cuiusdam sui monasterij quæ Christo proxima, magna fulgebat claritudine, ac ornatu; deiecto interim, tristi ac verecundo vultu, S. Gertrudis mirabatur in ea tristitiam, & sciscitabatur causam. Respondit anima, se necdum bene purgatam, quibusdam adhuc maculis, ideoque visioni diuinæ inidoneam, *atque hoc affirmo,*

Cur potius Ioanni pęnitentiæ prædicatio à Deo commendata quam cuiquam alteri.

Libr. 5. insinuat. diuinæ pietatis.

etiamsi mihi cœlum pateret, retraherem me tamen inde, indignam me cognoscens, purißimæ Diuinitatis contemplatione. Ah quot sunt qui raro quidem ad confessionem veniunt, nec tamen peccata sua agnoscunt. Excæcati sunt, atque ideo nec Dei dignitatem, nec peccatorum suorum sordes agnoscunt.

Pænitentia & si necessaria ad peccatorum remissionē, non tamē ad hoc sufficiens est.

a Tract. 12. in Ioannem.

b Lib. 1. de adulterin. coniug. c. 23.

Quamuis pœnitentia ad peccatorum remissionem necessaria sit, sola tamen non sufficit. Qui enim à Ioanne baptizabantur, atq; pœnitentiam agebant, remissionem peccati, quæ à Christo expectanda erat, ab ipso non obtinebant. S. August. inquit: [a] *quamuis catechumenus laudabiles fecerit in fide progressus, fert tamen peccatorum suorum sarcinam, à qua non nisi per baptismum exoneratur*, eadem ratio est vt idem [b] alibi insinuat de Sacramento confessionis. Merito expenderent hæc, qui in peccatis suis manent, rati pœnitudinem sufficere. *Primo*, enim admodum incertum est, num contritionem veram habeas, an forte dolorem, propter gehennæ metum. Deum tibi charum non esse, promptum est opinari; cum tam diu confessionem differs, nec sacerdotali absolutione Deo reconciliari quæris; deinde etiamsi verum conceperis dolorem, peccata tamen te non deserunt, quæ per sola plene tolluntur Sacramenta. Etsi enim moriens, cum Confessionis, aut Baptismi voto damnationem euadas, (vt de Imperatore Valentiniano sine Baptismo mortuo sperabat Ambrosius) nihilominus tamen, ad tantam non peruenies gloriam, quam si Sacramentum suscepisses; & si in viuis maneas, teneris confiteri, aut baptizari, si à peccato mundari velis. Si enim per crassam, & culpabilem negligentiam Sacramenta negligis, non censebit tibi remissa peccata Deus; sed cum ijs te infernum præcipitabit.

Orat. funebri.

VIII.

Duabus de causis profert Ioãnes Isaiæ vaticinium. *Prima.*

Sicut scriptum est, in libro sermonum Esaiæ Prophetæ. Sanct. Ioannes Esaiæ testimonio confirmat, quæ dixerat. *primo*, ne leuiter quidquam affirmes, quod bonis testibus probare nequeas: frequens hic est error tam in negotio fidei, quam morum. Catholici concionatores nonnulli, non intelligunt de quibus affirmant, atque ita simpliciorum animos deijciunt, à diuinis retardant, imo errorum inter Laicos semina spargunt: quales sunt; qui pro concione dicere audent; magiam phantasma esse, ac visionem; Iumenta, & homines incantari non posse,

posse, veneficos non obesse, non transportari à diabolis ad loca dissita: atque ita dissoluunt Magistratuum manus, ne in tales sedulo inquirant. Item qui in concionibus, aut colloquijs communionem hebdomadariam, votum castitatis extra claustra, vitam religiosam inter sæculares, ac similia quæ improbanda nō sunt, ante quindecim sæcula in Ecclesia pijs, & sanctis vsitata, reprehendunt. Concionatores isti, suam arguant ignorantiam; & quam parum Dei gloriam, ac animarum salutem perfectionemque quærant. Loquuntur ex cerebro, sine scripturæ testimonijs, ac dogmatibus Ecclesiæ. Hæretici commenta sua, volunt tanquam Euangelia suscipi, sine scripturæ testimonijs: scripturas pro captu volunt intelligi, reclamante etiam tota Ecclesia, & Patrum consensu. Detráctores fidem sibi haberi volunt, sine teste; in ijs quæ ex passione de proximis enarrant: verentur tamen eadem dicere in faciem, & auditoribus suis, ea referre prohibent; talium sermones nihil sunt; quoniam diabolum imitantur, qui nullo argumento persuasit Euæ, fructum vetitum, à Deo ipsi inuideri: serpentes sunt, quorum ore diabolus loquitur. *Secundo* *Secunda.* vtitur S. Ioannes Prophetæ testimonio; vt sciamus, Christianos debere vti Testamento veteri. Multi enim omnia abijciunt, quæ veteri Testamento continentur, quos meminisse oportebat verborum Domini nostri; *non veni soluere legem, sed* *Matth. 5. 17.* *adimplere.* Cæremoniæ Legis veteris reprobatæ non sunt, sed in perfectiores commutatæ: ipsorum pascha, & pentecoste; in nostra: ipsorum ieiunia quatuor, in nostra quatuor tempora, (vt Zacharias S. Leone interprete affirmat:) transierunt. *Zach. 8. 19.* ipsorum summus sacerdos, in successorem Petri Pontificem: *Ser. 8. de ieiunio septimi mensis.* ipsorum principes sacerdotum, in nostros Episcopos; ipsorum sacerdotes Aaronici, qui ex stirpe Aaron descendebant, in sacerdotes nostros, qui ordinem, & successionem suam ad Apostolos, & Christum vsque ascendendo deducunt: ipsorum sacræ vestes, ac ornamenta templi, in ornamenta sanctiora, & benedictionem sacerdotalium, & sacratum vestium. *Iam ordo Leuitarum clarior* (inquit Leo magnus) *&* *Serm. 8. de passione Domini ca. 2.* *dignitas seniorum amplior, & sacratior est vnctio sacerdotum, nunc etenim, carnalium sacrificiorum varietate cessante, omnes differentias*

 hostia-

hostiarum, vna corporis & sanguinis Christi implet oblatio. Ecclesiasticas igitur venerare cæremonias, vt sanctiores, perfectiores, efficaciores à Christo per Apostolos institutas.

IX. *Vox clamantis in deserto.* S. Ioannes se vocem tantum esse in scripturis, repetit. Et tu scripturas scrutare, vt humilitatem ex ijs discas. Multos scripturæ lectio inflat, nouam in eis inueniunt fidem, ecclesiam nouam; atque ita efferuntur superbia, vt inuerecundè omnibus se Patribus præponant. Lege scripturas cum spiritu humilitatis, quo sunt scriptæ: & inuenies in ijs, *primo*, quod puluis, terra, & cinis sis, peccator, minor nihilo, contumelia, & abiectione dignus. *Secundo*, quod instar vocis de peccatorum profundo clamare debeas ad Deum, & ad proximum vt eum conuertas. Narrant poetæ, Orpheum siluas, & Saxa traxisse cantu, imo & Euridicen ex tartaro iam defunctam: significat hoc Christiani hominis vitam, ac vocem adeo debere esse suauem, & efficacem; vt obduratos ac rudes, tam fideles, quam infideles de statu damnationis, ad saniorem vitam educat: quales olim religionum fundatores extiterunt; Antonius, Benedictus, Franciscus, ac alij. Habet enim natura humana scintillam virtutum, quæ rapit charitatis ignem, quando commode admouetur: atque hoc nequissimo nostro sæculo, videmus reformata monasteria, vitæ quantumuis rigidissimæ personis oppleta. Interne Deus mouet & gustum quendam dat, cum bonis exemplis, & spiritualibus admonitionibus eum iuuamus. Si vita probata, ac verba diuina non prosint, vocem adhibe fortiorem; clama fortius. i. non tantum iudicium diuinum, & infernum interminare: sed singulare etiam aliquod opus, ad emolliēdum hominis animum operare. Quemadmodū enim Moyses omnium viuentium mitissimus, ita Iudæorum peccatis excāduit, vt vno die vigintiquatuor interficeret hominū millia: sic opera sunt quædam efficacia, quæ saxea hominum corda frangūt. SS. Martyres patientia, ac tormentorū tolerantia plures conuerterunt ad Christum, quā Doctores multi concionibus, & doctrina. Nostris temporibus pulchrum subministrat exemplum B. Petrus Gerero Archiepiscop. Granatensis qui Anno Dom. 1563. cum alijs Concilio Tridentino interfuit. Erat in ciuita-

Scripturę si cum humilitatis spiritu legantur quid emolumenti præstent.
1.
2.

Num. 12 3. Exod. 32. 19. & 28.

Exemplum memorabile.

ciuitate ipsius Granata ciuis, qui vxorem de adulterio habebat suspectam: ac cum certitudo deesset, timuit de ea conqueri: vidit tandem ille virum sibi suspectum domum suam ingredi, ostium forinsecus oppessulauit, ne pateret exitus, & continuo ad prædictum Petrum Archiepiscopum cucurrit, causam aperiens. Laborabat euellere hanc suspicionem Episcopus, dicens diabolum consueuisse aliquando speciem assumere hominis, cui struit infamiam, & rixas familiæ. Mittit interim famulum ad ædes hominis, vt moneret adulterū, qui continuo egressus & ad solita opificia mulier se composuit. Obdidit iterum pessulum famulus, vt inuenerat. Comitatus est virum Archiepiscopus, & ostium inueniens sicut reliquerat, suspicionem marito de adulteri fuga amouit. Ingressi domum, fęminam sarcientem, ac solam domi inuenerunt. Agnouit culpam suam vir, ratus dæmonem fuisse quem subintroeuntem aspexerat, & omnem deposuit ab animo suspicionem. Vocauit adulterum ad cubiculū suum Episcopus, & vestimenta sua exuens, aspero arrepto flagello, cædi voluit ab adultero, dicens: *mea hoc commeruerunt peccata, vt tu tantam perpetrares nequitiam*. Cumque ille recusaret suum percutere Episcopum, ipsemet Episcopus adeo enormiter se flagellauit, vt copiosus vndique sanguis deflueret, continuo clamans cum lacrymis. *Ach peccata mea tantum malum commeruerunt.* Motus est tantopere hoc spectaculo adulter, vt rigidissimam religionem quam *discalceatos* appellant, ingrederetur, ac mulier peccata sua apud Episcopum confitens, exin vitam in sanctitate transegit. Vox hæc fuit valida, ac vehemens; clamor magnus, qui lapidea hæc corda mitigabat.

Quid sibi velit, quod Ioannes in deserto prædicauerit ac clamauerit.

Quod in deserto clamauerit, & concionatus sit S. Ioannes; docet nos *primo*, magnæ perfectionis opus esse, animas Dei verbo conuertere. S. enim Ioannes, quo *maior inter natos mulierum non surrexit* (vt testatur Christus) illud ipsum optime exequebatur. *Secundo*, seminando Dei verbo solitudines magis quærendas, quam ciuitates; sicut solent Ioannes & Christus, id est, *Primo*, omnia ad conuersionem peccatoris tentanda media, vt ad statum gratiæ reducatur: præstabilius enim est homi-

1. Matt. 11. 2. Docendū in solitudine. 1.

hominem eripere de potestate diaboli, & peccato; quam ereptum ad perfectionem ducere. per *solitudinem* peccatores significantur; in ipsis enim magna vastitas passionum, tanquam ferarum abundantia; penuria bonorum operum, ac fructuum

2. *Secundo,* admodum bonum, & meritorium homines rusticos, Christiana doctrina, ac vita imbuere. Quilibet in vrbe Pastoratum ambit; magis honoris, & commodi, quam animarum iuuandarum causa. Atque ita pagi deseruntur, & negliguntur rustici. Isaias Propheta Christi officium dicit; *euangelizare pauperibus.* verum quidem ex vnius diuitis, ac nobilis conuersione, plus prouenire vtilitatis; quam ex magna plebeorum multitudine; vt clarum est Constantini Imperatoris exemplo, Helenæque matris eius, per quos Imperium Romanum fidem suscepit. Maioris tamen humilitatis est minorisq; periculi, & Christi prædicationi conformius, pauperes instruere, ac rusticos, qui nũquam magnorum Principium adibat aulas; sed semper, tanquam pauperum Pater, pauperibus aderat.

Isa. 61. 1. Luc. 4. 18.

X. *Parate viam Domini,* Propter hæc & sequentia verba ab Ecclesia nobis hoc Euangelium proponitur, vt Christo proximis festis digne suscipiendo præparemur: Eo quidem fine Aduentus totus institutus est; quo multis locis quotidianæ solent esse conciones, & admonitiones de Christi vicinitate: verum vltima hac Dominica, clarius ea de re monemur, vt diligentiores & alacriores simus. Quemadmodum enim lapis ex alto decidens, centro vicinior fertur celerius; & filius peregre adueniens, quo parentum ædibus appropinquat magis, magis domum desiderat, & æstuat: ita oportet vltimos hos Aduentus dies, cum maiori feruore, ac desiderio à nobis transigi.

Simile de saxo ex aere prolabẽte & filio domum postliminio redeunte.

Quamuis enim nunc Christus reuera non nascatur, nihil tamen minus habemus ab ijs, qui in natiuitate fuerunt præsentes. Festa enim Christi, Dei iussione ab Apostolis instituta sunt, vt mysteria, quæ quondam illis diebus euenerunt, oculis nostris quadam repræsentatione objiciantur, non tanquam figuræ mortuæ, aut scenicæ, quæ præter exter-

num

num ſpectaculum nihil habent; ſed tanquam imagines viuæ, ac commemorationes, quæ idem nobis, quod tum donatum eſt, donent: Non ſecus ac ſi Rex qui multas, in inauguratione, populo ſparſit pecunias, certo anni die, coronationem vellet annue celebrari, proiecta non minori, quam ante pecunia, nihil minus tum quam prima præſtaret die: ita facit & Chriſtus, in feſtis omnibus; ne quis infelicem ſe exiſtimet, quia non vixit eo tempore, quo reapſe illa gerebantur, quorum iam in ſolemnitatibus memoria agitur. Et ne minus diligenter ad feſta ea præparemur, quin potius tanto maiori diligentia, quanto clarius myſteria, & beneficia Chriſti perſpicimus, præ ijs qui tum vixerunt.

Simile à rege miſſilia in populũ ſpargente.

Vt rite nos ad feſtum natiuitatis paremus, ſex ſunt quæ ex Propheta Iſaia monet, Sanctus Ioannes, ante tot iam annos, Deo mandante, conſcripta: vt neceſſitatem harum præparationum, ac modum diſcamus. Vt enim, qui omnem vitam in agris egit, Regis ſuſcipiendi modum ignorat: ita & nos, qui ſola terrena agnoſcimus, quomodo Diuinæ maieſtati occurramus, neſcimus. Philiſtæi abſtulerunt Arcam Domini; ac vt honeſto loco eſſet, intulerunt in templum, ad Deum ſuum Dagon: at reſpuit hunc honorem Dominus, proſtrauit Dagon, confregit ipſi ceruicem, & brachia, abiectis ſuper limen capite & manibus. Bethſamitæ eandem honorare volentes obtulerunt ſacrificia, diſcooperuerunt eam, aſpectantes, contrectantes; cum tamen ſacerdotes non eſſent: verum non accepit hoc honoris loco Dominus, puniuit eos vt præuaricatores, occidens ſeptuaginta de Principibus, & quinquaginta millia de plebe. tanta Domini maieſtas eſt, vt ſolus ipſe, modum, quo digne ſuſcipiatur, oſtendere valeat. Sæculares noua veſte, epulis, deambulationibus, ac mutuis viſitationibus ad ſolemnitates ſe præparant, verum Arcam coniungunt Dagon, Deo, diabolum; cœlo, terram. Cum decem tribus tranſlatæ eſſent in Aſſyriam, alijque ſubmiſſi cultum Dei terræ ignorantes, diſcerpti ſunt à leonibus; donec tandem deſcendit illuc Sacerdos, qui eos ritum docuit. Eſt quod ab infernali leone lanienam timeas, ſi Deum gentiliter honoras. Conſule

Sex sũt quę Ioannes nobis proponit ad condignam dominici aduentus pręparationem.

Simile à ruſtico pagi ſui limites nunquam egreſſo.

1. Reg. 5. 2.

1. Reg. 6. 19.

Num. 4. 15.

4. Reg. 17. 25.

ſule Sacerdotes Domini, illi te docebunt cum S. Ioanne ſex ex prophetia Iſaiæ puncta.

Primum. *Primum. Parate viam Domini*: vbi enim via non eſt, difficilis eſt ambulatio. Sapiens inquit: *per agrum hominis pigri tranſiui, per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & ſuperficiem eius ſpinæ operuerant, & maceria lapidum deſtructa erat.* Inuia hæc erant. Sternenda eſt in voluntate via; per voluntatem enim Deus in nos ingreditur: ſi eam claudis, aut obſtinatione animi tegis, Chriſto non eſt tranſitus. depone obſtinationem, pande viam, id eſt, concipe bonum propoſitum: abijce peccati complacentiam, per pœnitentiam, & contritionem; atque ita via ſe prodet. hæc via præparanda eſt; non tibi, ſed domino: viæ hominum diuerſæ ſunt, à vijs domini, nec minus diſtant, (vt inquit Iſaias) quam cœlum & terra: viæ noſtræ tenebricoſæ ſunt, ac lubricæ; viæ domini, claræ & ſolidæ; quando propriam voluntatem ducem ſequimur, pronus eſt lapſus in peccata, quia paſſionibus obtenebrati, quæ bona ſunt, parum diſpicimus. Atque ideo viam noſtram, in viam Domini commutabimus, id eſt, voluntatem Domini faciemus, & noſtram diuinæ accommodabimus.

Prou. 24. 30.

Iſai. 55. 9.

Prima. Diſce hinc *primo*, principium noſtræ ſalutis in mutatione conſiſtere voluntatis. *Secundo* voluntatem noſtram non à Deo tantum, ſed & à nobis ipſis per Dei gratiam commutari. Nam vt recte S. Auguſtinus, *qui fecit te, ſine te: non ſaluabit te, ſine te.* Atq; ideo monemur nos præparare, & prauam voluntatem in meliorem conuertere.

Serm. 15. de verb. Apoſt.

XI. Secundum. *Rectas facite ſemitas eius. Secundum* hoc eſt punctum, ac præparamentum: ſcilicet non tantum ſemitam parare, ſed & rectam facere. Multi enim peccata declinant, & virtutis officia operantur, at non ea qua decet intentione. Qui propter furta, aut ſcelera plectuntur à Magiſtratu, dolent peccata ſua; vt & illi qui damna, infamiam, ac cruciatus propter iſta incurrerunt; vt capitis dolores, poſt crapulam, morbum gallicum, poſt venerem; morbos alios poſt exceſſus: & quicunque in malæ vitæ exitu, gehennam metuunt. Qui cum Phariſæis, & gentilibus laudis & gloriæ cauſa, aut vtilitatis, ſeu commoditatis ſpe, bona quædam opera faciant, conſiderantes,

tes, commodius esse peccata fugere,& viuere honeste,quam peccatis premi:tum ob conscientiæ inquietudinem , tum ob molestias,quas vita flagitiosa secum fert:abstinentia enim cõtinentia,humilitas, tolerantia, pacem ac voluptatem faciunt homini. Omnes hæ intentiones non sufficiunt ad Christo parandum locum , semper enim leuandus est ad Dominum oculus. fugienda peccata quia Deo displicent,exercendæ virtutes,quia Deo placent,quidquid deniq; boni agimus ad Dei gloriam faciendum est.

Aliter explicari posset;rectas facere semitas; vt sit,non claudicare , sed rectum , & sanum incedere, multi sunt ; qui , vt Helias dicebat Iudæis : *claudicant in vtramque partem* ; qui nec ex toto peccata deserunt, nec virtutes ex toto sectantur : optarent seruire Deo, nec tamen veterem Adam exuere. Claudicant hi, iam altius elato sani pedis vestigio, id est, bono desiderio; iam cadunt dimissius pede claudo , id est affectu vitioso,recte incedere deberent,vt Christum susciperent *: cæcus enim,& claudus,in templum non introibunt*:inquit scriptura,id est, qui aut vera Dei cognitione excæcati destituuntur , aut non recte ambulant,operantes bonum ex integra causa , & omnibus circumstantijs,non videbunt in se Deum. *3.Reg.18.21.* *2.Reg.5.8*

Recta etiam fit semita,quando medium,principio respondet;& termino.vitam incepisti cũ paupertate,nuditate,lacrymis, atque abiectione, nec honestior erit exitus : morieris cũ fletu, sepelieris nudus, terra operieris , & vermibus, meient in sepulchrum tuum canes , vorabunt carnem tuam vermes. Iob vermes appellauit *sorores*, ac *operimentum* : addens nudos nos in terram redituros,sicut nudi de vtero matris egrediebamur.Quandoquidem vero principium, & finis vitæ, ita conueniunt;recta vita nostra esse non potest , si alius sit eius progressus,aliud medium:si diuitias captes,si honores,dignitates voluptates,risus,iocos,choreas,tripudia,iam differs ab introitu,& exitu:Rectum te fac,talem te præbe , qualem te meministi natum,& in mortis hora fuisse optabis , paupertatẽ præpone diuitijs;humilia,maximis, parua, magnis , abiecta,gloriosis,tristia,lætis; atque ita cum Christo & S. Ioanne semitas rectas ambulabis. *Iob 17.14.* *Iob 21.26.* *Iob 1. 21.*

Distin-

Quid discriminis sit inter vias & semitas.

Quid per vias intelligi queat.

Quid per semitas.

Distingunt hic quidam *vias*, & *semitas*: quod illæ latiores sint curribus, equis, alijsque animalibus, cum homine communes; vt plurimum sordidæ magis, ac sinuosæ: *semitæ* viarum compendia sunt, hominibus solis vsitatæ, nitidiores, arctiores, ac rectiores. Per *vias*; præcepta intelliguntur Dei, & Ecclesiæ; Christianis data omnibus. Per *semitas*; consilia non incommodè intelligimus, quæ neminem obligant, nisi qui se voto prior ad ea obstrinxerit: vt Sacerdotes, alijque nonnulli Ecclesiastici, ad castitatem; Religiosi omnes, ad paupertatem, continentiam, & obedientiam. Qui consilia hæc Euangelica amplexi sunt, purius indubiè viuunt, ac rectius, sine ambagibus ad finem à Deo præstitutum excurrunt, id est, ad cœlum: & in hac vita, maiori perfunduntur, in Ecclesiæ festiuitatibus, gratia; quam sæculares: quandoquidem Christo obstrictiores sunt; ac charitate viciniores, dulcedinem ipsius gustant magis, quam electis suis, in festiuitatibus solet dispertiri. Hi monentur rectas facere semitas, id est vota implere, non quæsitis ambagibus, vel rerum appropriatione, vel incontinentia, vel voluntate propria, ac iudicijs priuatis: quo enim purius vota implentur, eo & anima vberiori consolatione, & dulcedine perfruitur.

Inepta Iudæorum opinio.

Quatuor sunt quæ vias itinerãtibus incõmodas efficiunt.

Omnis vallis implebitur. Verba hæc, vt & sequentia, diuersimode explicantur: Iudæi enim, sequentes litteram vt iacet, volunt Christi temporibus, nec montes, nec valles, nec ambages inueniri, quæ aliquo modo viam in Ierusalem, vbi habitaturus est, impediant: sed æquam, per mundum vniuersum, planitiem. Quatuor enim solent vias facere laboriosas.
1. *Primum* descensus in foueas, valles, aut alia terræ caua.
2. *Secundum* ascensus montium. *Tertio* anfractus viatorem circumducentes.
3. *Quartum* salebræ, ac asperitas, lignorum, lapidum, ac similium obstacula. Omnia hæc, vt illi volunt,
4. etiam corporaliter, à vijs Christus auferet. Christiani hæc mysticè interpretantur, ac rectè: nimirum, *Primum* de quatuor præparamentis aduentus Christi. & *Secundum* de via cœli, quam Christus in Ecclesia iucundam facturus est & commodam.

Quantum

Quantum ad sensum priorem, indicatur hic nobis præparatio tertia ad Christum suscipiendum, vt videlicet, valles impleamus. Duo sunt in vallibus. *Primum*, profunditas inter montes. *Secundum*, lutum ac paludosa propter aquas à montibus subsidentes. Atque ita monemur hic duplicia peccata fugere, virtutesque oppositas excolere. priora designantur, per vallium profunditatem, & sunt peccata; pusillanimitatis, desperationis, timoris, &c. quæ ita deijciunt homines, vt se ad virtutes erigere nequeāt. Obuenerunt hæc filijs Israel cum de deserto exploratores misissent in terram promissam, qui ipsis incolarum proceritatem, ac vrbium munitiones narrarunt. Quibus auditis desponderunt animos, lachrymātes, & murmurantes tota nocte contra Dominum, dicentes. *Vtinam mortui essemus in Aegypto: & non in hac vasta solitudine. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum.* Idem & nobis non raro accidit, aliquid boni inchoaturis, ac propriam solummodo infirmitatem cōsiderantibus. Si vitam monemur corrigere, pugnas timemus, & molestias; si Deus castitatis vota inspiret, mundi contemptum, religionis ingressum, instabilitatis nostræ metu incipere trepidamus; si aliud quid proponitur infirmitatē nostrā excusamus, atq; ita manemus in eodē. S. Aug. antequā Christo se daret, summopere timebat, vt caste, & ad Christianę religionis formā viuere posset, inter meditandū, iunior aliorum occurrebat ætas, sexus vterq; qui Deo in statu perfectionis seruiebāt, atq; ita vocem audiebat: *tu non poteris, quod isti, & istæ? in semetipsis possunt, an in Domino Deo suo: quid in te stas, & non stas? proijce te in eum, & noli metuere, non se subtrahet, vt cadas: proijce te, securus excipiet te, & saluabit te.* Ita in Deo confirmatus à desperatione liberatus est. Ita & nos pusillanimitatis vallem magna de potentia, & misericordia Dei fiducia implere debemus, hinc quidem audientes eius promissa, inde verò quibus ea quotidie implet opera. Quando te pusillanimitas torquet expende Dei verbū, *nō te deseram, nec derelinquam*, & expende, quod iuuenculi, ac decrepiti eadē cum exultatione obeant, ad quæ te Deus instigat. Nec à te quā ab illis remotior est, omnia quæ illis tibi largiri potest. Hoc necesse, vt animum tuum excites, & sicut illi Deum vocantē sequaris.

Tertius modus præparandi nos ad Christū.

Vallis quid doceat.

Num. 14. a.

lib. 8. Confes. in fine c. 11.

Hebr. 13. a.

quaris. Hac eadē in temporaliū rerū difficultatibus animum roborabis diffidentē: Deus.n. ſicut neminē piū, ita nec te niſi deſertus deſeret. tot nos argumentis ad fiduciā in Euangelio inducit, reipſa tam in te quā in alijs parata ſe habere oſtendit auxilia, quare ne in vallem deſperationis incidas, ſurge diuinis innixus promiſſis, quæ quotidie implentur.

Per cęnoſa, ac humida valliū carnalia ſingnificantur peccata, gulæ, luxuriç acedię: *inprimis*.n. à cęlo nos elongant, ſicut & inde valles, quā cacumina magis diſtant; peccatis obtunditur, & obtenebratur ingeniū (teſte S. Greg.) toti efficimur carnales, Deo cōtrarij, qui puriſſima mens eſt, ac omni carnis cōcretione remotiſſima. *Deinde* ſæpe ex ſuperbia trahūt originē, ſicut deſiuę ex mōtibus vallium aquæ. Atq; ideo Apoſt. dicit: philoſophos traditos in reprobū ſenſum, quia inflati, Deum nō glorificauerunt. Experimur idem indies, inflatos qui ſe efferunt turpiſſime credere, vt per luxuriç putorem cōfuſi humilientur. Ita ſuperbus Abſolon cōcubinas patris inceſtauit. Ita primi hæretici, vt SS. Apoſt. [a] Paulus, [b] Petrus, [c] Iudas produnt, in omni volutabantur ſpurcitie, quia ſuperbi verā repudiabant fidem. Eadem & propudioſę modernorum hæreticorum vitæ cauſa eſt, vt abominabilis vita doctrinæ ipſorū doroget authoritatem. Caſſianus ſcribit abuſos fuiſſe turpiter Syras Ioa rege propter ſuperbiā, qua tumebat. Innuit hoc ſcripturç verbulo: *In Ioas ignominioſa exercuere iudicia*. traditur .n. inquit Caſſianus ſuperba anima Syris ſpiritualibus .i. dæmonibus, vt peccatis carnalibus ludificetur, ac diſcat humilitatem. Ita & Nabuchodonoſor in vaccæ, ac leonis ſpecie interprete Epiphanio trāſmutatus eſt, vt ſuperbia eius per vaccinam libidinem detumeſceret, & crudelitas eius per beſtialem leonis feritatem puniretur. Quare ſi Chriſtum intra te ſuſcipere vis, egredere ex impura carnalium peccatorum valle, dilige ſobrietatem, pudicitiam, ac piam ſedulitatem.

lib.3. Moral. c.31. *Ioan.4.24.* *Rom.1.24.* *2. Reg.16.21* [a] *Epheſ.5.7.* [b] *2. Petr.2.2.* [c] *Iudas in epiſt. v.4.* *lib.12. de inſtitut. Canobit. c.21.* *2. Parali.24. & cap.22.* *Dan.4.29. in vita Daniel.*

Quantum vero ad ſenſum alterum horum verborum, & ea, quæ per Chriſtum accepimus, vt commodius in cœlum pertingamus. Per valles humiles notantur parui in oculis ſuis & mundo abiecti: Hos implet Chriſtus, tum gratia, tum gloria, & dignitate, vt Dauid inquit, *gloria & honore coronaſti eum,*

Pſalm.8.6.

id

id est, abundantem ei tribuisti honorem & gloriam. Primum Christi opus erat, humiles implere atq; exaltare: atque ideo hæc inter Christi opera quatuor, ordine prima ponitur. Humillima omnium creaturarum fuit incõtaminata virgo Maria, quæ statim in incarnatione Christi impleta est, non gratia tantum, sed & ipsa Deitate, quę in vtero ipsius sibi humanam vniuit naturam, & humillimam hanc ancillã Domini exaltauit super omnem dignitatem creaturarũ. Christus adhuc matris vtero clausus tanta S. Ioannem, necdum natum impleuit gratia, yt eadem, & in matrem Elisabeth exundaret, atq; eundem S. Ioannem maiorem fecit prophetis, & maximum inter natos mulierũ. Christus in lucem editus, lætitia humiles perfudit pastores, ac primos natiuitatis suæ nũcio, & aspectu honestauit. Per omnẽ deinceps vitã humiles promouit: rudes, ac pauperes piscatores in Apost. elegit, & Vicarios, pauperes erudiuit, pauperum filios ad se vocauit, pauperes sectatores suos satiauit, miraculis cõsolatus est, pauit verbo. duo nos docens: primo quanti apud Deũ sit humilitas, qui dona sua solis largitur humilibus iuxta Isaiã, *ad quẽ respiciã, nisi ad contritũ spiritu, & trementẽ sermones meos?* Ea propter cum in canticis quæreret sponsa vbi cubaret, in meridie sponsus suus Christus .i. cum postularet donũ deuotionis, ac cõtemplationis ardentis iussa est, se primum agnoscere .i. sui cognitionẽ veram humilitatẽ inquirere: frustra .n. petitur sine humilitate deuotio. *Secundo*, quã facile Dei dona in Ecclesia impetrentur, locusque honestus, & cœlorum hæreditas: nihil enim pro ijs difficile exigitur, tui videlicet contemptus, humiliatio, & inter homines abiectio. Mundi, ac principum fauor, non tam parabilis est, pretio emitur, ac muneribus, nobilitas requiritur, ac agmen famulantium, splendor ornatusque vestium, non sunt hæc obuia omnibus, atq; ideo, nec omnibus mũdi dignitates obueniunt. Nihil tale quærit Christus facilius vendit sua dona, pretium nemini deest, neminem excedit, tantum te humilia, impleberis, promoueberis, exaltaberis, & quemadmodum vasa profundi ora capaciora sunt, ita & tu, quo humilior es, plura capies, si mundi contemptum, ac Dei amorem super omnia quæsieris.

Luc. 1. 47.

Matth. 11. 11.

Matth. 10. 2.

Matt. 19. 14.

Isaia 66. 2.
Cant. 1. 6.

Simile à vase profundo & capaci.

XIII. *Et omnis mons,& collis humiliabitur.* Quartum hoc est præparamentum contra superbiam,quæ abijcienda est, Christi aduentũ desiderantibus. Nam sicut nõ per montẽ in mundum descendit,sed in purissimum castæ matris vterum,in angusto Nasarethi tuguriolo,natus in deserto Bethleemi stabulo: ita nec ad te veniet,nisi humiliatum; superbiã maxime detestatur Dominus,quæ de cœlo luciferum, sociosque angelos: de paradiso Adamum & Euam deiecit. Sicut enim aquæ ad decliuia properant,ita & Christus ad demissa corda.

Quartus modus nos præparandi ad Christi aduentum.

Duplex hic innuitur superborum genus, alterũ per montes,per colles alterũ,montes eminentiores sunt,eosq; significãt,qui in magnalibus,& Dei donis superbiunt,in virtutibus, in bonis operibus alijsq; gratijs. Similes sunt cornicule,cuius pennis aliarum auium pulchriores,vt columbarum,psittacorum,pauonum assuuntur: quæ si ob alienas plumas efferre se ceperit inter auiculas spectatũ admissi risum teneatis. Ita qui virtutes possidet,ijsq; bene vtitur,non à se, sed à Deo illas habet,ac proin,qui hic se effert merito illud S.Pauli audiat, *quid habes,quo non accepisti, si aũt accepisti,quid gloriaris, quasi non acceperis.* Superbi isti montes vocantur. *Primo,* quia diabolo similes sunt,qui in scripturis appellatur mons magnus,& ignis ardẽs, seipsum propter spiritualẽ pulchritudinẽ donaq; extollens, & Deũ donis à Deo acceptis oppugnans. *Deinde,* quia interna bona hominẽ altius cõstituunt, quã corporalia omnia. Colles eos significãt, qui propter externa efferuntur, qualia sunt pulchritudo,nobilitas,vestes,&c.Non dissimiles baiulis,qui aurearum murenularum, nodorum, gemmarum,margaritarum graues sarcinas,per viã deferunt,à quibus nihil nisi onus & laborem sentiunt: premunt enim externa magis,quã subleuant hominem, nobilis es, vestitus honoratius omnes ad hoc mores componendi sunt,vt respondeant:domus ampla, parietes tapetibus indui, abacus auro argentoq; ornari, nec cibus,aut mensa vltra sufficit quotidiana, equi alendi sunt, paranda rheda. Diues es multis tuæ facultates egent administratoribus,tutoribus nõ paucis. Vbi.n.multæ sunt opes, plures etiã sunt insidiæ,imo vt Chysost.ait,occludi nolunt bona sæculi excitant custodes suos,vt liberari possint, & de seruis fideli-

Duo genera superborum. Simile à coruis plumarum diuersitate variegatis.

1.Cor.4.7.

1. Apoc.8.8.

2.

Hom.2.ad popul. Antioch.

fidelibus fures nonnunquã faciunt. Formosus es, & gloriari quæris in pulchritudine, periculũ paras tuę pudicitię. accenduntur oculi, qui te conspiciunt, & lapsum machinantur, vel fraudulenter, si plebei sint, vel potenter, si magnates. Non es melior Dina, nec prudẽtior Betsabea, nec pientior Susanna. Hæc multo & magis & inutilius hominem grauant, quã clitellæ baiulos, illi enim laboris portorijque pretium expectãt.

Modus Humiliandi montes & colles.

Modus humiliandi montes & colles, hoc sacro tempore is est, vt cum humilitate vitã anteanctã recogites, vero dolore peccata defleas, vero emendationis proposito sacerdoti confitearis, eiusq; consilia & cordi habeas, & perficere labores, exemplum dederunt, qui ad Ioannem veniebant, confitebantur peccata sua inquit Euangelista, & vnicuiq; iuxta vocationem suã medebatur. Vnde ita ait: S. Basilius, *necessario Sacerdotibus peccata aperiri debẽt, quibus credita est dispensatio misteriorũ Dei. Si quidẽ gratiã hãc in pœnitẽtia etiã veteres illos cernimus secutos fuisse: quãdo & in Euangelio scriptũ est, quod Ioãni cõfitebantur peccata sua, & in alijs Apostolis ipsis, à quibus etiam baptizabantur cuncti,* Non quidẽ ꝙ hęc cõfessio Ioanni facta fuerit Sacramentum, sed ꝙ fuerit figura tantum significans, ꝙ in Ecclesia homines peccata sua confiteri Sacerdoti deberent, si remitti ea sibi cuperent. Cõfessio Catholicorum magnæ dimissionis opus est, facitq; in corde hominis humilitatẽ, ideo & grauissimum est, ꝙ superbo alicui, & inflato homini proponi possit: quia qui superbus est, laudari cum cupiat difficulter induci potest, vt peccata agnoscat, & sacerdoti aperiat, multo minus, vt ea castigari, & argui moderate ferat. In cõfessione aũt superbus cogitur cõfiteri peccata sua, eademq; deplorare, & ante sacerdotem quantumuis simplicem genua flectere, oẽs suas iniquitates ei aperire, nullũ, vel otiosum verbũ, multo minus cogitationẽ inhonestam, præterire, castigationẽ etiã, & pœnitentiã iniunctã, cum omni reuerentia suscipere. Et hæc quidẽ, licet maxime aduersentur superbiæ, à Regibus tam ẽ, Imperatoribus & magnatibus quibuscunq;, si peccatorũ modo suorum graui sarcina liberari cupiant, fieri debẽt. Quando igitur iam dies *Natiuitatis Christi* præ foribus est, purgemus conscientias nostras, per cõfessionis Sacramentum, & sponso nostro præ-

Matth. 3. 4.

Quæstio 288. diffus. explic.

paremus mundum in corde locum. Verba aũt hæc, ad Ecclesiam Christi applicando, *per montes & colles.* Signantur oẽs isti, qui Christianis in via cęli obicem conantur obijcere, quos & huc vsq; sua virtute deiecit, vicit & exterminauit, & adhuc indies potenter deprimit. Atq; hi *imprimis* sunt maligni spiritꝰ, quorum vires & potentias, adeo fregit: vt paruuli eijsdẽ pueri, imo & inferior sexus velut B. Agnes, Prisca, Eulalia, Eutropia, Christina, innumeræ aliæ eum illudant & supplantent. *Deinde* tyranni, Iudaici, & infideles qui Ecclesiã primis illis ab ortu eiusdẽ annis opprimere conati sunt: quos tñ oẽs fortitudine brachij sui prostrauit, ac euertit. *Tertio* superbi hæretici, qui oẽs suas vires impendũt in hoc, vt Catholicos auitis possessionib. exuãt, & si fieri possit, mũdo pellant, suos errores ꝓpagent: quos tñ oẽs potentia sua Christus deuicit, adeo, vt velut fumus à facie vẽti euanuerint, vt & illis, qui, vel iam sunt, vel futuri erũnt, fiet. sicut. n. caro putrida in se, suæ corruptionis causã habet, & in vermes paulatim fętidos dissoluitur: ita & Deus voluit, vt hęreses, per se ipsas, ad nihilũ recidant, quia ex matre superbia oriuntur, & humiliter iudicio superiorum caput submittere detrectant: hinc noua conmenta excogitant, ac per hoc suis ipsæ ruunt viribus, telisq; occumbũt mutuis. *Postremo* affectiones malæ, quę nos regunt, superbiæ, pertinaciæ, irę, aliorũq; peccatorũ q̃ in hominib. incredulis, imo etiã in Christianis peccatorib. tã sunt violẽtę, vt eos à via salutis abstractos in quæuis peccata præcipites agant. Verũ & hoc impedimentũ Christus per gratiã suã abstulit, dum huic etiã hosti vires suas cõfregit, & per aduentũ suũ omnẽ laborẽ faciliorẽ reddidit. Vnctis axibus, sine molestia rota vertitur, ita si gratia Christi in Sacramentis perungamur, leuia fient nobis, opera pia, ac bona, quæ grauia priꝰ & molesta esse videbãtur.

XIV. *Isaiæ.27.* Quintus pręparationis modus.

Et erunt praua in directa. quinta est hęc pręparatio, dũ via curua fit recta. Isaias scribit dæmonẽ esse serpentẽ tortuosum: ꝓpterea ꝙ fraudulenter circumeat, nec extremã suã intentionẽ ostendat, vidẽdamq; exhibeat. Illã namq; si viderēꝰ, nõ ita cęci sequeremur neq; tã facile monitis eius assentiremur, cũ ea sola sit in æternã nos decurrere damnationem causa, & hic viæ istius finis est, quo extrema nõ prospiciẽtes nos per varias ambages

ambages circūducit, ſicut in anfractibus finis ſpectari nequit. Oſtendit nobis carnalē delectationē, temporale emolumentum, honores mundanos, cōmoditates & diuitias: ſed quorſum tandē oēs viæ iſtæ ducant, nequiter tacet. Hinc eſt, quod Dauid impios dicat ambulare in circuitu, ſequēdo viā tortuoſā ſerpentis, vnde alios ſemper decipere cupiunt, cū tñ neminē magis fallāt quā ſeipſos. Et hi plerunq; homines ſunt auari, qui cum ſuperati ſunt, à cōcupiſcentia oculorū, temporali bono, nunquā ſatiantur. S. Greg. dicit, auaritiā ꝓducere mēdacia, fraudē, periuria, proditiones, & ſimiles iniuſtitias, quæ omnia ſunt anfractus viarū, proximo eripiunt ſua, & ſeipſos ad inferni barathrū demergūt. Huiuſmodi peccata inter Chriſtianos ſunt valde cōmunia, tam eccleſiaſticos, quā ſæculares: inter religioſos etiā tacita quędam regnat proprietas, licet cōtra paupertatis vota, & incolumitatē cęnobiorum, quorum eſt quidquid religioſus poſſidet. Notū eſt quomodo S. Greg. Monachū quēdā caſtigauerit ante annos circiter mille, quod aureos tres ad priuatum vſum occultaſſet, hic nomine Iuſtus, incidit in morbū eumq; lethalē, indicauit hoc Copioſo fratri germano inuiſenti ſe, Diuoq; Greg idem innotuit, qui oēs à cōſortio illius abſtinere iuſſit. Mortuū aūt cum tribus iſtis aureis ſepeliuit in ſterquilinio, dicens illud D. Petri pecunia tua ſit tecum in perditionem. Sed quia mortuus eſt cōtritus, hac ꝓprietate in perditionē nō incidit: Ac ideo præpoſito monaſterij mādauit. S. Greg. vt trigeſimā ꝓ eo celebraret, qua peracta apparuit fratri ſuo Copioſo defunctus dicens: Hactenus quidē male iā vero bene ſum. Periculoſū eſt religioſis aliquid habere proprij, etiam ſub neceſſitatis, ſeu prouiſionis prętextu: ſunt enim hęc diuerticula, & ambages ad infernum.

Pſalm. 11. 9.

lib. 3. moraliū cap. 31.

lib. 4. Dial. cap. 55.

Actor. 8.

Alij Eccleſiaſtici viam Simoniæ ambulant non rectā, quæ etiam ad damnationem clanculum deducit. Vendunt, & cōmutant beneficia, bona corradunt Eccleſiaſtica, pollicitationibus, muneribus alijſq; actibus, quæ ſpecioſis appellantur nominibus, palliantur inuentis, vt fucus offundatur hominibus. Quin & in monaſteria admiſſio ſub paupertatis ſpecie emitur ac venditur, ſpretis ſanctorum patrum in Tridentino conſilio conſtitutionibus.

Laici infinitas habent praxes, quibus emungant astute pecunias: alij in occulta, ac vsitata nihilominus vsura, vt cum pecunias mutuo dant, ac quotannis, quasi censum, ac emolumenta accipiant, aut obsequia, seruitiaque pro ijs postulãt: alij ob solutionem dilatam pretium augent: alij ob praeoccupatas solutiones, paratasque pecunias iusta vendentibus pretia minuunt: alij iniquo pondere, ac mensura: alij adulteratis mercibus: alij adulterinis pecunijs, corruptisq; operibus: alij alijs mille modis. Omnia haec ambages sunt, & viae fallaces deducentes ad infernum, quae omnes dirigendae sunt, vt suscipiatur hac solemnitate Christus, non tantum contritione, ac confessione, sed & male partorum restitutione; certa est Augustini sententia, *non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum*, nec cum capite tuo in hoc consultabis negotio, nec cum eo quẽ similis vrtica momordit, sed cũ doctis pijsq; Ecclesiasticis, quorum sequeris consilia, quandoquidem ipsi sine affectu, ac passione de rebus tuis iudicant, hec recta via est, quam Christo praepares, si aduentum eius desideres, nec institores audies fraudulentos, qui haec à Sacerdotibus dicunt, non intelligi. Quamuis enim hec efficere non studeant, cognoscere tamen laborant. Ad haec eleemsynarum largitio non modicũ viarum directioni praestabit adiumentum, ꝙ Christus & S. Paulus locupletibus iniquis suaserunt. Postquam enim Saluator pharisaeorum auaritiam redarguit, ita concludit, *quod superest date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* S. aũt Paulus, *qui furabatur, iam nõ furetur, magis aũt laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat, vnde tribuat necessitatem patienti. Eleemosyna enim* (vt inquit Tobias) *à peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.*

Epist. ad Ma ced. 14. qu. 6. [illegible]

Luc. 11, 41.

Ephes. 4. 28.

Tob. 4. 11.

Iam vero videamus, quid Christus nobis aduentu suo prestitit, hoc nobis celorũ apertione ostenditur, vt post mortem sine ambagibus vllis in gaudia sempiterna intrare possimus. Ante illius namque aduentum clausum erat, vt nemo quamtumuis sanctus, eodem peruenire posset. Omnes tunc descendebant ad inferos, alij vt damnarentur, alij vt purgarentur: quidam etiam ad lymbum Patriarcharum, & prophetarum,

rum, qui nominabatur ſinus Abrahæ: qui certe magnus viæ anfractus erat. Verum Chriſtus claue crucis ſuæ, cęli ianuas reſerauit, & omnibus Chriſtianis poſt mortem corporeā rectā ad illud aſcēdēdi fecit poteſtatē, & illis quidē omnib. *inprimus* qui poſt baptiſmum, ſine vllis peccatorum næuis diſcedunt. *Secundo*, qui ſanguinem pro fide Chriſtiana fundūt. *Tertio*, qui mox vt indulgentiæ plenariç facti ſunt participes, moriuntur. *Quarto*, qui omnia relinquentes bona intentione, ſtatum aliquem religioſum ingrediuntur, hi enim ſua illa profeſſione, velut nouo quodam baptiſmo regenerātur (vt S. Bernardus, & alij teſtantur) & in illa puritate morientes, ſine vllo purgatorio in cœlum aſcendunt. *Poſtremo*; qui in hoc mundo plene ſatisfaciunt Deo pro omnibus peccatis. Sacramentum pœnitentię, dum omnibus ſuis partibus pefectum eſt, & abſolutum, ſcilicet cum vera contritione, perfecta confeſſione, & plena ſatisfactione, conſtat peccata plene & perfecte remittit. Aduerte quod felices ſimus Chriſtiani, qui per Chriſtum tot, & tam facilia media conſecuti ſumus æternæ beatitudinis.

Qui recta ad cęlum eant. 2. 3. 4.

Lib. de præcept. & diſpenſ. Leont. in ſim. Salo. Ath. in vita S. Ant. Hier. epiſt. 25. 5.

XV, Sextus præparationis modus. *Lib. 31. Moral. c. 31.*

Et aſpera in vias planas. ſexta hæc eſt præparatio, quę docet nos omnia peccata in honorem Dei deponere, iracundiam cum manſuetudine, odium cum charitate, moroſitatem cum aſtabilitate commutare. Ex odio ſcribit S. Gregorius prouenire adulationem, detractionem, & de aduerſis proximi lætitiam, de eiuſdem vero proſperitate triſtitiam. Ex iracundia vero naſci tumultus, clamores, rixas, periuria, vituperia, execrationes, & his ſimilia. Omnia autem iſta ſaxa ſunt ingentia, quę viam reddūnt aſperam, & inæqualem, ſentibus etiam replent; quę plantas viatoris confodiunt. Graue eſt certe tam inæquali via ambulare, & cum aſperis huiuſmodi hominibus conuerſari; licet enim bene faciant, tamen non ſine verbis malis, aut toruo vultu, adeo vt huiuſmodi geſtibus amarum reddant, quod dulce alias, & iucundum erat futurum: hilarē enim datorem, triſti præferimus. Sentibus ergo huiuſmodi homines aſſimilantur, quæ prius pungunt, quam roſas decerpi permittant. Sapiens dicit ſaxum ingens, arenam, & maſſam ferri non tam eſſe grauia, quam hominem iracundum: &

Prou. 27. Eccleſ. 22. Prou. 21.

Laici infinitas habent praxes, quibus emungant aſtute pecunias: alij in occulta, ac vſitata nihilominus vſura, vt cum pecunias mutuo dant, ac quotannis, quaſi cenſum, ac emolumenta accipiant, aut obſequia, ſeruitiaque pro ijs poſtulãt: alij ob ſolutionem dilatam pretium augent: alij ob præoccupatas ſolutiones, parataſque pecunias iuſta vendentibus prętia minuunt: alij iniquo pondere, ac menſura: alij adulteratis mercibus: alij adulterinis pecunijs, corruptiſq; operibus: alij alijs mille modis. Omnia hæc ambages ſunt, & viæ fallaces deducentes ad infernum, quæ omnes dirigendæ ſunt, vt ſuſcipiatur hac ſolemnitate Chriſtus, non tantum contritione, ac confeſſione, ſed & male partorum reſtitutione: certa eſt Auguſtini ſententia, *non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum*, nec cum capite tuo in hoc conſultabis negotio, nec cum eo quē ſimilis vrtica momordit, ſed cũ doctis pijſq; Eccleſiaſticis, quorum ſequeris conſilia, quandoquidem ipſi ſine affectu, ac paſſione de rebus tuis iudicant, hęc recta via eſt, quam Chriſto præpares, ſi aduentum eius deſideres, nec inſtitores audies fraudulentos, qui hæc à Sacerdotibus dicunt, non intelligi. Quamuis enim hęc efficere non ſtudeant, cognoſcere tamen laborant. Ad hæc eleemſynarum largitio non modicũ viarum directioni præſtabit adiumentum, ꝙ Chriſtus & S. Paulus locupletibus iniquis ſuaſerunt. Poſtquam enim Saluator phariſæorum auaritiam redarguit, ita concludit, *quod ſupereſt date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis*. S. aũt Paulus, *qui furabatur, iam nõ furetur, magis aũt laboret operando manibus ſuis, quod bonum eſt, vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti. Eleemoſyna enim* (vt inquit Tobias) *à peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras.*

Epiſt. ad Macod. 14. qu. 6. ſi non clero.

Luc. 11, 41.

Epheſ. 4. 28.

Tob. 4. 11.

Iam vero videamus, quid Chriſtus nobis aduentu ſuo pręſtitit, hoc nobis cęlorũ apertione oſtenditur, vt poſt mortem ſine ambagibus vllis in gaudia ſempiterna intrare poſſimus. Ante illius namque aduentum clauſum erat, vt nemo quamtumuis ſanctus, eodem peruenire poſſet. Omnes tunc deſcendebant ad inferos, alij vt damnarentur, alij vt purgarentur: quidam etiam ad lymbum Patriarcharum, & prophetarum,

rum, qui nominabatur sinus Abrahæ: qui certe magnus viæ anfractus erat. Verum Christus claue crucis suæ, cęli ianuas reserauit, & omnibus Christianis post mortem corporeā recta ad illud ascēdēdi fecit potestatē, & illis quidē omnib. *inprimus* qui post baptismum, sine vllis peccatorum næuis discedunt. *Secundo*, qui sanguinem pro fide Christiana fundūt. *Tertio*, qui mox vt indulgentiæ plenarię facti sunt participes, moriuntur. *Quarto*, qui omnia relinquentes bona intentione, statum aliquem religiosum ingrediuntur, hi enim sua illa professione, velut nouo quodam baptismo regenerātur (vt S. Bernardus, & alij testantur) & in illa puritate morientes, sine vllo purgatorio in cœlum ascendunt. *Postremo*; qui in hoc mundo plene satisfaciunt Deo pro omnibus peccatis. Sacramentum pœnitentię, dum omnibus suis partibus pefectum est, & absolutum, scilicet cum vera contritione, perfecta confessione, & plena satisfactione, constat peccata plene & perfecte remittit. Aduerte quod felices simus Christiani, qui per Christum tot, & tam facilia media consecuti sumus æternæ beatitudinis.

Qui recte ad cęlum eant. 2. 3. 4. *Lib. de pracept. & dispens. Leont. in sim. Salo. Ath. in vita S. Ant. Hier. epist. 25. 5.*

XV. Sextus præparationis modus. *Lib. 31. Moral. c. 31.*

Et aspera in vias planas. sexta hæc est præparatio, quę docet nos omnia peccata in honorem Dei deponere, iracundiam cum mansuetudine, odium cum charitate, morositatem cum a stabilitate commutare. Ex odio scribit S. Gregorius prouenire adulationem, detractionem, & de aduersis proximi lætitiam, de eiusdem vero prosperitate tristitiam. Ex iracundia vero nasci tumultus, clamores, rixas, periuria, vituperia, execrationes, & his similia. Omnia autem ista saxa sunt ingentia, quę viam reddunt asperam, & inæqualem, sentibus etiam replent; quę plantas viatoris confodiunt. Graue est certe tam inæquali via ambulare, & cum asperis huiusmodi hominibus conuersari; licet enim bene faciant, tamen non sine verbis malis, aut toruo vultu, adeo vt huiusmodi gestibus amarum reddant, quod dulce alias, & iucundum erat futurum: hilarē enim datorem, tristi præferimus. Sentibus ergo huiusmodi homines assimilantur, quæ prius pungunt, quam rosas decerpi permittant. Sapiens dicit saxum ingens, arenam, & massam ferri non tam esse grauia, quam hominem iracundum: & quod

Prou. 27. Eccles. 22. Prou. 21.

quod ſit melius in angulo aliquo domus ſedere, aut in deſerto habitare, quam viuere cum muliere rixoſa. Nulla enim ibi poteſt eſſe pax, neque quis Deo corde tranquillo ſeruire, aut eum ſuſcipere, vbi diſcordia eſt. Imo homo, qui ſeipſum tam cito turbat, valde ineptus eſt, vt cum Deo agat, qui non niſi in Ieruſalem, id eſt, pace cordis habitare deſiderat. Quare ſi ſolemni hoc tempore Chriſtum in te cupis ſuſcipere, ejce omnes hos lapides & impedimenta, vt quieta eum mente ſuſcipias. Graue eſt homini cholerico aut iracundo, fateor vt ſe coerceat, ac inordinatos animi appetitus infringat, attamen ſi vult Chriſtum ſuſcipere eumque apud ſe retinere, & ex pręſentia eius aliquem fructum percipere, omnibus in id neruis intendere debet, vt ſibi ipſi vim inferat, cogitando ſe in ſchola eſſe Chriſti, ac proinde nec otioſum diſcipulum, ſed quotidie in virtutum ſtudio proficere debere. Ad quod non parũ proderit. *Inprimis* iracundiæ tempore manus & linguam continere. Etſi enim ſemper affectionibus internis imperare nequeamus, plenam tamen poteſtatem & imperium in externa membra, vt ſunt manus, pedes, oculos, linguam, noſtro pro arbitratu exercere poſſimus. *Deinde* gratiam Chriſti implorare, hic enim paſſione ſua emplaſtra nobis quædam cõcinauit, quibus defectus noſtros ſanare poſſimus. *Tertio*, peccata & defectus ſæpe in Sacramentali confeſſione exponere, in hac enim non peccata ſolum condonatur, ſed & mali affectus minuuntur, tum per gratiam Sacramenti, tum per bonam admonitionem Sacerdotis, *poſtremo*, periculum facere ſuauitatis illius, quę ex patientia naſcitur, eam namque ſi vel ſemel perceperis ſæpius expetes. Non ſine cauſa S. Paulus dicit patientiam longanimitatem, bonitatem, benignitatem & mãſuetudinem fructus eſſe Spiritus S. Equidem ſicut fructus arborum ſuaues ſunt, licet cortex cum moleſtia, ita & hæ virtutes lætitiam & delectationem cõciliant. Si iracundiam iam accẽſam repreſſerimus: imo & ex ipſa afflictione ſuauitas nobis quędam orietur, perinde atque cibus, dentibus contuſus, ſuauior eſt, & lucrum moleſti aliqua conditione delectabilius. Hoc eſt quod dicit Dauid, *labores manuum tuarum manducabis*, labor iſte tam tibi ſuauis fiet quam cibus, quem edis & ore

Galat. 5. 22.

Pſal. 127. 2.

ore mandis. Facit hoc gratia Dei quæ nos iuuat, dum incipimus, atque cooperamur. Quemadmodum enim filij Israel Num.10.33. inter reliqua duo in solitudine à Deo habebant, scilicet, quod arca Dei præcederet ad viam demonstrandam, & quod nubes Domini esset super eos per diem, cũ iter facerent, ne æstu solis affligerētur. Ita facit Christus, præcessit nos patienter aduersa tolerando & quotidie nobiscum it, refrigerãdo nos sua gratia, faciendo leue, quod graue prius & molestum videbatur. Hoc tamen mundani nequaquam credunt, qui nimio plus affectionibus suis malis sunt subiecti, & tanquam inhonesta mancipia in ergastulo alligata: sed credendum esset ijs, qui id vsu experti sunt, ijque sequendi.

Quod vero attinet ad beneficium, per CHRISTI nobis aduentum collatum, significatur hic mollis illa & æqualis via quam Christus nobis per pręsentiam fecit. In Act.15.10. veteri testamento via erat admodum difficilis, quemadmodum dicit Sanctus Petrus, ita vt neque Apostoli neque maiores ipsorum iugum illud portare potuerint: idque tum propter mandatorum multitudinem: tum quod per se onerosa essent, adeo vt sine sumptibus perfici non possent: tum etiam quod legalia ista nullum gratiæ auxilium conferret. In nouo testamento Christus multitudinem præceptorum minuit & in pauciora contraxit, quæ & factu sint per quam facilia. Omnes istas cæremonias in septem Sacramenta redigit & vnum missæ sacrificium pro tam multis substituit. Gratiam etiam nobis adeo abunde communicat, vt videatur nos vna cum sarcinis, si quæ sunt in humeros suos imposuisse. Portat nos quasi nutritius noster in brachijs suis vt inquit Oseas Propheta. Hinc igitur conuenit gratias ei agere, & alacriore animo progredi in obsequio eius: iu- Ose.11.3. gum enim eius suaue & onus leue, pręcepta quoque pauca, via adeo mollis, voluntas tam bona, consilium tam vtile, merces ita magna vt tardare non debeamus.

XVI. Præcedentiũ præparationũ finis & fructus.

Et videbit omnis caro salutare Dei, Sequitur iam hic finis, & fructus sequentium præparationum: Propterea enim nos pręparare

rare debemus, quia Christus venit, nobisque ex cælo affert salutem sempiternam; atque hunc fructum hocque commodum habebimus ex nostra pręparatione, quod Saluatorem nostrum videbimus. Per *omnem carnem* intelligere possumus omnem hominem; quia homo qui tres partes habet, corpus, animam, & spiritum, (licet anima, & spiritus secundum naturam sint res vna, secundum conditionem vero diuersæ) nominatur etiam in scriptura tribus nominibus (vt dicit Origenes) scilicet, *spiritus* secundum supremam partem, cum Christus dicit, *quod natum est ex spiritu spiritus est. Anima* secūdum infimam partem, sic scriptura dicit quod *septuaginta animæ cum Iacob ingressæ sunt in Aegyptum*. Et *caro* secundum vilissimam partem. sic Christus dicebat Nicodemo, *quod natū est ex carne caro est:* Quod vero omnes homines visuri sint Deū, quatuor modis intelligi potest. *Inprimis* non omnes absolutè, sed, qui eo tempore se præparauerunt, videbunt eum, tū corporalibus, tum internis fidei oculis. Quod iam impletum videri potest; quoniam S. Ioānes discipulos suos, quos docebat hanc pręparationē, ad Christū misit. *Deinde* quod per vniuersum mundū nō omnes homines peculiariter, sed de omnibus regionibus, nationibus, & generibus hominum nonnulli videbunt Saluatorem oculis spiritualibus fidei. Nulla enim est regio sub sole, in qua non sit aut Christiana fides, aut non fuerit, aut ad quam non sit ventura. *Tertio,* quod omnes homines singulariter etiam Saluatorē videre possint, & ab ipso salutem consequi. Christus enim non occulte venit, sed palam: nec ad vnum tantum, quemadmodum olim Deus à solo Moyse videbatur, neque pro vna regione aut natione, sed pro salute totius mundi. Idcirco omnibus hominibus concedebatur videre saluatorem, & ab ipso iuuari ad ęternam salutem: nihilque hic aliud promittitur, quam quod Baruch dixit: *in terris visus est, & cum hominibus conuersatus. Postremo,* perfectissima explicatio est, quod non solum Christus in vita sua mortali manifeste ambulaturus esset, & cum hominibus conuersaturus; sed quod ad extremum vsque diem, cognitio eius, id est, recta eius fides in mundo; non in angulis, aut inuisibiliter (vt hæretici ex fictis suis erroribus dicunt) sed publicè præ-

Quid per carnem intelligendū.

Lib. 9 in ep. ad Roman. Ioan. 3. 6. Gen. 46. 27. Ioan. 3. 6.

Quatuor modis intelligendū, homines Deum visuros.

1.

2.

3.

Baruch. 3. 38.

prædicari, doceri, & exerceri deberet, atque ille etiam ipsemet in sua persona apud omnes manere, cum suo benedicto corpore, quemadmodum nobis pollicetur ascendens in cælum: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi.* Hoc ipsum quotidie adhuc fit: quia Christus notus est toti mundo, & corpus eius est in medio nostrum, inter Catholicos, atque in hoc ipse honoratur, adoratur, videtur, vsurpatur, degustatur in V. Sacramento altaris: ita vt mandatum Dei per Prophetam Dauidem impleatur, *gustate & videte quoniam suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo.* Atque ita hinc præpara animum tuum, ad Christum hoc solenni festo digne suscipiendum. Sol enim est, qui vbique splendet, fons est perennis, qui semper fluit, medicus est, qui omnes infirmitates sanat. Si ergo infirmus es, hinc sanitatem adfer, si cæcus, hic lumen recipe, si esuris, & sitis, hic te refoue, & recrea. Quoniam Christus lux est, *quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & effudit spiritum suum super omnem carnem.* Itaque nec oculum, nec os tuum claudas, *sed omnia ei aperias, vt & ipse omnia impleat benedictione.*

Matth. 28. 7.

Psal. 33. 9.

Ioan. 1. 9.
Ioel 2. 28.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, Saluator hominum, qui in hunc mundum venisti, & tuam cælestem Doctrinam annuntiasti, cum malitia vbique regnaret, dæmon vbique imperaret, neque spes esset vllius emendationis per hominis auxilium: tu præcursorem tuum S. Ioannem ante te misisti, vt ab eo corda hominum ad tuum aduentum per conciones, & baptismum pœnitentiæ præparari possent, vt hinc magis idonea fierent ad suscipiendam diuinam tuam instructionem, & homines magis apti essent ad obtinendam remissionem peccatorum: tãdem ipse etiam venisti perficiendo id, quod ille inceperat, satisfaciendo pro nostris peccatis, atque etiam ædificando ecclesiam tuam. Nos miseri homines & peccatores, libenter omni cum reuerentia & deuotione, hunc appropinquantem diem festum obseruaremus, & coleremus: quia certo scimus eum per tuum mandatum institutum esse, vt hinc eadem gratia annuo tempore fruamur; quam abunde dedisti ijs, qui tempore natiuitatis tuæ, cum vera fide te susceperunt, & inuiserunt. Ideo oramus te ex toto corde, digneris

neris te ipsum facere viam idoneam ad nos, tibique in corde nostro dignum locum præparare; Nos pleni sumus peccatis: in nobis profundæ sunt valles, desperationis, mœstitiæ, pusillanimitatis, in nobis est impurissimum cœnum carnalium desideriorum, in nobis sunt montes, & colles omnium specierum superbiæ; in nobis sunt anfractus viarum, auaritiæ, falsitatis & occultarum mille fraudum: in nobis denique sunt impedimenta iracundiæ, odij, verborum iracundorum, & omnis peruersitatis. Ex nobis ipsis mala hæc deponere non possumus, vnde auxilium abs te poscimus. Rogamus ergo te, facias viam tuam in nobis rectam, & æqualem: des nobis pro desperatione spem firmam, pro carnali amore, puritatem, & desiderium mortificationis, ac seueritatis; pro superbia, humilitatem; pro fraude, liberalitatem, pro morositate, suauitatem: & cum ad nos aduenisti, viam cœli facias nobis facilem & expeditam: iuues nos auxilio tuo, portes nos gratia tua, inungas nos spiritu tuo, doceas nos sapientia tua, quatenus ad te in æternam gloriam perueniamus, per ineffabilem tuum amorem Iesu Christe Fili Dei, & Mariæ, qui cum Patre cælesti & spiritu Sancto regnas in æternum. Amen.

DOMI-

DOMINICA I. POST NATIVITATEM CHRISTI.

Euangelium Luc. 2.



RANT Ioseph, & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui cõtradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem, à virginitate sua. Et hæc vidua vsq; ad annos octoginta quatuor: quæ non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus, seruiens nocte & die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo, omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia & gratia Dei erat in illo.

Com-

Compendiosa Euangelij exegesis.

Istoria huius Euangelij, contigit ipso die Purificationis: quando SS. Mater Dei Maria, secundum legis veteris morem, templum ingressa est, offerens filium suũ Patri cęlesti, cum certis sacrificijs, quæ tunc erant in vsu. Postquam autem prædicto die ad templum venit, venerunt etiam omnes pij, qui Hierosolymis habitabant, & aduentum Messiæ præstolabantur, vt dicit S. *a* Hildephonsus: inter quos erãt duę spectabiles personæ, Simeon & Anna. Simeon, vt ait *b* Epiphanius, Sacerdos erat, vir senex, valde celebris vt S. *c* Augustinus scribit. Qui cum templum intrasset, vidit, SS. Matrem Dei in populo clare fulgentem, sicut stellam aliquam, (vt Timotheus Sacerdos Ierosolymitanus scribit) vnde confestim ad illam accedit, sumensque infantulum in vlnas suas, laudat, & benedicit Deum, quod ad illam vsque diem vitam propagasset: prędicebat etiam complura admiratione digna de hoc puero: sicut & alij multi; qui spiritus sancti impulsu, illa hora in templum superuenerant: quæ quidem adeo erant magna, & sublimia, vt & parentes admirarentur, qui tamen incarnationem eius optime sciebant, & plura alia ab angelo didicerunt. Inter alia Simeon eis bene precatus est, sacerdotisque in morem, Mariæ & Iosepho solemnem impertitus benedictionem, & tanquam vir sanctus puero exoptauit bonum, fœlicemque progressum, ad complenda omnia propter quæ missus erat

a Serm. de purificat. B. Virg.
b lib. de vita prophetarũ.
c lib. 9. de Natiuit.

erat à Patre cęlesti, atque parentibus eius omnem felicitatem, ac prosperitatem denunciauit: prophetans insuper, & prædicens quod hic puer non solum multorum ruina esset, sed quod & mater eius magnam tristitiam perpessura foret. Hic enim (dicebat) à Deo positus est, sicut lapis firmus, in quem multi impingent, per suos errores; atque etiam multi per hunc resurgent, & extollentur: quia occasione huius pueri multi ostendent quemadmodum intrinsecus sint dispositi. Multi videntur pij & Sancti, nihil aliud quam Christi aduentum expectantes; sed cum puer ille incipiet concionari, & peccata reprehendere, tunc opponent se, & extrinsecus cor maleuolum ostendent, quo promissum Christum nequaquam expectabant, sed proprium commodum, altitudinem, & voluptates. Ex hoc cor matris transfigetur gladio tristitiæ.

Cum Simeon tam multa de puero hoc dixisset, superuenit Anna, vidua octoginta annorum, filia Phanuelis, de tribu Aser, quem septem annis in statu matrimonij vixerat, & post obitum viri in castitate permanserat, pijs se operibus exercens, ieiunijs, & alijs pœnitentijs corpus suum castigans, noctes diesque Deum orationibus inuocans. Mulier hæc à Deo dotata erat gratia Prophetiæ, & cum ea ipsa hora esset in templo, Deum ibidem ac Dominum confessa est, laudauit, eique gratias egit, deque illo locuta est, ad omnes qui redemptionem Israel expectabant; & ex vrbe vniuersa, Spiritus Sancti instinctu, in templum veniebant: omnibus enim dicebat infantulum hunc, supremum illum esse Domi-

num & Messiam, id est, Christum qui populum Israeliticum à seruitute dæmonis liberaret. Vbi vero parentes omnia in lege Moysaica præcepta perfecissent, reuersi sunt in regionem Galilææ, in ciuitatem Nazareth, in qua conceptus erat Christus, & à parentibus suis enutriebatur, Creuit porro puer corpore auctior, strenuiorque factus, maiora indies diuinæ prodebat sapientiæ indicia, nec non & cęlestis quæ plenus à primo conceptionis suę momento) gratiæ augmenta. Qui licet ad nos venerit factus homo, plenus *gratia & veritate*, id est, diuina sapientia, qua etiam in vtero matris plenus exstitit; non tamen cælestes hasce dotes confestim exercuit, sed ad tempus occultatas, pro ratione accrescentis ætatis, paulatim publice spectandas, agnoscendasque exhibuit.

Ioan. 1. 17.

Documenta Concionis primæ.

I. Quare præsens hoc Euangeliũ hodie legatur.

ERant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes super his quæ dicebantur de illo. Proponitur nobis hodie hoc Euangelium, *primo* quia de Seruatoris nostri agit infantia, ac magnitudinem eiusdem ostendit. *Secundo* vt natiuitatis eiusque cognoscamus causam, resurrectionem scilicet, & salutem hominum. *Tertio*, ne sanctum hoc natiuitatis festum sine meditatione, ac stupore nos transeat vt mundanos, quandoquidem S. Dei mater & Ioseph, *erant mirantes*, super his quę de recens nato intelligebant infantulo. Duobus modis accidit admiratio, priori quidem ex ignoratione, atque inscitia: ita villicus qui pagum nunquam egressus, miratur omnia quæ videt in vrbibus, & pueri, mirantur omnia quæ occurrunt noua. & Chinenses, absentibus omnibus horologia statis pulsare temporibus; quod

1. 2. 3.

Duobus modis admiratio cõtingit.

quod non mirantur hi, qui artificium causamque norunt. Ad hunc modum, sæculares mirantur omnia, quæ mundus magna æstimat, honores, dignitates, gloriam, pulchritudinem, diuitias, ornatum, eloquentiam, quia vanitatem, instabilitatemque eorum parum agnoscant, & à quo, quaue de causa dentur, minime intelligunt: quod nimirum pijs largiatur ista Deus, vt istis ad gloriam suam vtantur, ac per gratitudinem ad se appropinquent magis, malis autem & obduratis, vt plenam hic recipiant mercedem, omnium quæ vnquam egerunt bene: postmodum autem, nihil, præter supplicia, expectent. Qui capit hæc, pompam maiestatemque sæculi mirari desinit: quin, hæc alijs admirationi esse miratur. Admiratio parentum Christi non oriebatur ex ignorantia, maxime S. matris Dei, sciebant enim certo, credantque firmiter, verum Deum esse hunc infantulum, cæli & terræ creatorem, & puerilia membra potentia, ac sapientia, non minus quam cælestem Patrem replere. Atque ideo altera admirationis ratio est, rerum quas aspicimus magnitudo, quę quo nobis viciniores sunt, eo & maiores apparent, magisque nos afficiunt: sicut quia à longe altissimā prospicit speculam, non tantopere remotus stupet eius altitudinem, atque vicinus. Christus in se supra modum mirabilis est, vt & in omnibus operibus: atque ideo inter ea quibus eum Isaias appellat nomina, primum est *admirabilis*. Et Dauid inquit, *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?* supra modum mirabilis est Deus, & homo, creator, & creatura, diues, & pauper, omnia cibans & esuriens, omnia calefaciens, & frigens, impassibilis, & tormenta maxima sustinens, matris suæ pater, portatur, & portat omnia, iacet in præsepio, & tres Magos ad se rapit ex oriente, gaudium æternum, & præ tristitia lachrymatur, &c. Omnia opera eius tam mirabilia sunt, vt & gentiles philosophi ad illa stupeant, excedentia omnem captum vt canebat Dauid, *mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam*, id est, ita mirabiliter condidisti hominem, vt ipse se ipsum non intelligat: nam etsi animam esse sciamus nobis, sermonem, cogitationes, itum, statum, quomodo tamen hæc

Isa. 9. 6. *Psal. 8. 1.* *Augus. in princip. serm. 17. de tempore.* *Psal. 138. 6.*

omnia peragantur, minus capimus. Quis Dei opera quæ extra nos sunt comprehendit? cælorum magnitudinem, volubilitatem, lucem perpetuam, conditionem, qualitatesque omnium creaturarum? &c. Galenus medicus gentilis cerebrum in humano videns cranio, eiusque constitutionem; exclamauit quasi attonitus, arte sapientiaque diuina. Aristoteles philosophus gentilis solo lumine naturali, agnouit summam beatitatem in speculatione Dei tam potentis, tam admirabilis consistere. Nos autem Christiani fidei luce multo maiorem metimus admirationis segetem, si infinitam eius consideremus potentiam, sapientiam incomprehensibilem, charitatem ineffabilem à primis huc vsq; sęculis exhibitam. Tormenta tulit, mortem turpissimam pro inimicis sustinuit, seipsum sub panis & vini specie edendum, bibendumque nobis offert: septem nostræ salutis instituit Sacramenta: regit Ecclesiam, cælum pauculis in sui gloriam repromittit operibus, vniuscuiusque nostrum, ac si singuli ac soli essemus, paternam & particularem gerit solicitudinem: & cum cælum terramque excedat magnitudine, oculos tamen à miserrimis non abducit hominibus, eosque facit plurimi, qui sibi ipsis videntur minimi. Sanctus Franciscus huius magnitudinis, ac benignitatis diuinæ meditationibus, admirans integras sæpe impendebat noctes, cum magno nonnunquam animarum commodo. Scribit enim Sanctus Antoninus Florentinus Archiepiscopus in Sancti Francisci conuersionis initio, honorabilem quendam Assisy egisse virum Bernardum nomine, qui obseruans nouum, ac mirabilem in Francisco viuendi modum, vt, quis esset, disceret, in domum suam ipsum aduocauit, cęnaturum, & pernoctaturum ibidem. Iussit sterni Francisco lectulum in conclaui suo: Franciscus reclinatus simulabat somnum, simulabat eundē in alio strato Bernardus, Franciscus ratus Bernardum iam soporatum exurrexit, flexit ante lectum genua, & tota deinceps nocte, nihil præter hæc verba repetebat: *Deus meus, & omnia: quis tu es, & quis sum ego.* Mirabatur Dei magnitudinem, & bonitatem, qui cum tantus sit, hominem respicere non didignatu, aut (vt inquit Dauid) *memor esse eius.* Bernardus hac contēplatione

Parte 3. Histor tit. 24. cap. 7.

Psal 8. 5.

platione ita motus eſt, vt mane omnia ſua diſtribueret pauperibus, ſectator Franciſci, & primus in nouo ordine diſcipulus. Hoc etiam modo mirabatur mater Domini Maria, & vir eius Ioſeph *primo* Chriſti magnalia, quæ infantulus adhuc, inter matris vbera quieſcens, ita magnifice operabatur, vt omnium ora implerent, *Secundo* humilem ipſius bonitatem; qui non parentibus tantum, ſed & alijs ſui notitiam impertit, cupiens continuo per fidem, in ſaluanda hominum corda deſcendere. Hac admiratione inflammabantur charitate, ac proximorum amore. Quod nos diuina non miremur, ex ignorantia, aut inconſideratione plurimum prouenit. Tria enim ad admirationẽ concurrunt: *primo*, aliqualis rei cognitio, nemo enim miratur quod ignorat penitus: *Secundo*, eiuſdem conſideratio, ideo enim beſtiæ non mirantur, quia, defectu rationis, nihil attendunt. *Tertio* nouum quid ac inſolitum, ita Deus nihil miratur, cui nihil magnum eſt, nihil inopinatum. Quod itaque res tantas non miramur, quas inter Dei opera aut videmus, aut audimus; ratio eſt quia eas minus attendimus, ſimiles beſtijs, quæ elaboratas tabulas, magnifica pallatia vident, melodiam audiunt, ſed, quia bruta ſunt, nihil aduertũt: magis nobis terrena ſapiunt, quam cæleſtia; qui inſtar canum in terram depreſſis naribus omnia ſubolfacimus.

Quęnam fuerũt illa, quę Ioſepho ac Mariæ admirationem in Chriſto excitauerint.

Tria ſunt quæ requiruntur ad admirationem.

Quemadmodum in diuinorum operum admiratione, Chriſti parentes nobis imitandi ſunt, ita etiam exemplo Chriſti, conuenit nos fieri mirabiles, in ſtupendis ad Dei gloriam, & proximorum ædificationem operibus ad S. Ioannem tanquam admirabilem omnis concurrit Iudæa. SS. etiam Apoſtolis tam mirabilis erat vita, vt de ijs teſtetur S. Paulus *ſpectaculum facti ſumus mundo, Angelis, & hominibus*. primos Chriſtianos S. Petrus ſcribit, gentibus fuiſſe admirationi, ac eorum ſanctitate, conuerſos ad Chriſtum non paucos. Chriſtiani officium eſt, diuinæ gratiæ efficaciam, non verbis tantum, ſed & factis proponere mortalibus, ac re ipſa oſtendere, non eſſe impoſſibilem peccati fugam, & mandatorum obſeruationẽ, multoque eſſe facilius, iucundius, commodius bonis operibus, cęlum, quam malis, infernum demereri, ſicuti munda commodior eſt ſemita, quam lutoſa. At vita noſtra hodie,

Homo fit mirabilis.

Matth. 3. 5.
1. Cor. 4. 9.
1. Pet. 4. 4.

Probi Chriſtiani officium.

prô dolor, longe alia est, mirantur summopere, infideles, quo pacto Christiani qui fide tenent vno flagitio, æternas ac ineffabiles accersi pœnas, quas iuste Deus in peccato morientibus infliget, tum socorditer in peccatis volutentur, ac si nec Deus, n c iudicium, nec infernus, nec mors vlla esset; cum tamen de crastino, certiores non sint quam de hodierno (qui infrequens non est) exitu. Deus per Isaiam Iudaicam cæcitatem arguens, ad stuporem inuitat vniuersos: *obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate, inebriamini, & non à vino, mouemini, & non ab ebrietate,* id est, attoniti peccatorum cęcitatem aspicite, ac apud Hieremiam: *populus meus mutauit gloriam suam in idolum, obstupescite cæli super hoc.* Nam reuera admirabile est dulce iugum Domini excuti, & grauibus dęmonum sarcinis colla submitti, statum damnationis secure arripi, ac in eo tranquille hæreri. Quatuor ad hæc obseruat S. Augustinus mira, & roborandæ in nobis fidei vtilia. *Primum*, quod CHRISTVS tam turpiter necatus sit, quod toto corpore conscissus, quod resurrexerit, & cum eodem corpore in cælum ascenderit. *Secundum,* quod totus mundus rem tam miram, quæ impossibilis, & incredibilis videtur, suscipiat ac credat. *Tertium*, quod hæc fides per totum orbem ab egenis, indoctis, obscurisque hominibus duodecim piscatoribus plantata sit, qui nunquam sęculares artes, ac eloquentiam didicerant. *Quartum* inueniri aliquem, qui eandem fidem, non suscipiat, quam totus mundus tenet, ac tam vnanimiter seruat.[a] *Quisquis enim* (vt idem eleganter) *adhuc prodigia vt credat inquirit magnum est ipse prodigium qui mundo credente non credit.* Mirandũ igitur hęreticos inueniri, qui Catholicę fidei, iam à quindecim sæculis vbique receptę, contrariam comminiscuntur fidem: & hi vt monstra quædam, aut rabidi, furentesque canes, vitandi ac fugiendi, vt enim idem [b] Augustinus alibi *quidquid per orbem frequentat Ecclesia, de eo disputare an ita sentiendum sit, insolentissima est insania.* Quare fidem serua Ecclesiæ, quæ ab Apostolis, per parentum traditiones, incorrupta ad te peruenit, nec vnquam cum male feriatis insanias hæreticis.

Isa. 29. 9.

Hierem. 2.

Quatuor admiratione digna ex lib. 22. d. Augustini de ciuitate Dei cap. 5.

1. 2. 3. 4.

a *Aug. ib. c. 5. in princ.*

b *epist. 118. ad Ianuarium c. 5.*

Et

Et benedixit illis Simeon, Simeon magna de puero hoc dicturus erat, maxime de passione, ac morte (& si minus luculenter) atque ideo primum benedicit; tum vt fructuosius, & liberius eadem attenderent, & intelligerent, tum etiam, vt doceret, huius pueruli passione, sublatam à nobis maledictionem, datam benedictionem. Disputant hic Doctores quomodo Simeon Deiparæ Virgini benedixerit, cum *absque controuersia* (vt Paulus ait) *quod minus est à meliori benedicatur*, Simeon autem multo minor erat matre Dei. Moderni hæretici in eo scrupulum non inueniunt, quibus, (sicut impio Constantino Copronymo Imperatori) beata Maria communibus mulieribus nihilo est melior. Quemadmo- enim, inquiebat, tamdiu pretiosa sunt marsupia, quamdiu sunt nummata, vilia, cum vacua: ita & Maria quamdiu Dei filio grauida, merebatur honorem: qui merito ei negatur, post natiuitatem, nihil distinguens inter crumenam & Dei matrem. II.

Quo pacto Simeon bene sit precatus Deiparę virgini.

Heb. 7. 7.

Suidas & ad calcem operũ Nicephori.

Constantini Copronymi Sacrilega in diuã virginem blasphemia

Cum tamen *primo* pecuniæ ex crumena non trahant originem, sed aliunde intrudantur: si loculi parerent pecunias, procul dubio reliquis præstantiores essent conditorijs, corpus Christi sumptum est ex purissimis Beatus Mariæ sanguinibus, ac ideo ampliorem præ reliquis ipsa honorẽ meretur. *Secundo*, pecunia irrationalis est, & mortua, speciosa in oculis, immunda in digitis, vt patet ex eis qui multas numerant, hinc nec peræ, ornatum adferunt, sed sordes, relinquẽtes eam maculatiorem quam inuenerant. Christus ipsa sanctitas est, cuius præsentia & corpus, & animam Matris impleuit: ac inde corpore egrediens, mansit per Spiritum Sanctum reddens matri pretium hospitij quo nouem quieuerat mensibus, & vnde corporis nutrimenta traxerat. Hinc ipsa Simeone alijsq; hominibus Sãctior, & si apud hæreticos parui pretij. Non erubuit concionari Lutherus meliorem non esse Mariam Catharina sua Bornensi, id est, profuga moniali, quam ipse excucullatus monachus, spretis Dei, ac Ecclesiæ legibus tanquam vxorem, reuera autem sacrilegam meretricem, duxerat. Nec parciores sunt ipsius discipuli, qui magistro suo in hac blasphemia neutiquam cedũt: qui in multis

Improbatur sacrilega Copronymi comparatio.

1.

2.

etiam superant, qui dicere non formidant, maiorem fuisse Simeonem benedicentem, quam Mariam benedictam.

At nos Catholici firmiter tenemus, Mariam non tantum omnibus maiorem mulieribus; sed & viris, & hominibus omnibus, quin & Angelis, ac vniuersis creaturis: Supra quam vti (Bernardus ait) solus Deus est; infra quam, quidquid Deus nō non est, quæ in Ecclesia proximum sub capite collum est, corpore reliquo celsior, plena gratiarum, beata dicta à generationibus, tam ab Angelis, quam hominibus, regina cęlorum, domina Angelorum, princeps mortalium. Execrabimur igitur hæreticorum blasphemias, ijsque triplici via respondebimus. *Prima*, vocabulum *benedictionis* in scripturis sæpe laudem, cōmendationem, & gratiarum actionem significare, ita & Deo benedicimus; & cū Dauide canimus: *benedic anima mea Domino*, & cum tribus pueris: *benedicite omnia opera Domini Domino*, ita & Simeon Deum quoque benedixit, *nunc dimitte seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace*, ita & Elisabeth benedixit Mariam, *benedicta tu inter mulieres*, idem & nos quotidie precamur in *Aue Maria*, iuxta Prophetiam ipsius *beatam me dicent*, id est, laudabunt, *omnes generationes*, adhunc modum dici potest parentes hos benedixisse Simeon, id est, vocasse fortunatos, tanquam Messiæ parentes, id est, pueri istius, qui Deus simul, & homo, & totius redemptor erat mundi. *Secunda*,
2. quod *benedicere* sit alicui bona precari aut pro eo intercedere. ita inquit Dauid, quod qui *præteribant non benedixerunt* messoribus, id est, obtabant felicia, adhunc modum potuit S. Simeō B. Virgini bona precari, imo & pro ea precari spiritualium, & temporalium rerum successum: qui enim minor est, pro maiori intercedere potest, sicut Timotheus cum Christianis reliquis pro B. Paulo orarunt, qui extra dubium maior illis erat, quorum intercessiones postulabat. *Tertiam* insinuant [a] Epi-
3. phanius & [b] Cyrillus Hierosolymitanus, quod nimirum Simeon tanquam veteris testamenti sacerdos, ex officio, & sacerdotali functione benedictionem dederit, vsitatis hisce ex scriptura verbis, *benedicat tibi Dominus, & custodiat te: ostendat Dominus faciam suam tibi, & misereatur tui: conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem*: quibus Deus annectit hanc

Serm. de natiuitate eius.

Tribus alijs modis respondetur.

Psal. 102. 1.
Dan. 3. 57.
Luc. 2. 29.
Luc. 1. 42.
Ibidem 6. 48.

a *lib. de vita patriarch.*
b *Orat de occursu Domini.*

hanc promissionem, *inuocabuntq; nomen meum, super filios Israel, & ego benedicam eis*, id est, dabo quæ Sacerdos per benedictionem petit, benedictio enim Dei, id est, quam dat Dominus, est benefacere, sicut Abrahami famulus, dicebat: *Dominus benedixit Domino meo valde, magnificatusq; valde est, & dedit ei oues & boues, seruos & ancillas, camelos & asinos &c.* Secundum hunc sensum certum est, quod minor in donis, ac sanctitate, benedicere eum possit, qui apud Deum maior est: mali enim Sacerdotes benedicere solent pijs, nec tamen frustra; quia nō personas, sed officia respicit Dominus. Malus Sacerdos erat Heli, percussus à Deo, propter socordem indulgentiam; sterilem tamen Annam, ventris fructu benedixit, dans ei Samuelem prophetam magnum, pluresque liberos; Mandauerat in veteri lege Dominus, vt pro purificatione offerret mater Sacerdoti pullum columbæ, turturem, aut agnum in holocaustum Domino, ac columbam aliam, aut turturem in sacrificium. Impleuit hoc testante Luca mater Domini, atque ita Sacerdos pro Christo, id est, Dei filio sacrificium obtulit, ac pro ipso rogauit: vt Sacerdotum dignitatem agnoscas, qui in veteri lege pro Dei Matre, ac Dei Filio orabant, & sacrificia offerebant, dum aduiuerent: non quod Sacerdotes Christo, ac matre essent digniores; sed quod officium Sacerdotale à Deo accepissent, propter quod Christus seipsum, etsi maior esset humiliter illis subijciebat, & S. mater Maria quamuis in alijs multo sublimior, & excelsior, vt in sanctitate, ac in matris Dei priuilegio, Sacerdos tamen non erat, sed Sacerdotibus subdita, & obsequens in omnibus, quæ Dei templique cultum concernebant. Discis hinc Sacerdotij noui testamenti dignitatem, quæ vtique multo maior est, Sacerdotio Moysaico, quia fūctio nostra multo sublimior. In veteri lege pene omnia erant corporalia, hic spiritalia omnia; tam sacrificia, q̄ benedictiones: Nā etsi reuera Christi corpus consecramus, & offerimus, extrinsecus tamen illud sub sua specie non cernitur, & benedictiones ad salutem animarum donantur. Sacerdotes nostri duplices habent benedictiones; alias quidem quas in persona Christi dant, quales sunt Sacramentales benedictiones, quæ effectu nunquam carent, quia Sacerdotis ore

Num. 6. 24. *Ibid. 16. 27.* *Gen. 24. 35.* *1. Reg. c. 1. & 2.* *Leui. 12. 6.*

Sacerdotalis officij dignitas.

Duobus benedictionis generibus nouæ legis Sacerdotes cumulati sunt.

ore Christus eas loquitur & efficit, ipse dicit, *hoc est corpus meũ, Hic est sanguis meus. Ego te baptiso. Ego te absoluo*, & sic de Sacramentis reliquis. Alias quas dat Sacerdos, vt publicus Ecclesiæ minister, in cuius nomine, tanquam publica persona totius Christianitatis, benedicit hominibus, herbis, aquis, sali, & creaturis alijs, orans DEVM Ecclesiæ nomine, & inuocationibus ab eadem constitutis; vt sanctus Spiritus assistentiam creaturis non deneget. Ecclesiastici enim ministri, ac prælati, non minus referunt personam communitatis in spiritualibus; quam seculares magistratus, in temporalibus: vt insinuat CHRISTVS, quando iubet coram Ecclesia accusari, qui duorum, aut trium admonitiones non audierit: tales enim deferendi sunt ad Ecclesiam, id est, vt recte sanctus Chrysostomus, ad Ecclesiæ superiores. Duæ hæ benedictiones in duobus conueniunt. *Primum*, quod non fiant in nomine Sacerdotis; sed priores quidem in persona CHRISTI, posteriores in persona Ecclesiæ: adeo vt ex Sacerdotis probitate non pendeant: *Secundo*, quod æque efficaces sunt quatenus tales, siue à bono, siue à malo Sacerdote proficiscantur: In Eucharistia itaque æque Christi corpus est, æque baptizatur, ac confirmatur infans, æque peccator absoluitur qualiscunque sit, qui Sacramenta administrat. *Ministri sumus Christi*, inquit Apostolus, *& dispensotores mysteriorum Dei, sed hoc quæritur, vt fideles inueniamur*, non quod minus det, qui infideliter dispensat, sed quia à Domino nullam, nisi malam, retributionem expectat. Similiter aquæ lustrales, benedicti cineres, herbæ, sal, calices, paramenta, aliaque, minorem à malo Episcopo non accipiunt benedictionem, quam à bono; non enim orat Deum in nomine suo; sed in nomine sponsæ Christi, id est, Ecclesiæ, cuius preces sponso æque acceptæ sunt, per quemcumque demum ad sponsum deferantur. Sicuti Imperatricis litteræ Imperatori non minus gratæ veniunt, etiamsi eas Imperatoris hostis voluerit portare. Magnum interim discrimen est inter has duas benedictiones, quia primæ infallibiliter effectum consequuntur; non enim rogant, aut petunt; sed quod significant, operantur; verba consecra-

Matth. 18. 17. Hom. 61. in Matth. Harum benedictionũ neutra datur in persona Sacerdotis.

1. Cor. 4. 1.

In quo differt vtraq; benedictio.

ſecrationis mutant panem, & vinum in corpus, & ſanguinem CHRISTI: verba abſolutionis, remittunt peccata: verba baptiſmi, lauant animas: ſed luſtrales aquæ, aliæque creaturæ benedictæ, non ſemper fugant diabolum, nec ſemper efficiunt, quod Eccleſiæ nomine Sacerdos in earum conſecratione petijt. Benedictiones enim illæ inuocationes ſunt, quas ſæpe Dominus certis de cauſis, ſibi ſoli cognitis, non quouis tempore exaudit. Diſces hinc igitur *primo* non ideo diuina officia aſpernari, etiamſi ab improbis nonnunquam adminiſtrentur. Non enim ideo cæteri contemnebantur Apoſtoli (inquit Chryſoſtomus) quod ex eorum numero vnus extitiſſet proditor: Imo in Apocalypſi Ioannis, mali non nulli Epiſcopi Angelorum nominibus indigitantur, ſicuti Sardicenſis, ac Laodicenſis, idque ob officij dignitatem. Quin & Seruator noſter tria exprimit diuerſa Deo famulantium genera; quorum primos vocant ſeruos prudentes, ac fideles: alios vero prudentes, ſed non fideles, ſcientes nimirum voluntatem Domini neque ſciunt, neque faciunt: horum vltimi ac penultimi, improbi ſane ſunt, & flagris digni, qui tamen & ipſi ſerui vocantur patrisfamilias, conſtituti ab eo, vt curam bonorum ſuorum gerant, aliiſque imperent: vt CHRISTVS alibi inquit, *ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum opera vero eorum, nolite facere.* Diuus AVGVSTINVS ait, hæreticis in more poſitum eſſe, ſacerdotum vitia in publicum ſpargere, vt hac ratione occaſionem inueniant ſeparandi ſe, à Catholicis: non aduertentes, plurimum intereſſe, inter cathedram, & hominem ſedentem in cathedra, id eſt, officium inter, & eum qui officio fungitur: hoc ſanctum eſt, ille improbus eſſe poteſt. Quando ergo Sacerdos ex officio ſuo quidpiam exequitur; vt operatur ſacris, adminiſtrat Sacramenta, benedictiones impertit, & cæt. tunc diuini Spiritus præſidio munitus bene agit: degens autem in peccatis, veluti flagitioſus perperam agit.

Diſce

Quatuor documēta. Primum

Serm. de virtutibus & vitijs.

Apoc. 3. 1. & 14.

Luc. 12. 42.

Matth. 23. 2.

Epiſt. 137. ad Hippon.

lib. 2. contra litteras Petiliani.

Secundum. Disce *secundo* sacerdotalem benedictionem auide acceptare, eamque liberis ac subditis studiose procurare. In hac enim, nobis ab Ecclesia cœlestis postulatur gratia. Ideoque in concilio Agathensi anno Domini 506. celebrato PP. Sanciuere, *Canon. 47.* ne quis Dominicis diebus è templo se proriperet, priusquam ad finem sacri Sacerdos populo benedixisset. Idque ob bonum illud, quod benedictionis istius virtute à Deo impetratur. *Tertium.* Disce *tertio* omni cum reuerentia tecum deferre, ac vsurpare ea, quæ Sacerdotali benedictione sacrata sunt, qualia sunt cerei, aqua lustralis, herbę, siue aliud quidpiam: maxime vero quæ à supremo Christi Vicario in terris, Pontifice cōsecrata sunt, & quæ *Agnos Dei* vulgo nuncupant, in quibus benedictio plurima sæpe mira operatur; eius virtute exuberantes detumuerunt amnes, grassantia constiterunt incendia, partus difficultates superantur, aliaque stupenda, vt Catholici quotidie experiuntur. Memorat namque Gregorius Turonensis ante annos mille, solere suo æuo Christianos sepulchrum Domini humo Hierosolymis opplere, quam deinde in pastillos cogebant, ad formam nimirum *Agni Dei*, & per vniuersum orbem distribuebant, quorum deinde virtute ægritudines non solum depellebantur, verum etiam noxij serpentes profligabantur. *lib. 1. de gloria martyrū c. 7.* Quin & illud insuper commemorat, monitum se diuinitus nomen *Iesu* bacillo inscribere, eumq; parentis de valetudine grauiter periclitantis capiti supponere, quod cum fecisset, sanitas è vestigio subsecuta est. *lib. de gloria confessorum c. 40.* Extitisse & alium quendam commemorat, qui super inani quodam cereuisiario vase, nomina beatorum Angelorum, quorum sacris in litteris fit mentio, inuocans, vas cereuisia impleri cōspexerit. *Ibidem ca. 1.* B. Virgo Cæcilia sacrum euangeliorum codicem è collo iugiter dependentem circumtulit, quod & Chrysostomus scribit ætate sua, aliquot eximiæ pietatis matronas factitare solitas, ne quid infortunij incurrent: vt discas hæc in pretio habere, non cum hæreticis sannionibus irridere: quum non ignoris Deum in suis operibus, ac creaturis mirabilem omnino esse, eiusq; benedictione, tum dæmones ꝓfligari tū ꝓspera omnia conciliari. *In eius vita apud Suriū. Homil. 73. in Matth Fere circa mediū.* Disce *quarto* proprijs quoq; liberis bene precari, ꝙ SS. olim Patriarchis Isaac, & Iacob, alijsque *Quartum.: Benedictio filiorum.*

Deum

Deum timentibus fuit solemne: & si Sacerdotio initiatus nō sis, es tamen naturalis liberorum tuorum superior, cuius benedictio, ac maledictio, magni est apud Deum ponderis. Quibusdam in regionibus, sicuti in Anglia, Catholicorum liberi, tanto in pretio parentum suorum benedictionem habebant, vt se infelices plane arbitrarentur, si ea potiri nequissent. Quin & decrepiti senes, iunioribus benedictionem impartiebantur; vt Patriarcha Iacob ætate iam grandæuus. Pharaoni Regi: ne igitur senectutem despectui habeamus, maxime in viris Deum timentibus, qui diuturnioris vitæ conuersatione, ingentem meritorum cumulum sibi parientes, digni plane sunt, quià nobis suspiciantur, nobisq; benedictionem largiantur; vt & alij præstantis in Deum pietatis homines, quorum benedictionem semper tam à malis, quam à bonis auide expetitam esse, comprobare possumus. Nam malos ac feroces homines; constat meliores interdum effectos, Totila crudelissimus Arrianorum Rex (Gregorio referente) postquam à D. Benedicto Abbate benedictionem consecutus esset, plurimum de pristina ferocitate sua remisit, animumque pacatiorem induit. *Gen. 47. 7.* *lib. 2. dia. c. 15*

III. **Tria hominum genera de Christi pueritia testimonium perhibuere.**

Et dixit ad Mariam matrem eius. triplicis generis homines de Christi pueritia dederunt testimonium. *Primi* pastores; *Secundi* reges; *tertij* duo hi senes Anna, ac Simeon. *Primi*, pauperes erant, rudes, simplices, ac rustici homines. *Secundi*, Sapientes, docti, opulentique Reges, gentiles interim nescientes Deum. *Tertij*, honorabiles erant, vrbis Hierosolimitanę ciues, pij ac spiritu prophetiæ donati. *Primi* nouerant Christum, & angelorum ductu qui ipsis apparebunt, ad illum peruenerunt: *secundi* ductu stellæ, quam astrologiæ peritia nouam, & innaturalem, cernebant noui Regis signum, de qua olim Balaam, ipsorum parens scripserat: *tertij* ductu Spiritus sancti, qui Christi notitiam illis instillabat. *Primi* puerulum viderunt, & venerati sunt in stabulo: *secundi* adorauerunt ibidem, & obtulerunt ei munera pretiosa: *tertij* acceperunt eum in vlnas in templo, & loquebantur de eo omnes, affirmantes quia is esset Messias, & Christus verus tot sæculis per prophetas promissus. Omnia hæc gesta sunt, vt doceamur *primo* Chri- **1.** **2.** **3.** *Num. 24. 17.* **quę documenta ex præcedentibus eruenda.**

Christum omnibus hominibus esse natum; pauperibus, diuitibus; sapientibus insipientibus; viris, feminis; paruulis, & decrepitis. Ioannes enim Baptista infantulus agnouit Christum, & exultando in matris vtero testimonium ipsi perhibuit. *Secundo*, tribus modis homines trahi ad Christum quosdam sola prædicatione, quales fere sunt simpliciores, & gregarij homines, de quorum numero pastores, qui concionem audientes de se solummodo cogitant, sibique persuadent concionatorem ad ipsos sermonem dirigere, atque ita mouentur, & conuertuntur statim. Talis Dauid erat, qui statim prophetam Nathan auscultauit; tales & Apostoli Andreas, Petrus, Ioannes, &c. qui vno vocati verbo, secuti sunt Christum. *Alij* non tam sermone trahuntur, quam opere, & miraculis: talis erat Nicodemus, qui per Christi miracula attractus dicebat: *nemo potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi Deus fuerit cum eo*. Sanctus Paulus miraculis etiam conuersus est, plurimique Iudæi, qui resuscitationi Lazari interfuerant: Ad hunc modum cōuertuntur aliquādo potentes, & à luxu per morbos, ægestatem, tribulationes quæ eueniunt ipsis & si non expectata. Ita *vexatio intellectum dat auditui* iuxta Isaiam, vt iam intelligant, quod in prosperitate non apprehenderunt: Dauid diuitibus aduersa precatur, dicens, *imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. Vt enim sanctus Gregorius, *dolores, qui in hac vita nos premunt, ad amorem cœlestium impellunt*. *Tertij*, internis tantum inspirationibus ad frugem inducuntur, occasione arrepta ex eo, quod hic illicque viderunt, vel audiuerunt. Ita sanctus Iustinus Martyr ad fidem se dicit conuersum, cum videret Christianos pro Christo maxima sustinere tormenta: cogitabat enim non insanit omnis hæc turba, multi inter eos bene eruditi sunt, & tamen libentes, hilaresque mortem adeunt: signum & aliam post hanc ab illis vitam expectari, & robur ipsis in tormentis à Deo suo addi. sanctus Augustinus de duobus refert aulicis Imperatoris, qui Treuiris extra Mœnia obambulantes, deuenerunt ad casulam cuiusdam amici DEI, apud quem sancti Antonij vitam inuenerunt descriptam, cuius lectione alter eorum vehe-

[Margin notes: Tribus modis homines ad Christum trahi. Primo sola prædicatione. — 2. Reg 12 13. Matth. 4. 19. Ioan. 1. 43. — Alij miraculorum virtute. Ioan. 3. 2. Actor. 9. 4. Ioan. 11. 45. — Isai. 28. 19. — Psalm. 72 17. lib. 4. epist. 35. ad Greg. Sebast. — Tertij sola Spiritus S. inspiratione conuertuntur. Dial. cum Triphone vide Euseb. l. 4. l. 8. Histor. — lib. 8. confess. cap. 6.]

vehementer commotus, sic socium affatus est, *dic quaeso te; omnibus istis laboribus, quo ambimus peruenire, quid quaerimus, cuius rei causa militamus? maiorne spes nostra poterit esse in palatio, quam vt amici Imperatoris simus, & ibi, quid non fragile, plenumq; periculis, & per quod periculum peruenitur ad gradius periculum, & quamdiu istud erit? amicus autem Dei si voluero esse, ecce nunc fio, itaque mundo statui abrenunciare & seruire Deo, nec differre diutius, ego iam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui: & hoc ex hac hora aggredior, si sequi me non vis, noli impedire.* respondit alter; *paratus sum me tibi adiungere socium, & eadem à Deo tecum praemia praestolari.* Superuenit eodem tempore Potitianus, aulicus etiam cum suo socio ad idem tuguriolum, monens praedictos duos nobiles tempus esse ad palatiũ reuerti, inclinata iã die. Verũ ipsi quid statuissent narrarunt, rogantes ne molesti essent, si imitari pigeret. Reuersus itaque cum Comite Potitianus ad aulam, neque enim eiusdem spiritus impulsum in se sentiebant, qui alios permouerat. Nobilium vero horum sponsae, audita tam subita mutatione, relicto saeculo vitam arripuerunt monasticam. O quam efficax est spiritus Domini in electis; ora eum, vt cor tuum moueat, & non tantum à peccatis ad statum gratiae transferat, verum etiam diuinis suis donis actiones, sermones omnes, tanquam organa sua salutis, ac animarum vsibus accommodet. Quod vt commodius fiat, eius te totum committe manibus; & sine reluctantia, vt apta artifici instrumenta, te substerne. Disce *tertio* tres modos colendi Deũ per cognitionem, siue fidem; cum pastoribus: per exteriorem reuerentiam, & munera; cum Regibus: & per amplexationem: cum Simeone & Anna: quod fit per charitatem; à senibus; nõ aetate, sed moribus: ab ijs scilicet, qui constanter & ex animo calcarunt mundum, ibi enim requiescit Dominus vnde mũdus excluditur.

Tres modi inseruiendi Deo.

Nota: Simeonem, cum Maria non cum Iosepho loqui; quia videbat in spiritu Domini, Mariam Christi matrem veram esse, ac Iosephum putatitium tantum tantum patrem, & Iosephum moriturum, necdum impleta hac prophetia, superuicturam autem sanctissimam matrem, & visuram

Cur Simeõ potius Mariam quam Iosephum allocutus sit.

cuncta,

Iosephus obijt antequam hoc Simeonis vaticinium impletum fuit.

cuncta, quæ prædicebat. Loquere & tu cum Maria matre frequens, propone ipsi quantum pro te passus sit eius filius, quomodo te custodierit, relinquens alios in peccatis grauibus, ac damnatione æterna; te inde extrahens, & ad salutem æternam perducens. Roga eam vt ipsa te protegat, & iuuet: vt nunquam huic *signo,* id est, eius Filio contradicas: Refrica ipsi tristitiam illam, quam sub Filij cruce pertulit, non pro suis, quæ nulla erant, peccatis: sed vt te iuuaret, ac pro pœnis tuis satisfaceret, offer illi parata semper, cultum ac seruitia.

IV. *Ecce positus est hic, in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel.* B. Senex, ac Propheta Simeon, quinque de hoc puerulo prædicit, quorum duo prçallegatis verbis continentur; quod nimirum positus sit in ruinam multorum, & resurrectionē: quæ verba intricata sunt, & varie exponuntur. Origenes sic exponit, vt Christus venerit in ruinam peccantium, vt videlicet peccatis moriantur, ac ea deponant penitus, virtutes autem arripiant, ac resurgant in iustitia. Theophylactus Christum dicit, positum in ruinam, & resurrectionem, id est, vt moriatur, & resurgat ad vtilitatem multorum, qui morte & resurrectione ipsius salutem consecuti sunt. Interpretatio cōmunis est, quod multi scandalum patientur, iam in damnationem incident, propter occasionem arreptam ex humanitate Christi, natiuitate, doctrina, passione, morte, alijsue mysterijs; multi etiam per ea saluabuntur. Quæritur hic num eodem modo ad ruinam, vt ad resurrectionem positus est Christus, id est, vtrum Deus Christum filium suum in mundum miserit, prædicare, pati, mori. vt propterea multi perierent, sicut dedit eum, vt per eum saluarentur multi; quæ quæstio cū illa coincidit, vtrum Deus sit author peccati, & mali, quod gerimus; sicuti author est, bonorum, quæ vult, vt agamus. Nō verentur Caluinistæ docere, ac scribere dæmones, malosque à Deo ad peccandū inclinari, agi, impelli, quæ horrenda blasphemia est, ac diabolica, contra scriptutas, ac rationem. Clarè enim testatur scriptura, Deum [a] *non peccare,* Deum [b] *peccata non facere:* sed *odio* [c] *ipsi esse impium, & impietatem.* Quod *non* [d] *placeat Deo iniquitas;* quod *mandauerit nemini male agere;* quod *contra Dominum peccent peccatores;* quod [e] *intentator malorum sit, &* *neminem*

Quinque prædicuntur à Simeone de puero Iesu. Primum quod sit in ruinam plurimorum positus. Secundum quod in resurrectionē multorum. *Homil. 26. in Lucam.*

An Deus peccati sit author. *Suning. ser. de prouid.* *Caluin. l. 1. de Instit. 17. & 18. & l. 2. c. 4. & l. 3. c 23.* *Beza ad Castalionem.* a *Rom. 3. 5.* b *Sap. 14. 9.* c *Psalm. 5. 5.* d *Eccl. 15. 21.* e *Iacob 1. 13.*

neminem tentet. Contra naturam est, inquit Sanctus Athanasius, vt Deus summa bonitas malum causet, sicut igni contra naturam, frigefacere. Misit Deus filium in mundum, & mortem, vt aboleret iniquitatem; quomodo ergo peccati author erit? si peccati author est, peccator vtique est, delinquit in iustitiam, iniustus igitur est, ergo pœnas meretur, & si nemo sit qui ei infligat. Omnes hæ abominandæ sunt blasphemiæ, ac tantopere execrandæ, vt *satius sit,* inquit Chrysostomus, *sexcenties in terram defodi, quam eas proloqui.* Respondent itaque catholici ad propositam quæstionem, ideo datum esse Christum, ac positum vt multi ex peccatis ad salutem resurgant; multos interim (etsi præter intentionem, & voluntatem Dei) in ipsum impacturos, ac non quidem dato, sed accepto ab ipsis scandalo multos in perditionem ruituros. Deus bona largitur; sed illis homo abutitur, ac pernitiem inde trahit. Vinum dedit ad sanitatem, multi eo interim necantur; quia non, sicut decet, potant. legem dedit Iudæis qua ipsi euadebant deteriores. Non ergo eodem modo Christus ruinæ, & resurrectionis causa est: sed ex voluntate Dei positus est ad resurrectionem, cum tamen multi ad ipsum corruant, qui non caderent, si ipse nobis datus positusque non esset. Ante Christi enim aduentum sufficiebat fidem habere Messiæ venturi: credebant hoc Iudæi omnes, ac fide ista saluabantur: sed post aduentum eius, generalis hæc fides non suffecit, quia iam in particulari credendum erat, hominem hunc *Iesum,* Mariæ filium, Messiam esse, Deum & hominem; qui Dei doctrinam adferebat de cœlo, ac nos passione, & morte amarissima à peccatis veniebat liberare. Non potuerunt hoc sibi persuadere Iudæi, quibus indigna res videbatur crucifixio Christi, atque ita repellebant Christum, & à fide deciderunt in infidelitatem.

Orat. contra Idola.

Hom. 33. in acta apost.

Quæres hic cur non dicat Simeon, *hic erit in ruinam,* sed, *hic positus est in ruinam;* non secus, ac si eius rei gratia venisset in mundum, vt multi per ipsum caderent. Respondeo verba hæc simpliciter apud Isaiam esse, vnde ea Simeon mutuatus est: *ipse erit vobis in lapidem offensionis, & in petram scandali,* dixit tamen

Isaiæ 8. 14

Cur Simeō dixerit Christum positū in ruinā. tamen Simeon, *positum ipsum in ruinam*; non quod eo fine positus sit, vt quis per ipsum caderet: *sed primo*, vt discam⁹ ipsum tanquam petram, & signum à Deo constitutum, quod in omnibus operibus nostris, præ oculis habere debemus, sicut qui proficiscitur turris fastigium quo properat, respicit: nam quod turrim respiciens, nonnunquam cadat, non turris culpa accidit, sed sua, qui male sibi prouidet. *Secundo*, quia mali peccata sua quæ ex malitia admittunt, magis imputare solent rebus, vnde occasionem sumpserunt peccandi, quam sibi ipsis. Ita iram excusant, per eum qui offendit, ebrietatem, per vini dulcedinem & vim; luxuriam, per diaboli astus, ac infirmitatem naturæ: ad eundem modum hæretici nostri peccata sua Deo imputant, quem dicunt peccare per ipsos, cum tamē inquiat Sapiens, *ne dicas per Deum abest* (id est, Deus mihi negauit Sapientiam, & fortitudinem superandæ tentationi) *quæ enim odit ne feceris* (id est, ne pecces, & bene viuas, & dabit tibi sapientiam) *non dicas, ille me implanauit: non enim necessarij sunt ei homines impij*. Cum itaque dicit Simeon Christum positum ad ruinam & resurrectionem, significat Christum eo fine positum, vt per eum resurgamus à peccatis, à malis tamen ita spectari, quasi ad perditionem ipsorum positus sit. tales sunt omnes qui Dei cognitione deteriores fiunt, verbi gratia, *Primo* ethnici, qui infidelitatem non deserunt, cum tamen vniuersus orbis fidem susceperit. *Secundo*. Iudæi qui Christū spernebant, omnes illi damnabuntur grauius, quam si nunquam natus esset Christus. *Tertio*, hæretici omnes, qui sicut aranei de floribus, ita venenum sugunt ex verbis diuinis. *Quarto*, Catholici qui peccata sua verbo Dei excusant, vt Pharisæi qui auaritiam suam prætextu diuini cultus palliabant, vt exprobrat illis Christus. *Quinto*, catholici alij, qui audito Dei verbo nequiores fiunt, quibus melius fuisset iuxta S. Petrum, *viam iustitiæ non agnouisse, quam post agnitionem retrorsum conuerti, & redire ad pristina: sicut canis ad vomitum & sus ad luti volutabrum*. S. Antoninus hac de re memorabile adfert exemplum. Scribit decubuisse grauiter, cum summo dolore, ac luctu, Religiosorum concionatorem in quodam monasterio: non enim erat

Marginalia: I. — *Eccl. 15. 12.* — Quinam ex cognitione Dei deteriores efficiantur. Primo Ethnici. Secundo Iudæi. Tertio Hæretici. Quarto improbi Catholici. *Matt. 15. 9.* Quinto alij insuper malitiosi Catholici. *2. Pet. 2. 21.* *Parte 2. summa Theol. titul. 9. c. 21. § 4*

erat illis alius qui Dei verbum die isto, qui Dominicus erat, concionaretur. Interea ingreditur monasterium diabolus, mentita religiosi forma, ac habitu, sciscitabatur tristitiæ causam. Aperiebant cum querimonia, consolabatur eos dicens, ego concionator sum in monasterio, si placet, ego libenter supplebo ægrotãtis vices, exultabant. postulabat libros; quasi se pparaturus, concionabatur ad cõsuetam horam, & ita permouebat populum, vt nemo sibi à lachrymis temperaret. Multa de iudicio, multa disserebat de inferno, in qua materia nemo ipso versatior, inter auditores, scilicet, quidam erat, qui diabolum non in Monachi forma, sicut reliqui; sed in propria videbat stantem. Hic accessit eum finita concione digressum à pulpito, ac adiurabat vt diceret quis esset, & quare Dei verbum concionari præsumeret. Respondit ego diabolus sum, & veni huc concionaturus, vt inferni tormenta hominibus proponerem, eiusque terrore lachrymas concitarem: scio autem quod vitam emendaturi non sint, atque ita lachrymæ istæ, damnationem illorum augebunt, *seruus enim sciens voluntatem Domini, & non faciens vapulabit multis.* *Luc. 12. 47.*

Altera Simeonis Prophetia erat, quod CHRISTVS positus sit in resurrectionem multorum. Hæc post alteram ponitur. *Primo*, quia Iudæi primum ad ruinam, postulantes CHRISTVM ad crucem; deinde ad resurrectionem peruenerunt; cum iam tria, iam quinque millia conuerterentur. *Secundo*, quia maior pars non Iudæorum tantum, & hominum; sed & Christianorum ruit, ac resurgunt pauci. tanta est enim damnatorum copia, vt, eorum comparatione, saluandi vix paruum numerum faciant, vt loquitur CHRISTVS *nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri meo dare vobis regnum.* Magnus tamen numerus per Christum à peccato resurgentium.

Secundum Simeonis vaticinium quod duabus de causis priori recte subiicitur.

Act. 2. & 4.

Luc. 12. 32.

Primo, quia nemo ingreditur in Ecclesiam toto orbe diffusam, quin per baptismum peccati remissionem accipiat, quorum magnus est numerus, quamuis ex illis multi in peccata, & damnationem relabãtur. *Secundo*, quia multitudo saluandorum absolute magna futura est, vt in Apocalypsi sua, *Apoc. 7. 9.*

Luc. 14. 23. Sanctus Ioannes vidit. Oportet enim cœli atria impleri, nec debet supereſſe locus, at *magna eſt domus Dei, ingens locus, excelſus* (Baruc. 3. 24.) *& immenſus*, inquit Baruch. Erit autem per quam glorioſa iubilatio, inter hos cœli principes æternum habitare. Per Christum reſurgendum eſt omnibus reſurgentibus, ipſe enim iuuare nos debet, imo prius ad reſurgendum nos incitare (Luc. 15. 17.), ſine ipſo boni nihil aut facere, aut dicere, aut cogitare poſſumus (1. Cor. 12. 11. 2. Cor. 3. 14.). Quare ſicut nos primi ſumus in peccato, recedentes à iuſtitia, quemadmodum Oſeas inquit: *ex te perditio tua Iſrael* (Oſea. 13. 9.), ita primus eſt Christus, qui nos ad conuerſionem mouet: ipſe enim externas ſubminiſtrat occaſiones, audiendi aliquid boni, ducens nos in templum, aut ad aliquem qui ſana moneat: illuminat intellectum, vt capiat; mouet voluntatem, vt guſtet, ac conſentiat, bonamque hanc voluntatem adiuuat, vt bona quæ propoſuit perficiat: demonſtrat nobis confeſſarium, qui debita noſtra remittat, Spiritum Sanctum nobis donat, qui nos in bono cuſtodiat, imo ipſemet ſub venerabilii Sacramento ad nos ingreditur, vt nos confirmet, & contra omnes aduerſarios muniat; ac demum in hora mortis occurrit obuiam, vt animas noſtras in regnum introducat, hic modus eſt quo Christus ad reſurrectionem noſtram concurrit: cum *vita* ſit, & *reſurrectio noſtra* (Ioan. 11. 25.), ideo noli aggrauare aurem in tempore gratiæ; cum vocat te, ſequere alacriter, nihil enim quærit, quam de peccatis & malis te eripere, & bonis omnibus perfundere, atque ad perfectum adducere, ac demum te gloriæ corona remunerari.

Et in ſignum cui contradicetur: Hęc tertia eſt Prophetia, quod ſignum ſit, cui contradicetur. Christus *ſignum* eſt quinque modis.

V. Tertium vaticinium quinque modis Christus ſignū eſſe dicitur.

1. *Primo*, Miraculum. duæ videlicet naturæ in vna perſona, Deus, & homo, infinitus, & infantulus; immortalis, & moriens, &c. quæ humanum ingenium aſſequi non poteſt, ac ideo plurimos habet contradictores, ethnicos, turcas, qui huic miraculo fidem negant.

2. *Secundo*, in quo manifeſtatur Deus, quemadmodum dicebat Philippo, cupienti, oſtendi ſibi Patrem: *Philippe qui videt me,*

me, videt & Patrem meum, hic enim Dei ſpectatur omnipotentia, qui diuinitatem cum humanitate in vnitatem perſonæ potuit coniungere: ſumma, imis, cœlum terræ copulare, ſpectatur & ſapientia, quæ diabolum decepit, cum Chriſtus pugnaret patiens, & ſuperaret moriens, ſpectatur & iuſtitia, quæ infinitum culpæ malum infinita ſatiſfactione vindicauit, paſſione nimirum, & morte, Filij Dei infinitæ perſonæ. ſpectatur & charitas, cum in Filio ſuo *poſuit iniquitates omnium noſtrum.* *Ioan. 14. 9.*

Tertio, ſignum eſt, id eſt ſcopus quo verba, opera, & cogitationes noſtræ, collimandæ ſunt: vt nimirum quidquid agimus, quidquid loquimur, ſiue comedentes ſiue bibentes, ſiue aliud quid operantes, fiant *omnia in gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti*, ac quam poſſimus, proxime, ipſum attingamus: ſicuti laboramus ipſum ſcopum ferire. 3. *1. Cor. 10. 31. Coloſſ. 3. 17.*

Quarto, ſignum eſt, in via, quod viam cœli nos docet, quam ipſe verbis & moribus præmonſtrauit, vnde ipſe *ego ſum via*: per ipſum tanquam per viam regiam ad cœlum itur. 4. *Ioan. 14. 6.*

Quinto, ſignum eſt in exercitu, id eſt, vexillum, ac laborum, quo in huius vitæ militia nobis ſunt reflectendi oculi, maximè vt ipſum tanqûam in cruce videamus pendentem, quod ſignum potentia hoſtes proſternit, imo præſentia fugat. Ex quo enim Chriſtus in cruce diabolum contriuit, ita hoc ſignum factum eſt illi formidabile, vt eneruetur plane vbi hoc ſignum ipſi opponitur, nec locum inuenit, vbi crucis ſignum videt. Iulianus apoſtata cum fidem deſereret, & ad gentiliſmum cogitaret reuerti, Anno Domini trecentiſſimo quinquageſimo primo ductus eſt à magis ad phæni adyta, vt author eſt Theodoretus, vbi ſolita ſpecie, id eſt, terribili, diaboli apparuerunt. Territus Iulianus ſignum formabat crucis, vt antea de Chriſtiano more conſueuerat, & confeſtim omnis illa turba euanuit. Mirabatur ipſe ſigni virtutem, quo tam facile dæmones diſpellebantur, at metuens magus Iuliani reſipiſcentiam, reſpondit, non crucem timent, ſed quia opus tuum execrantur, receſſerunt; atque ita miſer deceptus ſt, ſuſcipiens pro veritate fabulam. Hoc ſignum admodum 5. Crucis vis. *Lib. 3. c. 3.*

Ser. 181. in vigil. Pente. c. 3

efficax eſt, ac vim ſuam habet ex cruce Chriſti *qui noluit*; vt inquit Auguſtinus, *lapidari, aut gladio percuti, quia videlicet nos ſemper nobiſcum gladios, lapides quibus defendamur ferre non poſſimus. Elegit vero crucem, qua leui motu manus exprimitur, qua & contra inimici veſutias munimur.* Hoc ſignum ſcribit Iſaias, *ſignum populorum*, quod *in omni loco* erigetur, vt ad illud omnes conueniant in Eccleſiam, nos Chriſtiani ſignum iſtud in honore habemus, cum ſignum crucis pie in proceſſionibus circumferimus, & comitamur, vt Chriſti milites, ſub crucis vexillo: item quando, ex veteri Chriſtianorum more, ad omnia opera noſtra ſignum crucis præmittimus, cum crucis imaginem adoramus, & externa veneramur reuerentia, vt teſtatur Chryſoſtomus, qui *de crucis adoratione* ante annos mille ducentos ſermones duos conſcripſit: cum ſignum hoc varijs locis ſtatuimus, tum vt à crucifixo Domino accipiamus auxilia, tum vt ſolatio ſit ſpectantibus. in templis, in oratorijs cruces figimus, quia crucifixo dicata ſunt. in turribus etiam, cum gallo; vt à longe peccatores vocentur ad CHRISTVM, qui paratus eſt ad veniam, ſi ipſi parati ſint cum Sancto Petro ad pœnitentiam qui galli cantu commotus eſt ad lachrymas. Eriguntur etiam in compitis cruces; vt viatoris laborem, paſſionis CHRISTI recordatione ſubleuemus, ac commoueamus ne à via crucis, quæ cœleſtis eſt, recedat. Eriguntur etiam ad portas ciuitatis, vt indicetur illic habitaculum eſſe Chriſtianorum, nec quicquam illuc intromittendum, quod Chriſto & mandatis eius contrarium ſit. Crucem etiam honoramus, cum particulis ligni ſancti honorem habemus. Sancta Helena Imperatrix quæ Anno Domini trecenteſimo vigeſimo ſexto crucem inuenit, magnam partem argento incluſam in vrbem detulit. Paulinus Nolæ in Campania Epiſcopus, & ante eum Cyrillus Patriarcha Hieroſolymitanus teſtantur, Chriſtianos vndique Hieroſolymam ventitaſſe, quibus ſingulis Patriarcha ligni ſancti particulam communicabat, quam cum omni reuerentiæ reportabant domum, nec tamen hinc crux Hieroſolymitana

Iſai. 11. 10.

Crux in turribus cum gallo.

Epiſt. 11. ad Seuerum.

Catech. 4. 10. c. 12.

tana minuebatur, euidentissimo rei miraculo, ac si succresceret lignum sub manu secantis, has particulas, auro & argento inclusas, Christiani ex collo ad sui custodiam cōsueuerunt gestare. S. Gregor. Papa pijs hominibus nonnunquam cruces tales misit. S. Gregorius Episcopus Turonensis, qui etiam ex collo talem circumferebat crucem, ædium conflagrationem ea se extinxisse commemorat. Crucem etiam honoramus, cùm imagines crucis ornamus. Imperatores plurimi aureas & argenteas cruces donarunt Ecclesijs. Circumferri solent cruces, vt ante mille annos testatur Gregorius Turonensis; & cum lumine præuio, non minus quàm alię imagines, vt idem Gregorius,[a] & post eum [b] Fortunatus, ac [c] Sophronius testātur. genuflexiones quoque ad crucem, antiquæ sunt. Monet [d] Chrysostomus celebraturos, vt cruci, quæ in altari est, caput inclinent, idque in præteritorum & præsentium adhuc beneficiorum memoriam. Per crucem enim, vt Andreas Cretensis ait, *& salutem accepimus, & Deum nouimus.* Crucem hanc mali oderunt; *inimici*, vt ait Apostolus, *crucis Christi, quorum finis in interitum*, qui sub pietatis pallio, carnalia quærunt. Laborat enim per se, suosque subditos diabolus vt crucis memoriam extirpet, qua se vinci sentit. Testatur Ignatius diabolo authore crucem Domino factam, qui tamen postea doluit, ideoq; laborat, vt eius cultum per suos ministros subuertat, vt sunt *Primo*, Hæretici omnes, qui negant in Christo duas naturas. nam nisi homo sit, pati non potest, nisi Deus infinitum pretium non dedit. Seuerus, quia circa incarnationem errabat, cruces teste Epiphanio lapidauit. *Secundo*, Quotquot vel Missæ sacrificium, vel Eucharistiæ Sacramentum negant: hæc enim duo nihil sunt, nisi crucis repręsentationes. *Tertio*, Iconomachi omnes, siue hæretici sint, siue Catholici mali, quorum ad impietatem duces Iudæi, qui Iconomachiam primi Leoni Isauro persuaserunt.

Lib. 7. epist. 126 & l. 11. epist. 47.

Lib. de gloria martyr. c. 21.

Lib. de gloria confess. c. 20.

a *Lib. 1. de gloria martyrum c. 5.*

b *Lib. de vita S. Martini*

c *In prato spirituali, c. 180.*

d *In Liturg.*

Serm. de exaltatione S. Crucis.

Philip. 3. 18.

Epist. 5. ad Philip.

Ministri diaboli varij.

1.

Epiph. ep. ad Ioan. Const.

2.

3.

Refert Turonensis Iudæum aliquando vespere ingressum in templum, gladio crucem læsisse, eamq; cum sanguine flueret, domum tulisse: sed ingressi postridie Christiani, dum crucem vident ablatam, obseruato sanguinis vestigio,

L. 1. de gloria martyr. c. 22.

Tract. 118. in Ioan. & ser. 181. de tēpore. reum deprehendunt, & pro meritis puniunt. Ab his odium crucis hæretici didicere, diaboli filij, qui nihil, vt crucem odit. Augustinus crucem dicit adhiberi in omnibus sacramentis, & consecrationibus, ac in frontibus Imperatorum scribi. L. de corona militis c. 4. Tertullianus eam omni loco formari dicit, eratque olim hęc Hęreticorū cauillationes in signum crucis Christianorum nota, quam etiam nunc hæretici rident, quasi muscas abigat; & nesciunt etiam muscarū principem, Beelzebub dico, inconstantū hæreticorū patrē, ea (vt historiæ docent) fugari. distinguimur iam ab hæreticis cruce, non minus quàm olim ab ethnicis. *Quarto*, duæ sunt Catholicorum clas-

4. 2. classes Catholicorū oderunt crucem. ses quos crux offendit. *Primi* molestias timent, cùm audiunt, *Qui non baiulat crucem suam quotidie, non potest meus esse discipulus.* cogitant cum Bernardo non decere membra delicias, vbi ca-

1. put portat spinas. Sed ideo ingressi lata via, nesciunt se ire in Serm. 1. in cap ieiunij. perditionem; & disciplinam initio difficilem, exercitatis iucundam. si iustum iniusto quis comparet, maiorem in illo 2. Timot. 2. quietem inueniet, quàm in hoc: tam ob cōscientiæ stimulos, quàm ob æstum passionum, quibus ad voluntatem diaboli agitur, modo in superbiam, dein in auaritiam, iram, inuidiā, &c. denique ob mortis præsertim vicinæ memoriam. Iustus animo quiescit, & gaudet de morte, tanto lætior, quanto hęc Luc. 21. 28. vicinior. Audit enim illud Christi; *Respicite & leuate capita ve-*

2. *stra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* *Alios* Dei misericordia scandalizat, qui quia non putant peccatorem ab eo reijci posse, fidenter peccant; & nesciūt cum misericordia mixtam esse iustitiam: misericors est post lapsum, vt iuuet: iustus, vt à Luc. 23. 31. lapsu terreat. cogita ante lapsum quod dixit Christus, *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* id est, si tantam Dei Filio pœnam inflixerint peccata aliena, quid nobis facient propria? Misericors est Deus, fateor: sed non irridetur. quot myriades perierunt sua culpa, pro quibus mortuus est Christus? baptismus, fides, spes sine operibus non sufficiunt: neque e-

Matt. 7. 21. nim qui dicunt *Domine*, sed *qui faciunt voluntatem Patris, intrabunt in regnum cœlorum.* Disce hic, caussam dissidij inter Chri-

Galat. 5. 17. stum & homines. Ille spiritualis est, hi carnales: *caro* autem *concupiscit aduersus spiritum.* Christus obedientiam, & humilitatem

tatem quærit, ac omne quod carni contrariatur: contrarietas autem dissidij initium, hinc est cur iustos aspernentur mali, vt Abelum, Cain, Isaacum, Ismaes, Christianos, Pagani; Catholicos, hæretici, & caro, spiritum, quamdiu necdum subiecta est.

VI. Quarta prophetia Simeonis. Præcipuæ aliquot gladij significationes.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quarta hæc Simeonis prophetia, qua prædicit quid B. Virgini futurum, & quia gladium nõ restringit, tot hic explicationes, quot gladij species. *Primo* itaque est gladius, quem eduxit in horto Petrus. Sed quia hic animam non transit, neque Beatam Virginem tetigit (obijt enim, sicut & Ioannes Euãgelista, placida morte; vt reuelauit ipsa B. Brigittæ: quia vterque passus sufficienter sub cruce) de eo hic non agitur. *Secundo* est *gladius spiritus, qui est verbum Dei*, sed neque eius hic mentio, quem B. Virgo à prima ætate portauit, recogitans omnia Dei mysteria, *ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoque, ac medullarum*, id est, ad discretionem cogitationum cordis, num ex Deo sint, an ex concupiscentia. *Tertio* est gladius scandali, quo Apostolus ait teneriorum conscientias, nimia aliorum libertate lædi. Læsit hic Apostolos, tempore passionis: B. Virginem verò, (quicquid calumnientur hæretici) nunquam, quin potius à fidei soliditate eam scriptura commendat, sciuit enim incarnationis, passionisque mysteria, & ideo *stetisse iuxta crucem* dicitur, non dubitans, sed constans. *Quarto* est gladius aduersitatis, de quo Dauid, *ferrum pertransijt animam eius*. Iosephi scilicet, qui & apud patrem multa à fratribus, & apud Aegyptios patiebatur. Atque hic est qui B. Virginem tetigit, quæ post natum Christum, raro à tristitia libera fuit, in natiuitate paupertatem, & fugus, dein Herodis & Archelai persecutionem, ac Iudæorum inuidiam, postea demum passionẽ Christi doluit. & probabile etiam ipsi pro oportunitate insultatum à Iudæis; ita, vt merito cum sponsa dixerit, *fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea commorabitur*, quia scilicet dolor etiam animam tanget, & cor. Accessit tanta compassio, vt nisi seruasset eam Deus fidelium solatio, viuere non potuisset. Multas matres extinxit dolor; & cuius in filium amor tenerior quàm B. Virginis? quæ quod parentes alij diuidunt,

I. L. 4. reuelationum c. 23.
2. Ephes. 6. 17.
Heb. 4. 12.
3. 1. Cor. 8. 9. Brentius.
Ioan. 19. 25.
4. Psal. 104. 18.
Cant. 1. 13.

dunt, sola habuit integrum, tanto vehementius, quanto dignior eius filius; & quanto maior passio, quæ martyrum omnium passiones superauit. etsi enim redimendis nobis, minima sufficeret pœna, ob Personæ CHRISTI infinitatem, elegit tamen ille, pro amoris in nos declaratione, grauissimam, merito proin Mariam Ecclesia, martyrum Reginam colit. sensit enim tanta; vt martyrio sufficerent. atque hoc ipsum hic Beatus Simeon insinuat cum ait. *Tuam animam gladius pertransibit.* Moritur necessario, quisquis gladio cor transuerberatur; similiter quem tristitia transuerberat, tanto habet moriendi necessitatem maiorem, quanto acutior est animi gladius, quam corporis. Et licet dolorem hunc Maria non meruerit; sensit tamen. *Primo*, Ad meriti augmentum. *Secundo,* Vt signum haberet electionis. Famulos dominorum distinguunt insignia. porro insigne Christi tribulatio est. vnde Raphael, *quia,* ait, *placebas Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Tertio,* Vt martyrum haberet aureolam. neque enim Sanctorum omnium Reginæ, conueniebat defectus alicuius coronæ. *Quarto*, Vt nobis misericors esset, sicut de Christo ait Apostolus. *Quinto*, Vt Ecclesiæ thesaurum, qui ex superabudantibus Sanctorum passionibus crescit, & per indulgentias dispensatur, augeret. *Sexto*, ne nostrum quis in tribulatione fatigetur. neque enim feliciores sumus quam mater Dei, quæ per tribulationes introiuit in regnum filij sui. *Septimo*, Vt & nos gladius hic pertransiret. multis Christi passio lachrymas excutit, sed inutiles: quia à peccatis non cessant. hi non tam læduntur, quã percutiant: alij vitã corrigunt, ac virtuti se dant; & si læduntur: Optimi sunt, qui ex passionis meditatione, animæ dignitatem vident, pro qua Christus tanta passus, qui proin non solum in corporalibus iuuant; sed miserti primo animæ suæ, etiam alios saluti lucrifaciunt. hos gladius pertransit, vt Beatam Virginem; quæ melius omnibus, & animæ dignitatem, & peccati fœtiditatem nouerat. Tu similiter fac, vulnerare hoc gladio, animam propriam perfice, ac salua: dein alios iuua Mariam diligens, quæ etsi sub cruce dolore suo Christi merita non iuuerit, ad nostri redem-

B. Virgo martyrum omnium domina.

Septem rationes cur Christus voluerit matrem suam tam vehementes sustinere dolores.

1

2.

Tob. 12.

3.

4.

Heb. 5.

5.

6.

7.

demptionem, obtulit tamen sacrificium eius pro nobis, & omnibus, petens, vt Pater illud pro omnibus, quæ Christus postulabat, benignus susciperet. Meretur proin amorem omnem, & honorem: quia non obstante amoris teneritudine, filiũ suũ pro nobis libens dedit ad mortem, & spiritu obtulit.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Quinta hæc Simeonis prophetia, quæ pro varietate constructionis varios habet sensus. *Primo*, Origenes, & Euthymius eam præcedentibus iungunt, vt sit sensus: Doloris tui occasione multorum cogitationes reuelabuntur, multi ob Christi miracula vix putabunt eum filium tuum, sed passionis tempore eos tristitiæ tuæ magnitudo conuincet. Multi te viuente, & miracula faciente Filio, honorabunt, & aduocatam quęrent, sed deficiẽt tempore passionis, seq; ipsos præteritæ hypocrisis arguent. Idem hodie in multis videmus, qui Sanctos colunt, dum prosunt, sed cum vtilitate, cultus perit: erant enim non pietatis, sed vtilitatis propriæ cultores. *Secundo*, possunt verba hæc iũgi illis. *In signum cui contradicetur*; vt sit sensus, multis Filius tuus scandalo, multis erit inuidiæ; alij Messiam dubitabunt, & licet appellent eum Rabbi, tamen recedent, & deficient ab eo tempore passionis. Alij *Nos*, dicent, *sperabamus quod ipse redempturus esset regnum Israel*; sed frustra. Alij nunquam ei credere potuimus, exitum Theodæ, & Iudæ Galilæi metuentes. Omnes hi cogitationes suas reuelabunt, ignari virtutis crucis; quasi neminem Deus amet, nisi temporaliter iuuet. Queruntur & nostrum multi in aduersis, quasi deserantur à Deo, proximumque eadem ex causa, si tribuletur, despiciunt, cum amicis Iob quos Deus redarguit. *Tertio*, Iungi possunt cum omnibus superioribus, eritq; sensus; multi occasione Filij tui scandalizabũtur, alij peccabunt; alij resipiscẽt, tu quoq; multa patieris: atq; ita quisq; dicet, ꝙ sentit: alij Christũ; alij Prophetã, alij appellabũt seductorẽ, idq; pręsertim, cũ libera omnib⁹ cẽsura, tẽpore passionis. Et hodie prô dolor multi de fide, ꝙ volunt, sentiũt; præsertim inter hæreses, cuius libertatis fructus nullus, nisi Religionũ dissensio. *Quarto*, Faciunt verba hæc per se sensum; vt dicatur venisse Christus ad reuelandas cogitationes. *Primo*, Dum Iudæorum cogitationes arguit, & peccata

VII. Quintum Simeonis vaticinium diuersimode explicatum.

1.

2.

Luc. 24. 21.

Act. 5. 36.

3.

4. Tribus modis Christus interiores hominum cogitationes reuelat

1.

2. Hier.l.2. cõtra Pelagia. Ambr.l.3.de Spiritu S.c.2 peccata digito in terra scripsit, vt Hieronymus, ait, & Ambrosius. *Secundo*, Dum Confessionis Sacramentum instituit, in quo, imitati primos Christianos, annuntiamus actus nostros, vt tota à Christo fecit Ecclesia. *Tertio*, dum in iudicio
3. Act.19.18. Sap.4.20. Dan.7.10. Apoc.20.12. Nahum.3.5. Aug.l.20.de ciuit.ca.14. Simile. Basil.libr. de virginitate. peccata aperientur, & conscientiæ, cum, vt Scriptura ait, *libri aperientur, traducetque ex aduerso impios iniquitas eorum*, manifestante eam, vt Augustinus ait, Diuina virtute. Pictoribus nos Basilius comparat, qui, murum dum pingunt, velantur, & opere absoluto, velum amouent; ita & nos sub corporis velo animam pingimus, quod vbi mors detraxerit, omnes quid formauerimus videbunt. Cogitet hæc quisquis confessionem horret; quãtum est Sacerdoti, homini, peccatori sub sigillo confiteri! qui neque sub pœnis, iure Canonico statutis, peccata neque ex eis te regere, neque iuramento pressus ea potest reuelare: neque de eis tecum citra consensum tuum, extra confessionem loqui. Semel illa detegi debent', id si hic facis, velabit ea Deus, sin autem leget ea ad ignominiã tuam orbis vniuersus: neque enim corporis velo tegentur.

VIII. Anna commendatur à 7. virtutibus. *Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser.* Simeonẽ Anna excipit, quam Euangelista, vt fide ostendat dignam à septem virtutibus commendat. *Primo*, Prophetissa erat: loquebatur ergo inspirata Spiritu S. *Secundo*, Ex tribus dignitate, Aser, qui octauus fuit filius Iacob, hanc à patre hæreditauit benedictionem. *Pinguis est panis Aser & præbebit delitias Regibus.* Moyses vero posteris eius benedicens. *Benedictus*, inquit, *in filiis Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum: ferrum & æs calceamentum eius: sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.*

1. 2. Gen.30.13. Gen.49.21. Deut.33.24.

Vbi ad literam possessio Aser à voluptate, quæ etiam Regibus placeat, commendatur; ita vt ipsi Regiè viuant, & ab oleo ærifodinis posterorum specie ac robore. spiritualiter vero significantur futuri, quibus verbum Dei maiori voluptati sit, quam Regibus terrena omnia: imo qui Reges sint, à metu & diaboli ac passionum iugo liberi, humilitate grati, pedes, id est, affectus, Dei gratia loturi: ferro calceati aduersus dæmonem, & mundum, & ad virtutem non minus roborati initio, quam in fine. Omnia porro hæc Anna habet. Nomen ipsum gratiam sonat. *Aser*, Beatum, *Phanuel* visionẽ Dei, nẽpe à loco

à loco in quo cum Angelo Iacob luctatus est: quia enim,ait, Hieronymus à iuuentute viduitatis onus portauit,digna fuit vt filia gratiæ maiorum suorum beatitudinem hæreditaret. Ep.10. ad Furiam c. 6.

Disce *Primo*: Qualis esse debeas de Christo testaturus. Esto Propheta plenus Spiritu S.nō canalis instar,qui quod habet, totum transmittit;sed,vt Bern.ait,instar cisternæ,quæ superefluit.Esto filia Phanuel.i.viue vt in Deo vidisti.Aser parentem specta.i. beatitudinē, Deus.n.merces tua magna nimis. 1. Documenta quædam Serm. 18. in cant.

Disce *Secundo*, Nobilitatis contemtum,ignobilis es ? virtute nobilitare:hæc enim nobilitatis initiū, & ab ea quanto quisque remotior,tanto ignobilior.Anna *tribu ignobilis* fuit,natus Aser matre serula,& tamen se,& parentem ipsa *nobilitauit*.Stulti ergo seculares,qui nobiliores putāt à virtute, id est à trunco qui omnes nobilitauit virtute,remotiores. Vide etiam quæ nobilitatis origo,apud sæculares prælia eam dant,& triumphi:apud Christum carnis,dæmonisq; victoria. Apostoli *Principes dicuntur super omnem terram*, quia etsi Piscatores, diabolum verbo,vitaq; vicerunt: ideoq; tantum à Deo euecti,vt,teste Chrysostomo,felices se putent Reges,si ad eorum sepulcra quiescant. 2. Psal. 44. 17. Hom. 66. ad populum Antiochen.

Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua,& hæc vidua vsque ad annos octoginta. Tertia Annæ laus ab ætate sanctè transacta sumitur,significaturque verbis illis.*Processerat diebus multis*.Procedimus & nos; sed ætate,non virtute.Noctibus procedimus,non diebus:peccata enim Apostolus *noctes* vocat.Abraham,[a] Isaac,[b] Dauid,[c] pleni dierū dicuntur:peccator vero,licet senex,[d] puer centū annorum:quia pueri instar,ratione non vtitur, & dormit: imo puero sapit minus,& cœco minus videt:nescit enim pericula in quibus agit,&mortem,iudicium, ac infernū quę eum manent.Significat eandē Annæ sanctitatē,vox, *Processerat*, multorū ætas procedit,virtus stat,*aut pigri instar in lecto vertitur*,aut cum Samsone molā agit: *ambulabant* enim *impij in circuitu* de peccato vno in aliud,&ex posteriorib.ad priora.Piorū virtus cū ætate crescit,vitia deficiūt;Talis hæc Anna plena ætate,& sanctimonia,conformis numeri sui mysterio, quia,vt Hildephonsus notat,84.componuntur ex 7.& 12.i.septem duodecies IX. Tertia Annæ laus. 1.Thess. 5. 7. a Gen. 25. 8. b Gen. 35. 29. c 1. Par. 29. 28 d Isa. 6. 5. Prou. 26. 14. Iud 16. 21. Psalm. 11. 9. Lib. de virg. B. Mariæ c. 8

cies

cies ducta faciunt 84. Duodenarius, Apostolorũ doctrinã significat. septenarius vitã, quæ 7. hebdomadæ dieb⁹ decurrit. Innuit ergo Scriptura, exercuisse se Annam in eo, ꝙ ex Lege Christum didicerat ab Apostolis annuntiandum: vixitq; illa, vt de iustis, ait Habacuc, ex fide, vt & nos hanc, domitis affectibus, sequamur: quo fiet, vt nõ solum vitia declinemus, sed & virtute perficiamur. Sanitatem corporis qui desiderat, medici regulam sequitur. animæ itaq; sanitas, fidei obseruantia quæritur, vt Apostolus monet.

Abac. 2. 4.

Rom. 1. 16.

Quarta Annæ laus, à matrimonio feliciter & sanctè acto sumitur: quã importãt verba illa, *Cum viro suo vixerat*: vbi. n. pax nõ est, vita nõ est, sed mors. Melius putat Sapiens commorari leoni, & draconi quã cũ muliere rixosa. Vixit Anna cũ viro suo, nõ supra eũ domina, nec infra eũ serua, sed socia, dũ ipsa, humilitatẽ, viri amorẽ, vterq; verecundiã adferret, & domus curã; vir in quærendo, Anna in dispensando, virgo pura, mulier & vxor perfecta. *Quinta laus à castitate* est, quæ cõmendatur à tribus. *Primo*, Quod iuuenis nupserit, nõ suo, sed parentum, & sacerdotũ ductu. Probabile. n. eã ab infantia in Templo iuxta piorũ id tẽporis consuetudinẽ vixisse, nupsisse verò duodennẽ, vt quidã ex eis colligũt; *vixit cum viro suo annis* 7. *à virginitate*. i. à duodecimo (vt aiunt) ætatis anno: ante hunc. n. puella virginitatem non inchoat, sicut nec masculus ante annũ 14. quando scil. vterq; matrimonio incipit esse aptus. Laudatur ergo Anna, ꝙ suo sensu nuptias non elegerit, malẽs virginitatẽ, sed temporis istius vsui acquieuerit, in quo benedictæ puerperæ. *Secũdo*, Quod secundum maritũ nescierit. Etiã in lege laudata fuit virginitas, & à Deo, vt Clemens, & Ambros. obseruant, benedicta. Iudith Holofernem strauit, Iudæosq; Nabuchodonosoris seruituti exemit, *eo quod*, ait Ioachim Sum. Pont. *Castitatẽ amasti, & post virũ tuum aliũ nescisti: ideo & manus Domini confortauit te, & eris benedicta in æternum*. Debbora, Sisaram interfecit, & Zabin Regis tyrannidem excussit. Missus ad viduam Elias, vt ab ea sustentaretur, eamq; cum filio à fame seruaret. Socrum Petri, petentibus Apostolis sanauit Christus, vt viduas sibi ostẽderet cõmendatas, & Sanctorũ precibus. Mandata demũ iam olim, per Prophetas, viduarũ cura. *Iudicate pupillo, & vidua. Viduam eius benedicens benedicam*:

4. Laus Annæ.
Eccl. c. 25. 23.

5. Annæ laus à castitate.
1.

2.
Clem. l. 3. con stit. Apost.
Amb. lib. de viduis.
Iud. 15. 21.

Iud 4. 21.
3. Reg. 17. 14.

Isai. 1. 17.
Psal. 145. 9.

Pupillum & viduam suscipiet. Priuilegium hoc polygamis non conuenit:tantoq; minus,quãto nuptias repetũt frequentius: nã se incõtinentiæ accusant,& liberis priorib⁹,ait Ambr.matres suffurant, deriuantes maternũ animũ ad liberos posteriores.Dũ Romæ Hieron. Damaso esset ab epistolis, rescriptũ narrat de duobus sibi cõiunctis, quorũ, vir supervixerat 20.vxoribus,vxor vero 22.maritis,cumque auidè, vter alteri superuiueret,expectaretur, tandẽ maritus vxoris suæ funus, quasi triumphãs.Annã præstat,quã hos sequi, quibus nulla post virginitatis corona.*Tertio*, Quod licet vidua iuuenis, tamen deinceps cõtinuerit se.Superior cõputus ei sub mortem viri annos tribuit 19.vixit ergo vidua annos 65.nõ sine lucta. Etsi.n.virginitas viduitate sit dignior,hæc tamẽ,quia inuicta, est difficilior;tũ quia expertæ voluptatẽ carnis,viduæ eius sępe reminiscuntur;tũ quia nuptæ cũ sæcularibus conuersant, qui dein secundas nuptias,pro more,suadent;tũ deniq; quia ad liberorũ sustentationẽ,& debitorũ solutionẽ, seculo sæpe manent implexæ.Optimũ ergo,seruata virginitas: ꝓxima viduitas:hæc,sexagesimũ:illa,centesimũ recipiet: cõiuges vero tricesimũ duntaxat,vt post Athanasium,Hieronymus docet.

Psal. 145.11. *Li. de viduis* *Ad Ageruchiam de Monogamia epist.11. ca.2.* 3. Viduitas difficilior virginitate. *Athan. epist. ad Ammo. Monach.* *Iero. lib 1. in Iouini.*

Quæ non discedebat de tẽplo. Sexta Annæ laus, à statu religioso sumitur:nam post mortẽ mariti, memor præteriti, sollicita futuri,sæculum abscidit, seq; statui religioso dedit,dicta proin Cyrillo *Monialis*.Cõstat ex SS.literis,iã inde à Moyse,collegia fuisse earum,quæ sæculo renuntiabant, Tabernaculo vicinæ vt illic quotidiè orarẽt,quib⁹ Salomõ foris templũ, cellas fecit,narrat.n.Iosephus ædificatas ab eo,ex omni tẽpli ambitu, 30.cellas,quib.patebat trãsitus mutuus, eratq; duplex tabulatura.Habitabãt hic,quæ propositũ habebãt viduitatis:quibus & *virgines* adiũctas,Scriptura docet:sicuti ẽt hodie,filiab⁹ multi loca in Cœnobijs quærũt.Erat etiã his vt Orig.Nyssen. Clem.& alij docent locus orationis seclusus inter templũ,& altare,vbi & occisus B.Ioan.Bapt.pater,eo ꝙ B. Virginẽ illuc oratum admisisset post partũ, ꝙ eam matrẽ sciret & virginẽ. Addit Scriptura,*excubasse* has *ante fores tabernaculi*;quia cum in Templi ambitu habitarẽt,orarentq;,excubare illic videbantur, & dæmonem abigere, vitæ sanctimonia: deposuerant enim omnem ornatum,in Templi,vel pauperum vsus.*Specu-*

X. 6. Annæ laus. *Catechef. 10. sub fine.* *Li.8. Antiq. ca.3.* *1.Mach.3.19.* *Orig.hom.26 in Matth.* *Nyss. de humana Christi generatione.* *Clem. contra Anthropomorphitas.* *Exod. 38. 8.*

la sua

Exod. 38. ubi supr. *la sua* Deo obtulerant, quæ Moyses ad labrum æneum posuit, vt loti illic Sacerdotes maculas corporis dispicerent. Templi quoque pretiosa texebant, vt & hodie virgines. Fuit apud has Rex Ioas per sex annos cum auia eius Athalia, 4. Reg. 11. 3. filij sui filios interficeret. Quod ad castitatem, certum est hãc ab eis seruatam; & probabile, votam. etsi enim virginitatem prima vouerit Domini mater, potuerunt tamen aliæ viduitatem promittere post nuptias, quas ex Lege putabant ineundas. Sciebant viduitatem Deo gratã, gratiorẽ verò si ex voto præstaretur. Meliora quæ vota, quàm quæ libera. *Primo*, Quia Scriptura ad votũ inuitat: *Vouete, & reddite Domino Deo*. Ps. 75. 12. Significãs redditionẽ ex voto esse meliorẽ. *Secundo*, Quia plus dat, qui ex voto dat; opus & potentiã: vt in pomis fructũ & radicẽ. *Tertio*, Quia post votũ actio fit cũ maiori firmitate, minorique tentationis occasione. Qui liberè dat, pro arbitrio & oportunitate cessat: qui vouit, cessare non potest. Sciebant hoc viduæ illæ, ideoque se Deo vouebant, vt ei totæ seruirent. 1. Reg. 2. 22. Innuit hoc Scriptura cùm in filijs Heli tanquam grauissimum scelus notat, coitum cum his viduis: sicut & nunc, grauissima ducimus cum Religiosis sacrilegia. Christus quoque, cùm dixit: Matth. 19. 12 *Sunt Eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum*: significabat, iam tunc eos esse, qui ex Dei amore Deo castitatem vouerant, qui Eunuchis comparantur, quia coire nõ possunt: quicquid enim nõ licet, hoc Christianus non potest. Tria documenta. Disce *Primo* Non contemnere Religiosos, sed admirari, &; si potes, imitari. Sin autem, honora eos: Deo enim viciniores sunt, plusque de eo notitiæ, & plus ab eo auxilij habent. *Secundo*, Laudabilia esse & viduitatis, & virginitatis vota, in omni ætate. Sacratur enim homo Deo, & ex ancilla fit Christi sponsa. An vouendum. *Tertio*, Tentationẽ esse diaboli, qua à votis detinemur, metu maioris difficultatis, sicut post desponsationem, procus procæ sollicitiorem curam habet: sic & Christus, nostri: tũc enim viciniores ei, & illigati magis. Stultiores verò hę quę in adulta ętate, matrimonia certo abnuũt, & tamẽ vouere nolũt. Priuilegia vouẽtium. Diabolus eis vouentium priuilegia, & gratias inuidet. Deus enim vouẽtes hic peculiariter custodit, eorũ passiones minuit, spẽ roborat, metũ mortis debilitat, & in agone exhilarat; post vitã tanquã spõsas sibi dicatas liberalius coronat.

Ieiu-

Ieiunijs, & obsecrationibus seruiens Deo, die, ac nocte. Septima Annæ laus à vitæ sanctimonia est; in qua quinq; notanda. *Primo,* Quod annorum 84. vidua ieiunet. *Primo,* vt nos pudeat ieiunij tam negligentes, mortem timemus, si ieiunemus quadragesimam: & nescimus diaboli astu nobis suggeri, vt mali plus ab abstinentia timeamus, quam gula: cum tamen plures multo hæc perdiderit. & olim fere quãto quisq; abstinentior, tanto viuacior: vt in Paulo, Antonio, Hilarione patet: qui carne, piscibus, lacticinijs, vino, & cereuisia nunquam vsi. Naturam paucis contentam consuetudo, imo abusus vitiat. *Secundo,* Vt ieiunij fructum discamus. Israël manducans adorat vitulum, Anna ieiunans agnoscit Christum. Nauem pondus nimium deprimit, & corpus saburratum animã in inferna deijcit. hinc fere quot ventri deditos, totidem videas à fide apostatas. *Secundo,* Quod orationi dedita, Ieiunio domabat corpus, oratione sanabat animam. Orationem, cum ieiunio bonam esse, Raphael dixit. Sic enim Iudith vicit Holofernẽ; Esther emolliuit Assuerum; ditatus Thobias, liberatus cum socijs Daniel: & genus dæmoniorum pessimum, *non eijcitur nisi oratione & ieiunio:* Porrò ieiunium præmittitur, quia ad orationẽ disponit, carnemq; spiritui subdit. vnde & in Ecclesia Vigiliæ, festos dies orationi dicatos pręcedunt. Castaneam, si igni immittas integram, exsiliet; secus, si scissam: & homo ab oratione cito exilit, nisi ieiunia gratiæ Diuinæ eum aperuerint, vt gustum habeat. *Tertio,* Quod dies impenderit, & noctes. *Primo,* Vt perseuerantiam eius discamus. *Qui perseuerauerit vsque ad finem, saluus erit.* & *Homo sensatus,* ait Sapiens, *in sapientia manet sicut Sol: stultus autem, sicut Luna mutatur.* Abrahamum Deo sacrificantem aggressæ sunt muscæ, sed abactæ eum non distraxerunt. nos vero dolor capitis, verbum asperum, imo vanum à Deo auertit: quia parum in eo fundamur. sicuti peritus artis eam difficilius obliuiscitur, quam tyro: sic execitata diu Anna, tentationes nesciebat, quæ nos vexant. *Secundo,* Vt videamus commendationem nocturnæ orationis; qua, ad imitationem Patrum, vsi primi Christiani. *Media nocte,* inquit ille, *surgebam ad confitendum tibi.* Nox, vt recte Chrysostomus monet; & mercatores, opifices, atque Ecclesia opere ostendit, soli quieti fa-

Annæ septima laus. 1. Notandũ. Ieiunium an noceat.

Ieiunij fructus. *Exo. 32. 4.* 2.

Tob. 12. 8.

Matt. 17. 20.

3. *Matth. 10. & 24.* *Eccl. 27. 12.* *Genes. 15. 11.*

Nocturnæ orationes. *Psal. 118. 62.*

Chrys. ho. 42. ad pop. & ho. 26. in Acta.

cta non est: imo orationi conuenit, ob quietem quæ non distrahit stellarum splẽdorem, quæ cœli cuius infima pars sunt, gloriam docẽt: ob somnum & tenebras quæ mortis memoriam excitant: quantum enim dormiens à mortuo distat. Noctu animam peccatis recolendis, colendoque Deo aptiorem, Basilius docet. Nouit hoc diabolus; ideoque noctem choreis, conuiuijs, fabulis impendi iuuat: alios labore in mediam noctem fatigat, vt in clarum diem stertant. Præstat cum Religiosis citior somnus, vt mane Deo sacretur, quod enim post mediam noctem est tempus, orationi aptissimum est. *Quarto*, Quod operibus his Deo seruierit. Græcum enim λατρεύουσα cultum significat Deo proprium: de quo Christus, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli λατρεύσεις.* Disce itaque *Primo*, Opera hæc actus esse religionis: etsi id, cum Aerio, nostri negent hæretici. Nolunt illi Deum coli actibus non præceptis, & tamen coluerunt eum Magi auro, thure, & myrrha; Magdalena, lacrymis; Ioseph, & Nicodemus, myrrha, & aloe; Iudæi, vestibus & palmis; Paulus, castigatione corporis; vidua, duob. minutis: at vero, vbi vnquam hæc eis præcepta, aut à Deo in Scripturis instituta? Religio est, quicquid, etiam minimũ, ad Dei honorem fit, vnde & Apostolus; *siue manducemus, siue bibamus, omnia*, vult, *in honorem Dei* fieri. *Secundo*, Opera hæc esse meritoria: neq; enim Deus liberali Principe, qui minima etiam obsequia remunerat, est sordidior. quin sicut omni peccato, *etiam otioso verbo*, dabit suppliciũ; ita omni bono, etiam *calice aquæ frigidæ*, reddet præmium. Officia merẽtur beneficium. Etsi enim tanta nobis Christus præstiterit; vt & nos ipsos, & nostra ipsi debeamus, *serui inutiles*: tamen denarium spopõdit, dum *in vineam* misit. *Quinto*, Eleemosynarum Annæ nõ fit mentio, quas tamen Christus cõmendat, & Apostolus in viduis. Caussa huius rei est, quod Anna non habuerit propria, quæ daret. Tria perfectionis consilia Christus ita in noua lege absoluit, vt tamen in veteri lege vestigia pręcesserint; tanto perfectius, quãto Euangelium erat vicinius. sicuti clarior est aurora, pro propinquitate solis. Tempore Eliæ, & Elisei cũ sol iste adhuc delitesceret profunde, Religiosi fuêre voluntariè pauperes. Rechabitas filios Ionadab, viri nobilis & amici Iehu Regis, nec

agros

Basil ep. ad Grego. Naz. — *Matth. 4. 10.* — *Matth 2. 11.* — *Luc. 7. 38.* — *Ioan. 19. 39.* — *Matth. 21. 8.* — *1. Corin. 9. 27.* — *Luc. 21. 2.* — *1. Cor. 10. 31.* — Merita operum. — *Matt. 12. 36.* — *Matt. 10. 42.* — *Luc. 17. 10.* — *Matth. 21. 3.* — *Matth. 6. 2.* — *1. Timo. 5. 10.* — *Ierem 35. 14.*

agros possedisse, nec domos ex mãdato patris sui Ieremias testatur. Filij Prophetarum Eliæ, & Elisæo obedientes, in communi vixere sine vxoribus; & ex his orti postmodum Esseni, qui Iosepho, & Plinio testibus, longe ante Christum viuebant in cõmuni, sine opibus, & vxoribus, in magna sanctitate. idq; *Primo,* Vt aliquatenus statũ innocentiæ attingerent. Peccatũ res diuisit; sine eo omnia habuissem⁹ cõmunia. *Secundo:* Quia videbant lumine naturæ, ex ꝓprietate solicitudinẽ, & ex hac nasci distractionem à Deo, & animi maculas; labefactari fiduciam in Deum, & imminui eius amorem; restingui charitatẽ proximi, & accendi amorem sui. Videbant sine proprietate homines Deo inhærere fortius, seruire alacrius. legerant quod est apud B. Iob; *Cum satiatus fuerit arctuabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet in eum:* quia vt Gregorius ait: *Mens auari quæ prius ex abundantia requiem quæsierat, post ad custodiam grauius laborat.* sollicite ab astutis, fraudem; à potentibus vim metuit: *vbi enim thesaurus ibi est & cor.* Sciebant, quod dicit Dauid: *Beatus populus cuius Dominus, Deus eius:* & *cui Dominus pars hæreditatis.* Mulieribus, quarum feruentior semper in Deum pietas, vitæ huius in sexu suo exempla non deerant: viuebantque illæ prope Templum, etiam in communi. B. Virgo tamen, & Apostoli dein, primi vitam hanc voto firmarunt, vt Augustinus docet : ac post hos, vt ex Actis, Vrbano, & Athanasio constat, Christiani multi. ita tamen vt inter Ecclesiasticos præcipuè, hoc vitæ genus, teste Vrbano, remanserit: quemadmodum etiam hodie, in Cœnobijs videmus. Apostolos viduarum collegia habuisse, ex Actis patet: easq; voto obstrictas, Apostolus docet. successere dein, vt Ignatius loquitur, *Collegia virginum,* quæ Deo maiori feruore seruirent. Gaudet Deus animi pariter, & corporis integritate: hæc autem virginibus maior, quam viduis. gaudet fiducia in ipsum fixa: hæc autem voluntate pauperibus maior, quam necessitate. gaudet demum humilitate, quæ mater obedientiæ.

4. Reg. 2. 3. *Iosf. 13. Ant. c. 9 & 19. l. 15. ca. 2. l. 2. belli. c. 7.* *Plin. l. 5. c. 17.* Vitæ communis caussæ. 1. 2. *Iob 20. 22.* *Greg. 15. mor. c. 13.* *Matth 6. 21.* *Psal. 143. 15.* *Psal. 15. 5.* *Aug. 16. Ciu. c. 4.* *Act. 4. & 5.* *Vrb. ep. ad omnes fid.* *Athan. in Synopsi.* *Act. 6. 1.* *1. Timo. c. 11.* *Igna. ep. 5.*

XII. *Et hac ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo, omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* Venit in Templum Anna non vocata, sed à Spiritu sancto ducta, Christumque ibi confitetur; vt fecerat Simeon.

Christus vbi? Luc. 2. 46. Nota *Primo*, Inueniri hic Christum non in plateis, aut sæculi foris; sed in Templo, vbi & postea inuentus à matre. sancti, sancta; profani amant profana: tabernas, ebrij; ganeas, impudici; aërem, aues; aquam, pisces; pascua, equi & boues, pro naturæ inclinatione. Vide quæ loca ames tu, & inclinationes animi tui, naturamque disces. *Secundo*, Annam non dissona, sed in omnibus cum Simeone consona loqui: idem enim vtrumq; agebat spiritus. Ecclesiæ vnitas. In Ecclesia idem dicimus, & credimus omnes, estque vnitas certa Ecclesiæ nota; quod Catholica cū sit, vna sit. Hæretici ab vno inchoant, sed statim discerpuntur in multa. cur? veritas sola vna est, falsitas multa. de sedente quisquis verum dicit, vnum dicit: nempe, quod sedeat: qui vero falsum, multa dicere potest; quod stet, ambulet, iaceat, pronus, supinus, rectus, &c. Quæris itaque Ecclesiam? Vnam quære, & inuenies Catholicam. *Tertiò*, Pios etsi conditione differant, conuenire tamen, vt proximum iuuent. Simeon vir, Anna vidua, idem prophetant. Multi per se solos omnia volunt expediri; similes auaris mercatoribus, qui vt laudent sua, vituperant aliena. Si damnum videas ex Pastorum ineruditione, vel vitæ scandalo, vel timiditate in vitijs reprehendendis, potes alios vel ad te, vel ad alios allicere: vbi vero hæc vitia non sunt, Deo gratias age, & cum Apostolo gaude, Philip. 1. 18. quod *omni modo* annuntietur Christus; atque ita meritorum particeps fias. aliter quisquis agit, aut superbia laborat, aut inuidia, aut auaritia, &c. Diuerso modo hominum salutem promouêre Franciscus, & Dominicus: hic eruditione, ille humilitate: & tamen quanto amore se, posterosque obstrinxerunt? Habet Ecclesia diuersos Ordines ad hominum vtilitatem; hi, se mutuo; & sæculares, Ecclesiasticos iuuare debent, non impedire. famulus de auxilio, & miles de subsidio gaudet. Orig. hom. 17. in Luc. *Quarto*, cum Origene nota; Verba Simeonis ab Euangelista exprimi; Annæ non item: quia mulierum non est, 1. Cor. 14. 34. vt Apostolus monet *in Ecclesia loqui*: sed *domi viros interrogent*, & priuata instructione, vitæque exemplo alios doceant. Aliud egisse, hæreticis conuenit: nempe Priscæ, & Maximillæ Pamel. c. 41. Tert. de præscript. apud Montanistas; & mulieribus quibusdam, apud Lutheranos, quas Lutherus sacerdotes esse docebat, non minus quam

sint

ſint viri, ſed dogmata iſta, Eccleſiæ anathemata ſunt. Apoſtolorum tempore præter alias, B. Virgo ſupererat: nulla tamen earum, vt recte B. Clemens, concionata eſt, vel docuit. Fœminarum in inſtruendis alijs officium, pulchre exemplum pulchrum exprimit, quod eſt apud Sozomenum. Erat apud Iberos in Armenia mulier captiua, Chriſtiana, & pia; quæ, non obſtante diurno labore, die & nocte Deo vacabat, ieiunijs, alijſque pœnitentiæ operibus: cauſſam vero rogata, reſpondebat, Chriſtum his coli. Contigit illic filium alterius fœminæ ad mortem decumbere, quæ, pro loci conſuetudine, filium ſuum ad omnes circumuexit, remedium exploratura; eoq; nõ inuento, tandem Chriſtianam hanc accedit: illa vero, Medicinam, inquit, carnalem neſcio; confido tamen Dominum meum Ieſum Chriſtũ, mihi non defore. & poſtquam oraſſet, ille cõualuit. Rex hoc audito, eam ad ſe accerſit, nam & eius vxor deſperabatur: ſed & illa conualuit, fidemq; didicit. tunc Rex, quam, ait, mercedem reddemus mulieri huic? Reſpondit vxor. Intelligo eam nec aurũ quærere, nec honores, ſed Chriſtum amare: gratũ itaq; ei erit, ſi & nos eum amemus, fidemq; eius amplectamur. Audijt Rex cum admiratione, ſed amplius nihil, donec aliquot poſt diebus ad venationẽ profectus, ita denſis tenebris in ſylua obruitur, vt errantibus omnibus explicare ſe non poſſet: tunc Chriſti memor, conuerſionẽ ſpondet ſi iuuetur, & ſtatim pulſis tenebris ſol reſplenduit. Atq; ita cõuerſus Rex ab Imperatore Cõſtantino Sacerdotes, & Epiſcopos petijt, qui populũ inſtruerent. Quos ille libens miſit, & vnius captiuæ ope regnum integrum Chriſtus cœpit. Nota *Quinto*, Annam exemplar eſſe & ſpeculum viduarum omnium, quas docet *Primo*, Abſtinere à viſitationibus ſæcularibus, in quibus frequens de alijs detractio. *Secundo*, Conuerſari cum pijs, & his qui redemptionẽ expectant. *Tertio*, Loqui non vana, ſed *ad ædificationem* vt monet Apoſtolꝰ: viduarũ enim eſt iuniores inſtruere. *Quarto*, Tẽplo, & domo non decedere: hic peccata iuuentutis & luxum defleant, ſpem omnẽ in Deum figant, Chriſto inhæreant, Cõfeſſionem, & Communionem frequentent, Diuina magis quã humana cogitent, affectꝰ ſuperent, ad ſponſi aduentũ ſe parent, eumq; appropinquãtem

Clem. 3. Cõſt. c. 6.

Sozo. l. 2. c. 4.

Anna viduas docet.

1.

2.

Ephes. 4. 29.

cogitent, qui vt maritum, fors vix adultiorem, ita & ipsas breui euocabit. Videant itaque vt eum non peregrinū inueniant, sed sponsum meditatione, Sacramentorum vsu, & eleemosynis in pauperes notum; in illis enim ipse videtur, suscipitur & tractatur. Clemēs viduam vocat, *Deo aram:* Deo igitur semper adsit omnesque ad Deum adducat.

Clem. 3. Cōst. c. 6. & 14.

XIII. *Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatem suam Nazareth.* Nota *Primo*, Non reuersos Domini parētes antequam implessent omnia, vt & nos nō inchoemus tantum, sed & perficiamus bona. Qui domū relinquit imperfectam, cum risu audit, quod dixit Christus: *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* & nos dæmones rident; quoties propositum boni operis, vel initium non perficimus. *qui perseuerauerit, saluus erit.* Monet Christus; vt perfecti simus, sicut *& Pater cœlestis perfectus est.* habet autem Deus perfectionem triplicem. *Prima* est, secūdum naturā; qua, vt Moysi dictum, habet *omne bonum.* *Secunda* est, in operibus: de qua Moyses, *Dei perfecta sunt opera.* tum, quia eis nihil deest; tū, quia ex amore, & bonis exhibentur & malis: *pluit*, enim, *Deus super iustos & iniustos.* *Tertia* est, in patientia, qua Deus *sustinet vasa iræ*, imo benefacit eis, vt conuertantur, & Christus cum omni patientia dolores omnes sustinuit. Tria hæc imitari disce, *Primo* Animam perfice virtutibus. *Secundo* Proposita bona in Deum absolue, & tam inimicis quam amicis benefac. *Tertio* In aduersis serua patientiam, *habet* enim, *illa opus perfectum.* noli queri, vel murmurare; perfectus es, si etiam gaudeas, Christi exemplo qui pro inimicis ex summa gloria, ad imam descendit pœnam. Nota *Secundo* Reuersionem hanc non contigisse statim à Purificatione B. Mariæ. sed Lucas, fugā in Ægyptum à Matthæo descriptam, omisit. Cum enim Simeonis & Annæ vaticinia omnibus innotuissent, territus Herodes Domino mortem molitur, sed frustrà: monitus enim Ioseph in Ægyptum, cum Christo abijt, impletumque tunc, quod habet Isaias: *Ecce, ascendet Deus super nubem candidam*, nempe B. Mariam, *& intrabit Aegyptum, & commouebuntur simulachra Aegypti à facie eius.* Hæc enim tūc impleta Origenes, & Athanasius Ægyptij; Eusebius, Sozomenus, Nicephorus, Euagrius, alijque testantur. nam

Luc. 14. 30. Matth. 10. & 24. Matth. 5. 48. Perfectiones Dei. Exod. 33. 19. Deut. 32. 4. Matth. 5. 45. Rom. 9. 22. Perfectio nostra. Iacob. 1. 4. Matth. 2. 41. Isai. 19. 1. Orig. hom. 3. diu. Athan. l. de Inc. Ver. Euf. 6. demōs. c. 20 Soz. l. 5. c. 21.

nam cum Dominus Hermopolin, id est, Mercurij vrbem, in qua, vt ex Pindaro Volaterranus docet, Pan colebatur, & hircus; appropinquaret, inclinauit se arbor procera Christo, omnesque diaboli Ægypto eiecti sunt, & idola conuulsa. arboris autem istius fructus, folia, & cortices acceperunt gratiam sanitatum. Porrò, vt Choniales testatur, nõ substitit Christus hic diu, sed Tamiathum abijt: &, vt author Brocardus, regionem vniuersam peragrauit. Mater Domini inter Heliopolin (vbi studuit postea B. Dionysius, & eclypsin vidit) & Cayrũ, quæ nunc est Babylon, habitauit: vbi linea Filij sui in fonticulo lauit, & in petra ad solem siccauit. Aqua autem fontis istius vicina rigat, vt balsamum ferãt, habetque, vt in se ipso expertus Brocardus, virtutem sanandi: ita vt etiam hodie locum illum Turcæ, in Christi honorem, perpetuo lumine venerẽtur. Epiphanius, Dominum hic putat mansisse annos duos: Nicephorus, tres; alij, sex vel septem. quando monitus ab Angelo Ioseph ad Iudęos redijt, vt, mortuo Herode, regeret eos Christus: desijt enim tunc regnum, in tetrarchias distributũ. Ioseph autem cum putasset digredi in Bethlehem; tum, quod Dominus illic natus; tum, quod sex tantũ millibus abesset Hierosolyma: audiens Archelaum patri successisse, veritusq; crudelitatem eius, in ignotum Galilææ oppidum Nazareth deflexit, vbi Dominus fuerat cõceptus. Matthæus id factum ait: *Vt adimpleretur, quod dictum est per Prophetã: Quoniã Nazaræus vocabitur.* Noluit Domin⁹ Bethlehemita dici, vel Hierosolymitanus; sed ab oppido, cuius nulla in veteri Testamento mẽtio, nomẽ trahat, & Nazaren⁹ dicitur. *Primo*, Vt humilitatẽ doceat. *Secundo*, Vt ꝙ Iudæi fecerũt ad Christi ignominiã, nos vertam⁹ ad gloriã. Putabant illi non posse à Nazareth esse aliquid boni: inde nos salutẽ, nobis fatemur. cõceptus enim ibi Domin⁹, & faber fuit iugorũ, vt Iustinus ait, & aratorũ, vsq; ad annũ ætatis 30. Vnde tãtus Domini in hãc domũ amor, vt eã an. 1291. in Dalmatiã, postea in Italiã Lauretũ transferri, per Angelos, voluerit. *Tertio*, Quia *Nazareth*, vel vt Romę est in titulo crucis, *Natsareth, floridum* significat, vel *florem*: Dominus autem flos est, de quo Isaias: *flos de radice eius ascendet*: floruitque omni vita, omni virtute. vt pro in meriti honoris titulus sit IESVS NATSARENVS REX IVDÆORVM. quem recte honorat, quisquis manu

Nic. l. 10. l. 31
Eus. l. de vi. PP. in Apoll.
Volaterr. l. 12

Choni. in Manu Comneno l. 5.
Broc. in descr. ter sanctæ.
Dion. ep. 7. & 11.
Epiph. hær. 51
Niceph. l. 1. c. 12.

Matth. 2. 23.

Christus cur Nazarenus.

Iust. con. Tryph.

Isai. 11. 1.

tenens oculis,& naribus obijcit, vt odore eius, ad imitationē excitetur. *Pascitur* enim *inter lilia*,& *hortus eius* omni virtute *floridus*. *Puer autem crescebat, et confortabatur, plenus sapientiâ, & gratia Dei erat in illo*. Quatuor hic dicũtur de Christo. *Primo*, Crescebat; corpore: vt alij pueri. *Secundo* Confortabatur; corpore non solũ, sed & spiritu: addit enim græcus; πνεύματι. *Tertio*, Implebatur sapientia: vbi enim nos habemus *plenus*, græcus habet πληρούμενον. *Quarto*, Erat gratia Dei in illo. Nota Christũ à primo conceptionis initio, triplici sapientia plenum fuisse. *Primo*, Diuina. *Secundo*, Beatifica. Vidit namq; Deum ab initio,& alia in Deo: sicut iam vident Beati. hoc enim important verba illa *Vado parare vobis locum*,& accipiam *vos ad meipsum*, vt *vbi sum ego*, *& vos sitis*: nempe in gloria, quam ego nunc secũdum animam habeo. Scientiam hanc, saltem continuã, nemo viator habuit, præter Christum, ex vi hypostaticę vnionis. *Tertio*, Infusa: qualem Adamus quoq; habuit, dum statim à creatione rebus nomina sua imposuit. de hac scientia quærebant Iudæi: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit*. In nulla harum Christus profecit: nam si in vtero matris gratia plenus Ioannes, quãto magis & gratia,& sapientia plenus ille qui implebat Ioannem? factusque est caro, cum esset *Verbum plenum gratiæ & veritatis*. Cum ergo dicitur Christus sapientia proficere,& gratia; sensus non est, quod in ipso ea augmentum ceperint: sed quod magis se exeruerint. sicut solem dicimus clarescere, cum nobis maiorem spargit claritatem. Christus itaq; pro ætate, morum grauitate, benignitate, gratiaque se omnibus commendabat, vt ab eo discamus, cum annis maturescere. quid enim annorum numerus, quid spiritualis natiuitas,& confirmatio, nisi perficiamur? Dat hoc Eucharistia: quam eo fine baptizati suscipiunt, vt, iuxta Apostoli monita, virtute *crescant*,& pro ætate meliora, maioraque opera faciant, plus ab adultis exiget Deus, quam à pueris;& ab Ecclesiasticis, quam à sæcularibus; à Superioribus, quam subditis; à Religiosis, quam Laicis. *Cui plus donatum, plus ab eodem exigetur*. Vide Dei dona vtiliter dispenses; cogita aliquando reddendam rationem, etiam de verbo otioso. Hic infinita Dei misericordia, in futuro erit infinita iustitia.

Cant. 2.17. *Cant. 1.16.* Sapientiæ Christi. *Ioan 7.15.* *Luc. 1.15.* *Ioan. 1.14.* Christus quomodo profecit. *Eph. 4.15.* *Luc. 12.48.*

ORA-

ORATIO.

DOmine Iesu Christe, æterna Patris sapientia & vita hominum, quorum amore in mundū hunc venisti mirabile signum: Deus, & homo; pauper & diues, matris creator, Virginis filius, æternus & temporalis; omnia portans & portatus; Tu nobis signū, & scopus actionum: Tu venturus Iudex vt reueles cogitationes nostras, & remuneres. Oramus te, miserere nostri, per sapientem pueritiam tuam, in qua latentis propter nos Diuinitatis splendorē paulatim exeruisti. Digneris nos ad te benignus attrahere, & regere. Conuerte hæreticos, qui ad verbi tui lapidem impingunt, excita peccatores, erige lapsos; qui misericordiæ, vel iustitiæ tuæ occasione labuntur. Sine te nec ire possumus, nec consistere. Tu vita nostra, & resurrectio. Per tristitiam B. Matris tuæ, quam virgo, & vidua & morte tua sensit, adesto omnibus viduis Christianis, easq; solare. Congregationes spirituales perfice: gratiam nobis implendæ legi tuæ largire. Qui viuis, & regnas cum Deo Patre, in vnitate Spiritus sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM. QVAE in ordine est Dominica VI.

Euangelium Luc. 2.



Vm factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisq́ diebus, cum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & nō cognouerunt parentes eius. Existimantes autē illum esse in comitatu, venerunt iter diei: & requirebant eum inter cognatos, & notos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. Et factum est post triduum, inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & intrrogantem eos. Stupebant autē omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce, pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud Deum & homines.

Breuis

Breuis Euangelij Exegesis.

PRæceperat in lege veteri Deus, vt omnes Iudæi, masculini sexus, à vigesimo ætatis anno, ad quinquagesimum vsque, ter quotannis Ierolymam adscenderent: nempe; in Paschate, Pentecoste, & festo tabernaculorum, quod decimaquinta Septembris celebrabatur. Vt hac via concordes permanerent in lege Moysis, ac sacrificijs, & obedientia summi Sacerdotis, qui Ierosolymis habitabat. Sunt qui dicant; eos qui Ierosolymis longius distabant, ex Dei dispensatione, semel duntaxat adscendere solitos. Quod fors Ioseph præstitit, qui habitabat in Nazareth, quæ, tridui itinere, Ierosolymis abest. Porro etsi præceptum hoc mulieres, & pueros non obligaret: B. Virgo tamen illud, ob feruorem religionis, quo flagrabat, præstitit. Puerulus quoque Iesus comitatus semper videtur; tum, quod mater nollet eum domi solum relinquere, ab eoque tot diebus ab esse: tum; quia non dicit Euangelista, Iesum hoc anno primum adscendisse cum parentibus; sed quod iam primum in templo manserit: significans, etiam aliàs eum illuc adscendisse. Adscendebant autem parentes Domini quotannis, etsi Archelaus Iudææ Rex esset, ob quem Ioseph ex AEgypto rediens, cum Domino non audebat in Bethlehem habitare; spera- Exod.23.17.

ſperábant enim, in tanta ſolennitate, omnibus Ieroſolyma confluentibus, neminem obſeruaturum in puerum; præſertim, cum non niſi ad ſeptem, vel octo dies illic permaneret. Duodennis ergo Dominus aſcendit, cum parentibus, inter amicos & notos: imo omnes pene ciues Nazarenos. Videntur enim in hac profectione, omnes qui eiuſdem erant ciuitatis, vel vici coniunctim profecti; quod & hodie apud multos in celebrioribus peregrinationibus, v. g. ad B. Virginem Lauretum, vel Treuiros ad S. Matthiam, obſeruatur. Ieroſolymis celebrabant feſtum iuxta legem, per ſeptem dies, ac dein rurſus turmatim domum reuertebantur. Ieſus autem inſcijs parentibus, Ieroſolymis manſit; dum illi eum putant eſſe inter notos, quod facile citra eorum culpam potuit contingere: multa enim Chriſto, qui Patris ſui ſapientia eſt, ad hoc media ſuppetebant. Fors illi aliquid in ciuitate obliti, puerum cognatis commendarunt, quibus ille inhærere noluerit, redieritque in ciuitatem, quaſi parentes quæſiturus: atque ita ſubtrahens ſe eorum oculis, in aliam viam declinarit. Aut forte Deo ita permittente, parentes hi alium puerum, ſuum putarunt. Hoc certum, eos hac in re nihil deliquiſſe: Chriſtus enim eos nunquam reprehendit. Voluit autem Chriſtus inſcijs parentibus id fieri, ne rogati reluctarentur; atque ita inobedientiæ exemplum pueris daret, manens parentibus inuitis. Abierunt ergo, nihil ſuſpicantes, iter vnius diei: donec veſpere puerum, præter conſuetudinem, vident nō venientem ad ſe, cibi, vel ſomni cauſa: tunc enim cœperunt eum inter amicos, vicinos, ac notos requi-

requirere, eoque non inuento, postridie tristes Ierosolyma redeunt; non quod errasse putarent, quem sciebant Deum, Deique Filium, qui Patri curæ sit: sed tum, quod mater ei timeret aliquid à Iudæis illatum, quibus ex ciuium sermone innotuisset; vtpote cuius causa ante duodecim annos, ab Archelai parente innocentes iussi essent interfici: solent enim timere matres, præsertim vero ea, quæ cum mater esset sine patre, amorem filij, qui in alijs parentibus diuiditur, sola habebat totum: tum, quod metuerent aliquid à se, in eius educatione admissum, quod ei displiceret, & ob quod ab eis recederet. redeunt ergo Ierosolyma Festini, sollicite obuios quosque de puero interrogantes, omniaque scrutantes: vt proin sero Ierosolyma sint ingressi; nec eo die quicquam potuerint, præter hospitij locum, explorare. Postridie, id est, tertio die templum accedunt, tum oraturi Deum, tum puerum quæsituri, quem religione magis, quam lusibus delectari sciebant. Erat receptum apud Iudæos, vt ex Actis patet vt in Synagogis, ac præcipue in templo, statis diebus, disputationes de lege, aut collationes instituerentur; quæ Ierosolymis potissimum vigebant, eo quod hic religio, & doctrina floreret. Sedebant hic doctissimi, præstantissimique, vt Christus significat, *super cathedras* alij in scamnis; plebs vero & pueri, humi, &, vt Ambrosius testatur, in mattis. Accesserat ad has disputationes Christus, & cum pueris humi sedebat; porro quia cuique licebat, prout suggereret ei Deus, interrogare, (quod & inter primos Christianos olim

Act. 13. 15.
Matth. 23. 2.
Ambros. 1. Cor. 14.

olim licuit) interrogauit nonnunquam Christus; sed cum debita modestia, & grauissimas quæstiones, quibus cum à Doctoribus videret non sufficienter responderi, ipse responsionem, hac ferè verborum forma; insinuabat. *Dici forsitan posset, &c.*

Illi vero sapientiam eius admirati, in alijs quoque aliorum quæstionibus, sententiam eius petierunt multum attoniti, quod puerum videant duodennem, tam doctè, accommodatè, benignè, & modestè interrogantem, disputandem, & resoluentem. Viuebant adhuc multi, etiam Docti, qui ante duodecim annos, tres Reges meminerant Messiæ natiuitatem annuntiasse, vt ergo his in memoriam reuocaretur, quod non esset inter cæteros, Messias quoque interfectus; sed quod ipse idem ille esset; voluit Christus hanc manifestare in se sapientiam, annis puerilibus maiorem. Imò probabile est disputatum hic, de Messiæ aduentu, eiusque persona: hoc enim semper laborauit Christus, vt Messiam ostenderet non purum hominem, sed Deum, & hominem fuisse: & licet istud non semper, in terminis formalibus asseruerit. Scripturas tamen, & rationes adducebat prægnantes; ex quibus docti id facile concluderent, dum ergo sic cum Doctoribus disputat, parentes eius superueniunt, qui populum videntes attonitum, simul & attentum, ipsi quoque obstupuerunt, eo quod nunquam simile quid, in filio experti essent, neque in medium prodeunt; deterrebat enim eos honesta

honesta verecundia, sed in populo subsistentes, finem disputationis expectant; ac tum B. Virgo, *Fili*, ait, *quid fecisti nobis sic?* Vt à nobis inscijs recederes, atque hic remaneres? *Ecce* Ioseph qui ideo *pater tuus* dicitur, quia maritus meus est, *& ego*, mater tua, *dolentes quærebamus te.* Quæ non sunt litigantis verba, aut de peccato corripientis: sciebat enim CHRISTVM DEVM, in quem peccatum non cadit: sed dolorem indicantis, vt sic indaget, num à se quicquam fuerit commissum, quod ei displiceret. IESVS sapienter respondet, *Quid est, quod me quærebatis?* an putabatis errasse, nesciebatis me non venisse in mundum otij, & quietis causa, sed vt faciam quæ mandauit Pater? Quæ responsio obscura erat, & alijs nescientibus, de quo patre loqueretur; & parentibus ipsis, qui etsi eum de Patre cœlesti intelligerent loquutum, nesciebant tamen adhuc, quæ essent Patris; & quod ille mandatum filio dedisset: propter quod, & omnia eius opera, continuo admirabantur.

Erat interim magnum eis hinc solatium, quod intelligerent non suo id vitio, aut culpa contigisse. Dehinc simul redierunt in Nazareth, & Dominus, pro consuetudine, erat parentibus subditus, matri ministrans, & patrem in opificio fabrili iuuans, vnde & *faber* dictus est: *Marc. 6. 3.* & de eo Iustinus refert, quod aratra soleat conficere, & iuga. *Iustinus dial. cū Triphone.* Instruebat præterea illos, in omni virtute qua dictis, qua factis: & sapien-

ſapientiam paulatim, pro ætatis ſuæ conditione, aperiebat: benignitate ſua, ſe oſtendens à Deo dilectum. Maria vero omnia obſeruabat, conferens ea in corde ſuo, quorum etiam nonnulla poſtmodum Diſcipulis eius; Matthæo præſertim, & & Lucæ dictauit. Quid vero dehinc Chriſtus ad annum vſque trigeſimum fecerit, non inuenimus. Veriſimile eſt, eum poſt Ioſephi obitum, (qui non diu poſt hunc annum contigit, teſte Epiphanio) matri inhæſiſſe, eique opificio victum quæſiſſe: ac cum ea in omni ſanctitate vixiſſe, ſine vlla miraculorum publica exhibitione; hæc enim in tempus prædicationis ſuæ differebat.

Epiphan. hær. 78.

Documenta primæ Concionis.

I. *CVm factus eſſet Ieſus annorum duodecim.* Quid ad duodecimum vſque ætatis annũ egerit Dominus, ex Scriptura non liquet: niſi quod in ea alibi teſtatum ſit, eum literas non didiciſſe, (cuius contrarium olim docuerunt quidam hæretici) vnde de eo dicebant Iudæi, *Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit?* Lucas in ſuperioris Dominicæ Euangelio eum dixit; *plenum ſapientia, & gratiam Dei fuiſſe in eo:* ſignificans, quod in pueribus annis, non pueriliter, ſed ſapienter ſe habuerit cum omnibus: inſtruens eos, eiſque, ac præcipuè pueris, Dei timorem inculcans. Præter omnes tamen Matrem inſtituebat, quæ, ex ſapientiſſima eius doctrina, eum facile aduertebat ſapientia plenum, vti ex eiuſdem teſtimonio B. Lucus hic notat. Benignus præterea erat; qua verbis, qua moribus: ac proin omnibus charus, cum enim de eo Lucas ait *gratia Dei erat in eo*: illum ſignificat non Deo ſoli, ob inhabitantem gratiam interiorem, quæ à nemine videtur;

Apud Iren. lib. 1. cap. 17.

Ioan. 7. 15.

Luc. 2. 52.

ſed

ſed hominibus quoque gratum fuiſſe, & in omni opere acceptum. De pueris, etiam quinquennibus legimus, quod bona multa fecerint. Sic Reuerend. Epiſcopus Thomas Cantipratanus, & ex eo alij referunt, de puero quinquenni Achaz, qui anno 1220. Thorouti in Flandria rigidam Minoritarum vitam, magno feruore amplexus, multis extitit virtutis occaſio; & parentes quoque corripuit, ac correxit: vt alias à me relatum memini. Si hæc Achaz iſte quinquennis, dubium certe non eſt, quin Chriſtus etiam puer maiora multo præſtiterit; qui in mundum venerat, vt homines *veritatem* doceret. Ante duodecimum tamen ætatis annum, extra Nazareth operatus non eſt, duodennis vero incepit exerere diuinitatis ſuæ radios, quia hoc anno pueri maturefcunt, inchoantque annos diſcretionis. Aptabat autem opera ætati ſuæ, vt diabolum diuinitas eius lateret, ne paſſio & hominum redemptio impediretur.

Cantipr. l. 2. Apum c. 28. Meierus in Ann. Fland. anno 1220. Molanus 11. Iunij. SS. Belgij. Serm. 14. post Pent. §. 9.

Ioan. 17. 37.

Diſce *primo*, quanto flagrarit Chriſtus deſiderio nos iuuandi: noluit expectare viriles annos, quibus aptus videri poſſet ad docendum; ſed ſimul atque per ætatem licuit, citra manifeſtationem diuinitatis, cepit homines ad doctrinam ſuam præparare, vt ſic aptiores redderentur, ad S. Ioannis Præcurſoris ſui ſermones: erat enim doctrina Chriſti (in minima etiam eius ætate) non exterior tantum, qualis humana eſt; ſed animum penetrabat, corda emolliens. Ex eodem fuit deſiderio, quod noluerit tempore paſſionis ſuæ exſpectare, vſque dum ſanguis eius violentè, à Iudæis, in flagellatione, coronatione, aut crucifixione profunderetur; ſed ipſe eos præuenit in horto, ſudans ſanguinem: vt oſtenderet, quam libens pro nobis omnia paſſus ſit, noſque ſimul ad ſpontaneam aduerſorum pro ſuo nomine tolerantiam, & feruentem charitatem prouocaret. *Secundo*, Diſce: tempus diſcretionis inchoari anno duodecimo; ac proin inconſulto faciunt parentes, qui filios ad ſacram Communionem ante 15. vel 16. annum ætatis, non admittunt: quaſi eo vſque Communioni fuerint inidonei. Excuſantur quidem filij, ſi parentibus hac in re, per ignorantiam obediant; eſt tamen in parentibus culpa, quorum

Amor iuuandi nos in Christo.

Luc. 22. 44.

Annus diſcretionis.

Hugo de off. Eccl. cap. 20. Cypr. serm. 5. de lapsis.

non debebat esse tam supina ignorantia. Olim etiam infantibus, statim post baptismum, datam Eucharistiam Hugo de S. Victore testatur, & ex S. Cypriano patet. Sed abrogatum id postea, non quia paruulis non detur per Eucharistiam gratia, sed quia ob saliuæ defluxum; neque suscipiebatur, neque retinebatur digne Sacramentum, etsi enim tanto maiorem dent Sacramenta gratiam, quanto maiori cum pietate suscipiuntur; dant tamen & se ipsis magnam, quoties non inueniunt malæ voluntatis obicem, qui in paruulis iam baptismo mundatis non est. Ideoque apud Græcos, vt de suo tempore, id est, anno 1300. testatur Nicephorus Calistus, dabantur pueris reliquiæ, quæ, post aliorum communicationem, supererant. Quod sibi placuisse, Deus etiam miraculis, vti ex Euagrio, & Turonensi patet, declarauit. Contigit enim circa annum 552. Iustiniano imperante, Constantinopoli (vbi tunc Patriarcha erat Menas) puerulos, pro consuetudine, finito sacrificio ad sumendas reliquias in templum vocari, eratque tunc inter eos puerulus Iudæus, qui postquam cum cæteris, ex innocentia, Sacramenti reliquias sumsisset, domum rediens, rem parenti vitriario aperit, qui excandescens ira, eum in fornacem candentem conijcit: osque fornacis occludit, vt inibi puer totus combureretur. Mater huius crudelitatis ignara, filium totis ædibus, & vrbe quærit per triduum, ac tandem fessa, cum eum non reperisset, ad fornacem sedens, querula voce, & lachrymans exclamat; charissimum filium perditum. Ille audita matris voce, *Ego*, ait, *hic sum*. Tum illa fornacem aperit, puerum inter prunas videt, extractum causam interrogat tam stupendæ rei. Ille exponens rem omnem, mulier, ait, quæ in Christianorum templis est, (viderat autem ibi statuas B. Virginis) purpurea chlamyde sua me ab igne protexit, ac per triduum hoc, cibo, & potu fouit. Intellexit rem eandem Imperator, qui parentem, vtpote in perfidia pertinacem, suspendi iussit: mater vero, vna cum filio, baptismum suscepit. Corpus Christi magnam habet in Eucharistia efficaciam, quæ pueris, præsertim ratione iam vtentibus, subtrahi non debet. *Sicuti*

Niceph. l. 17. cap. 25.

Euag. l. 4. cap. 35. Turon. de glo. Mart. cap. 10.

enim

enim *fermentum*, ait Cyrillus Alexandrinus, *massam immutat: ita & Sacramentum hoc*, non animas tantum, sed corporales quoque affectiones, & inclinationes malas tollit, vel saltem imminuit. Disce *tertio*, annum duodecimum aptum esse deliberationi, de eligendo vitæ statu; ac proin iam tum orandus est Deus, vt mereatur homo vocationem, in qua Deo optime seruiat. Aduertendum quoque ad inspirationes diuinas, nempe quo vocetur, & in quo statu maxime acquiescat; vt dein eo studium omne dirigat. Non ergo parentes cogant filios, aut protrudant, sed Deo rem hanc permittant, filijsque dent libertatem; imo eos, in eo quod elegerint, promoueant. Fit enim sæpius, ex nimia parentum importunitate, vt filij statum illum eligant, ad quem à Deo non vocantur, quemque male adimpleant; imo vt multi damnentur in vita religiosa, qui in sæculari saluati fuissent. Disce *quarto*, à prima ætate Deo seruire, & vt Propheta loquitur, *Iugum ab adolescentia portare*. Quibus enim in pueritia adsuescis, eisdem in senecta adhærebis. Noli te putare à Deo creatum, vt prouectam duntaxat ætatem ei cōsecres; quin sicut gratior est flos recēs, marcido; & vestis noua, præ vetere placet; sic gratior quoque Deo est, immaculatus adolescentiæ vigor, quam senectutis tarditas, inclinationibus malis deprauata. Disce *quinto*, diligentiam in bono: neque ea quæ officij tui sunt differas, vel negligas. Addit diligentia hæc operi gratiam, quia indicium est maioris feruoris. Disce *sexto*, Proximo in omni ætate benefacere: nullius enim ætas nimis exigua est, ad impidiendum malum, vel promouendos peccatores ad bonum. Disce *septimo*, Nihil legi, quod à duodecimo anno, ad trigesimum vsque, Christus egerit: ne & nos non nimis indiscreto zelo flagremus. Sunt qui sibi tantum viuunt, quibus labor iuuandi alios non placet: instar serui nequam talentum defodientis. Sunt contrà, qui omnia curant, quibus nihil videtur rectum, sine ipsis rectoribus. Quod nonnunquam ex vana gloria oritur, vt ostendant tales industriam suam; quemadmodum Eliu contigit, qui Iob amicos, tanquam insufficientes, redarguit, sed Deus ipsum dixit, *inuoluere sententias sermonibus imperitis*:

[Margin: Deo seruiendum à pueritia. Thren. 3. 27.]

[Margin: Ætas omnis apta ad bonum.]

[Margin: Matth. 25.]

[Margin: Iob 32. 3. Iob 38. 2.]

 non-

nonnunquam ex superbia; vt cum Caiphas in concilio dixit *vos nescitis, nec cogitatis quicquam:* quasi dicat, nescitis quid Reipub. expediat: nonnunquam vero fit ex auaritia, cum soli omnia capessimus, vt soli quæstum faciamus: canum instar, qui nemini prædam diuidunt. Hos omnes taciturnitate sua 30. annorum, Christus instruit: sufficiebat ei inchoasse, docetque simul, vt non facile officium Concionandi suscipiamus, nisi virtutibus perfecti, & in paruis locis experti prius, quam vrbes magnas ingrediamur.

Ioan. 11. 49.

II. *Ascendentibus illis Ierosolymam.* Erat Ierusalem in edito, & templum in monte Moria, qui gradibus ascendebatur, id quod statuerat Deus, vt nos cordium doceret in oratione eleuationem. Eadem ex causa, Moyses montem Sinai; & Elias Horeb adscenderunt, cum Deo locuti, Christus quoque, in montibus communiter orabat. Disce *primo*, etsi nec fœminæ, nec pueri obligati essent, adscendere; B. Virginem nihilominus cum Filio, id præstitisse: vt nos doceret, ad honorem Dei non ea solum facere, quæ præcepta sunt, sed & quæ consulta. Duæ sunt errorum hac in re species: quidam enim, nihil à nobis dicunt posse fieri in Dei honorem, quin ad id præcepto teneamur, eo quod Christus dixit: *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite; serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.* Docent id hæretici; qui simul negant, iustos quicquam à Deo per opera bona mereri. Sed errant grauiter: neque enim in superioribus verbis dicit Christus, *cum feceritis quæcunq; potestis:* sed, *omnia quæ præcepta sunt:* significans, etiam quædam fieri posse, quæ præcepta non sint. Nec dixit vt Chrysost. obseruat, *serui inutiles estis:* sed; *dicite, serui inutiles sumus,* nempe, ad seruandam cordis humilitatem. Certè talibus dicet Deus; *Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.* Nos autem de nobis ipsis, semper quæcunque etiam præstiterimus, sentire debemus humiliter. *Primo,* Quia incerti an opera nostra Deo placeant; *nescit enim homo vtrum amore dignus sit: quia, prauum est cor omnium, & inscrutabile:* Imo nobis ipsis incognitum,

Exod. 19. 3. 3. Reg. 19. 9. Ioan. 6. 15. & alibi. Errores duo. 1. Consilia licita. Luc. 17. 10. Opera meritoria. Chrys. hom. in illud elatum est cor Oziæ. Matth. 25. 21. Humiliter de nobis ipsis sentiendum. Eccl. 9. 1. Ierem. 17. 9.

tum. *Secundo*, Quia bona nostra non Deo, sed nobis vtilia sunt. *Tertio*, Quia bona non ex nobis, sed per Dei gratiam, ab eo nobis ad hoc infusam facimus. *Quarto*, Quia, vt Augost. ait, natura Dei serui sumus, cui liberum est præcipere nobis, & imponere sine retributionis promissione, quicquid libet. Quemadmodum serui inter homines Dominis suis seruiunt gratis; vti & iumenta. Sed quia contractum fecit Deus cum hominibus, mercedem bono operi pollicitus, (vt ex parabola patrisfamilias liquet, qui operarios misit *in vineam*, facta conuentione, de denario) hinc audebat Apostolus: *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, &c. ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex in illa die:* Id est Deus, pro iustitia sua, reddet mihi, post hoc sæculum, vitam æternam, tanquam mercedem laboris, & cursus mei, quo illam merui. Quod vero ad supra positum errorem spectat, is plane Scripturis aduersatur: multa enim sunt opera bona, quæ remunerabit Deus, ad quæ tamen non obligamur: qualia sunt; ieiunium sine præcepto, eleemosyna liberalis, producta oratio, Deo virginitatem vouere, omnia dare pauperibus, Christo in paupertate, castitate, & obedientia seruire. Apostolus aperte virginitatem negat, necessariam ad salutem; & tamen eam matrimonio dicit meliorem. Christus quoque postquam laudata, & commendata castitate subiecisset, *qui potest capere capiat:* roganti eum adolescenti, *quid faciendo vitam æternam possidebo?* respondit; *serua mandata: non occides, &c.* illo autem respondente: *hæc omnia feci à iuuentute mea: intuitus est eum Christus ac dilexit;* subdens: *si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis thesaurum in cœlo.* Quin qui hæc fecerint, *sedebunt*, vt Petro promisit Christus, *super sedes* alios iudicaturi. Credamus ergo Ecclesiæ contra hæreticos: duo esse bonorum operum genera, quæ remunerabit Deus: nempe quædam præcepta, quæque citra peccatum omitti non possunt: quædam verò consulta; quæ bona quidem sunt, non tamen necessaria.

Quidam sunt, qui nihil agunt boni nisi præcepto vrgeantur,

Aug. serm. de vet. Dom.

Matth. 20. 1.

2. Tim. 4. 7.

Erroris positi refutatio.

1. Cor. 7. 8.

Matth. 19. 12.

Matth. 19. 21.

Matth. 19. 28.

Bonorum operũ duo genera.

Error secundus.

tur, illudque citra peccatum omittere non possint. Itaque semel duntaxat in anno confitentur, & communicant, diligenter inquirunt ad quas eleemosynas obligentur, quantum possint in missa negligere citra præcepti Ecclesiastici violationem, quæ fabulæ in Ecclesia liceant, & quis corporum ornatus. Nempe amant hi vitam commodam, quæ tamen sine peccato sit: implent primum iustitiæ officium, quod est, *declina à malo*; alterum vero, quod est; *fac bonum*: negligunt, indulgent carni, & mundo; subtrahuntque Deo quantum possunt: Verum attendere eos oportebat hæc quatuor.

Psalm. 33. 15.

Remedia quatuor.

1. *Primum*, non esse nobis agendum cum Deo; quemadmodum nolimus nobiscum agi à filijs, aut seruis: Nolumus enim ab his ea tantum agi, quæ citra indignationem nostram omittere non possint; hoc enim timoris indicium esset, non amoris.

2. *Secundum*, implorare nos quotidie Dei misericordiam; si tamen nihil agimus nisi ad quod obligamur, reddimus Deo extremam iustitiam: qua si ille vteretur erga nos, posset statim post commissum mortale peccatum, nos in damnationis abyssum præcipitare. Si ergo tu diuinæ Iustitiæ rigorem deprecaris, noli erga Deum esse nimium iustus.

3. *Tertium*, tanto fore Deum cuicunque benigniorem, quanto ipse fuerit in alios benigniot. Apostoli quia reliquerant omnia, constituti sunt *Principes super omnem terram*. Beata Virgo quia Deo prima virginitatem vouit, Deum promeruit Filium. Nescit Deus liberalitate vinci; modo tu ei liberalitatis terminos non circumscribas: *Qua* enim *mensura alijs mensus fueris*, illa tibi remetietur.

Psal. 44. 17.

4. *Quartum*, rigore hoc aduersus carnem debere nos vti, & mundum; esset enim vtile animæ, imo corpori, & bonis, si non, nisi necessitate exigente, mundo inscreremur. Multa impedirentur mala, si sæcularium declinaremus confabulationes; multæ redimerentur impensæ, si non nisi pro nostra conditione vestiremur; multum accederet sanitati, ac vitæ, si non superfluo cibo, & potu ingurgitaremur; multum

tum denique accederet agilitati, si paulò minus indulgeremus somno; Corpus tanto redditur ineptius, quanto habetur melius; & contra tanto redditur aptius, quanto habetur parcius.

Nota *secundo*: non esse commodiorem methodum instituendis pueris, quam vt bono exemplo eis præeamus: quemadmodum sancti parentes filium suum, euntes ad templum Hierosolyma adduxerunt. Melius inculcabitur filijs temperantia, liberalitas, verecundia; si eas in te videant, quam si verbo audiant, videant docentem, operibus negantem. Methodus instituendi pueros.

Scribit Metaphrastes, tempore Iustini Imperatoris, anno plus minus 522. regnasse in Arabia Iudæum Dunaam, Christianorum persecutorem, fuisseque apud eum captiuam, Christianam mulierem, quæ se filiumque quinquennem sanguine martyrum obleuerat, separabatur à matre puer, illaque iam iam comburenda stipiti alligatur, puer autem quaqua versum circumspiciens, cum matrem non videret, Regem accedit in sublimi solio residentem, eique aduolutus, cum lachrymis matrem requirit: quem Rex in genua sua subuectum, rogat; *Ecquid sibi mallet adesse, quam matri?* Illoque respondente, *Non, matri adesse volo: rogo dimitte eam, vt me secum ad martyrium adducat, quo me frequenter incitauit.* Quærit Rex, *quid sit martyrium:* Ait puer, *mori pro Christo, & viuere in futuro.* Tum Rex, *& quis est hic Christus:* Puer verò, *templum*, ait, *ingredere, eumq; tibi monstrabo*; Imagines innuens, quæ iam olim in Catholicorum templis conseruabantur, adorabanturque, videns dein ex sublimi matrem stipiti alligatam, exclamat, *dimittite me, dimittite me, matri adesse volo, quam in carnificum video manibus.* Quærit Rex: *quorsum ergo sine matre accessiti ad nos? mane hic, & poma tibi, ac pyra, cerasaq; dabimus*, Respondit puer: *Nolo, accessi quia te Christianum putabam, pro matre deprecaturus: sed quia Iudæum video, nolo tua munera, ad matrem me dimitte.* Erant qui suaderent, vt puer Reginæ sisteretur, quod matri esset similior, vtpote fœmina: puer verò Apud Sur. to. 5. die 24. Octob. in Arabia.

videns iam accendi ignem, circa matrem, inclinans se, regium femur admomordit, ita vt Rex puerum à se reiectum Senatori commendaret, ritu Iudaico educandum, ille vero cum abduceretur, ductorem subterfugiens, ad matrem per flammas accurrit, eamque amplexus, simul cum ea comburitur: suo exemplo parentes monens, quam vtilis sit pueris fidelis instructio, & bonum exemplum.

Deus defensor suorum. Nota *tertio*, eos qui in antiquo testamento ex præcepto Dei ascendebant Hierosolyma, nihil timuisse vrbes cum liberis, ac vxoribus ad tempus deserere; promiserat enim Exod.34.24. Deus, neminem interea ijs nociturum, cui promissioni illi fidebant; vt & nos Christiani, cum aliquid agimus Deo gratum, quod hominibus forte displiceat, spem omnem in Homines nō timēdi. Deum ponamus. Doctor itaque non reticeat veritatem; nec Confessarius formidet negare inidoneis absolutionem; nec Iudex metuat reos, ac etiam nobiles, aut diuites damnare, nec alius quisquam officium suum negligat, reluctante conscientia, sed Prophetas imitetur & Apostolos; qui neminem formidarunt.

Similiter non prætermittemus aliquod quotidie tempus Deo impendere, quasi illud foret perditum; aut eleemosinas erogare, quasi nobis defectum temeamus: aderit enim Deus, sicut adfuit Israelitis ter quotannis Hierosolyma, cum sacrificio ascendentibus, ibique ad minus per octiduum remanentibus. Non erit frustra: (vti multis exemplis doceri potest) quod Deo impenditur.

III. *Secundum consuetudinem diei festi.* Erant Christi parentes in Festa cur instituta. festorum obseruatione seduli, vtpote quæ sciebant à Deo, iustis de causis, instituta. Nempe *primo*, in beneficiorum memoriam Israelitis frequenter præstitorum. *Secundo*, vt populus ad audiendam Dei legem tunc conueniret: hæc enim istis diebus in Synagoga, & templo legebatur. *Tertio*, vt ad Deum frequenter se eleuantes, sæcularibus non semper inhærerent. *Quarto*, vt esset in Dei cultu conformitas, nec quisque eo seruiret modo, quo vellet, offere-

offerebant sacrificia, vtebanturque cæremonijs tempori aptis, easque cum festis variabant. nec eos solum colebant dies, quos per Moysen instituerat Deus, sed & qui postmodum, in peculiaris alicuius beneficij memoriam, fuerant decreti; qualis erant dies *Phurim*, id est, *sortium*, quando Iudæorum hostes Aman, eiusque complices interfecti sunt, Iudæique à mortis metu liberati: tunc enim (vt Athanasius refert) solent Iudæi Aman combuere. similiter dies encæniorum; qui erant triplices: *primo* in Septembri, quando Salomon templi ædificationem absoluerat: *dein*, tertia Februarij, quando reædificatum est post captiuitatem. *demum*, 25. Nouembris, quando Iudas Machabæus consecrauit nouum altare. Præcipua autem festa erant hæc. *Primo* Pascha quo azyma comedebant, & agnum paschalem, in memoriam eductionis de seruitute Ægypti, & transitus in occisione primogenitorum. *Secundo*, Pentecoste; quando offerebant Deo panes primitiarum, nouarum frugum, in memoriam datæ legis, in monte Sinai. *Tertio*, Festum tabernaculorum, quando septem diebus, habitabant in tabernaculis ex ramis, & folijs contextis; in memoriam, quod maiores eorum quadraginta annos, similia tabernacula inhabitassent in deserto, cum exiuissent de terra Ægypti. Tribus his festis, debebant viri omnes Hierosolyma adscendere: idque *Primo*, Vt Iudæorum liberi à se mutuo disiunctissimi, fidem haberent eandem, discentes eandem legem easdemque quotannis cæremonias, quas per Moysen Deus præscripserat, quæque non mutabantur. *Secundo*, Vt Summum Pontificem, ceu Iudaicæ nationis caput, agnoscerent, eique in fidei quæstionibus, obedirent. Eisdem de caussis, laudabiliter instituta est, singulis 25. annis, Romæ iubilæi promulgatio; vt ex omnibus mundi partibus, Christiani eo confluant, vbi semper inuiolata fuit maiorum fides: prout SS. Pontifices, Sixtus 2. Eusebius, Marcus, alijque ante annos mille, scripserunt: & *vbi Ecclesiarum omnium mater est*; (vt cum Concilio Ægypti loquitur Athanasius) *ac de cuius vbere*, ait idem, *Christiani omnes nutriuntur*. Cum enim hic fidem, traditiones,

Esth. 9. 21.
Athan. in Synopsi.
Encœnia tria.
3. Reg. 8. 5.
1. Esd. 6. 3.
1. Mac. 4. 49
Festa Iudæorũ præcipua.
Exod. 13. & 7. & c. 23. 15.
Exod. 23. 16.
Exod. 23. 17.
Iudæi cur ascẽderint Hierosolymam.
1 Caussa.
2.
Iubilæum cur?
Sixt. ep. 1.
Euseb. ep. 2.
Mar. ep. ad
Athan. Cõc. ep. ad Liberium.

 ditiones,

ditiones, ac cæremonias vident maiorum, non facile ab eis discedent; præsertim cum Domini voce iubeãtur huic Ecclesiæ omnes obedire; quot & ab initio, ad nos vsq; obseruatum

3. Caussa Sacrificiorũ Iudaicorũ vsus.

est. *Tertio*, Vt Iudæi videntes sacrificiorum oblationes, expiationes, adipis combustionem; ex his pleniorẽ acciperent venturi Messiæ notitiã, quem hæc omnia typice adumbrabant, quiq; à Sacerdotibus eisdem capiendus, & cum sanguinis effusione, in arâ crucis, igne Spiritus S. assandus erat. Ex quo & nos illud discimus, quo modo Hierosolyma, vel ad alia loca, peregrinandum sit: nempè cum meditatione beneficiorum, nobis illic à Deo præstitorum.

4. Caussa.

Quarto, Vt efficacior esset Iudæorum oratio: nam & itineris molestia, multum; & obediẽtia, plus impetrabat: exaudiebaturque oratio tanto facilius, quanto erant ipsi meliores, præsertim cõfluente tanto tot millium numero, nam & Christus: *si duo*, ait, *consenserint super terrã, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui est in cœlis.*

Matth. 18. 19.

Orationis publicæ vtilitas.

Disce hinc; vtiliorem esse publicam, in templo orationem; quam priuatam domi: illic enim, etsi oratio tua frigeat; incalescit tamen, & in cœlos eleuatur, ab aliorum feruore. sicuti enim, cum ad ingressum alicuius Principis aperiuntur portæ, facile aliqui simul se cum ipso insinuant: sic &, cum ad deuotas aliorum preces cœli aperiuntur, oratio tua simul penetrat. præsertim iuuantibus beatorum precibus, quorum corpora in templo requiescunt, quibusque incumbit, vt, simul cũ Angelis, Deo orationes nostras exhibeant.

Apoc. 8. 3.

5. Caussa. Ecclesiæ cõmunio.

Quinto, Vt nos docerent quo loco, & orandum, & bona opera facienda sint. nempè; Hierosolymis, id est, in Ecclesiæ communione; extra hanc enim quicquid feceris, Deo non placet, nec salutem iuuat: contrà vero, quicquid in ea feceris in statu gratiæ, licet minimum, gloriam æternam meretur, etiam haustus *aquæ frigidæ*.

Matt. 10. 42.

Festa Iudæorũ quid significent.

Significant hæc tria festa, originem meriti nostri. *Pascha* enim mortem significat Christi, quæ meriti omnis fons est; & sine qua nullum est meritum *Secundo*, Pentecoste, gratiam significat, per Spiritum sanctum, Apostolis tunc infusam, sine qua & charitate Deo nihil gratum. *Tertium*, Festum tabernaculorum præsentis vitæ significat peregrinationem, in qua solum meremur, post eam vero nullius meriti est locus. *non*

Psal. 113. 17.

mortui

mortui laudabunt te Domine, ait Dauid, *neque omnes qui descendunt in infernum*. etsi enim, vt idem testatur, *beati in sæcula sæculorum* laudent Dominum; hæc tamen laus, meritum non est: sed potius præmium, ob voluptatis, quam ex ea percipiunt beatitudinem. Disce hinc *Primo*, Oblationes, orationesque tuas Deo offerre Hierosolymis, id est, in Ecclesia intra quam omne est meritum, sicuti omnis palmitum humor, & dulcor est in vite. *Secundo*, Eas morti, & passioni Christi, ex qua omne meritum nascitur, coniungere. *Tertio*, In gratia permanere sine peccato mortali. *Quarto*, viuens confiteri Domino, & liber. Disce etiam festa Ecclesiæ, horum exemplo, non pro arbitrio, sed pro tradita à maioribus consuetudine, venerari. *Primum* ergo diebus istis diligentius vita peccata: quia illi specialiter Deo sacrati sunt, vnde grauiora sunt peccata, quæ tunc committuntur, vt docet author libri de vera & falsa pœnitentia, Augustino inscripti qui addit, circumstantiam hanc in confessione explicandam. *Secundo*, Iuxta Ecclesiæ præceptum, Missam audies; nam & in veteri lege, erant diebus festis propria sacrificia. porrò etsi laudabile sit, vt eam quisque in parochia sua audiat, sufficit tamen, alibi audire. *Tertio*, Oportet diebus Dominicis audire festorum, & ieiuniorum promulgationes, si quis ea ignoret: ne per ignorantiam ea violet. *Quarto*, Consuetudine receptum est, vt concio diebus festis audiatur: sumus enim Ecclesiæ discipuli, in qua circa fidem, & mores à Doctoribus erudimur. *Quinto*, Laudabile est, Diuino officio; vt Sacro, & Vesperis, adsistere: fecerunt enim maiores nostri, qui totum diem festum Deo impendebant. *Sexto*, Solent Apostolorum tempore, & multis deinceps annis, fideles singulis Dominicis Eucharistiam suscipere. nec sani tantum, in templo; sed & ęgri ad quos (vt ex Iustino patet) ea domum deferebatur. Quod si quis seruet plenius quam alij, participabit diei festi fructum.

[*Psal. 113.*] [*Documenta quatuor.* I.] [2.] [3.] [4.] [*In festorũ cultu sex obseruãda.* I.] [*Author c. 14*] [2.] [3.] [4.] [5.] [6.] [*Iust. Apol. 2.*]

IV. *Consummatisque diebus*. Præcepit lex vetus Pascha per septem dies celebrari, virosque omnes toto tempore manere Hierosolymis. *Primo*, vt significetur ꝙ oporteat nos semper manere in Ecclesia, ibiq; Deo seruire, non tantum viuos; significatur enim

[*Cur septẽ diebus manendũ Hierosolymis. 1. Caussa.*]

enim vita, per ſex dies, quibus operari licet, & victum quærere; ſicuti tempore vitæ operibus poſſumus mereri: ſed & defunctos: hoc enim ſignificat ſabbathum, ſeu requies. omnes namque qui in gratia Dei moriuntur manent in Eccleſia, etſi locum accipiant ſublimiorem, certiorem, & glorioſiorem. *Secundo*, vt ſeparati à domo, & occaſionibus diſtractionis Deo ſeruirent commodius, ſicuti enim locuturus Deo, Moyſes non tantum montem aſcendit, ſed & nube tectus eſt, ne inſpectione eorum, quæ infra montem agebantur, diſtraheretur. Quod & Apoſtolis in monte Thabor contigit: ſic qui cum Deo vult attentè loqui, debet omnes mundi curas, & vanitates ſecludere: præſertim Euchariſtiam, in qua ipſe Chriſtus eſt, ſuſcepturus. Signicabat hoc Dominus cum orantes inſtruens, diceret: *intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora in abſcondito.* Quaſi dicat, excluſis ſollicitudinibus. Idem ſignificabat Deus, cum Moyſi videnti rubum ardentem, incombuſtum, dixit: *Solue calceamenta de pedibus tuis, locus in quo ſtas, terra ſancta eſt.* nempe vt cum Deo loquentes exuamus omnes curas ſæculares. Videtur id quidem hominibus impoſſibile: dilectioni tamen, quæ, vt in Canticis ait Sponſus, *fortis eſt vt mors*, impoſſibile non eſt: ſicuti enim mors quem ferit, priuat omni ſenſu: ſic & perfecta charitas, exteriores tollit curas, & deſideria: Interim ſi quis hanc in ſe attentionem necdum experiatur, non eſt tamen cur orationem, vel communionem propterea ſuſpendat; nam & Apoſtoli cum in cœna Sacerdotes conſecrarentur, Euchariſtiamque ſuſciperent, diſtracti fuerunt: vtpotè, diſputantes, *quis eorum eſſet maior?* Suffert imperfectiones noſtras Chriſtus, eaſque perfecturus nos viſitat: noſtrum ergo eſt; quantum poſſumus, ei cooperari. *Tertio*, vt eo diutius Deo inhærerent, eumque obſecrarent, & ſi enim magnus ſit Dominus *delitiæ* tamen eius ſunt, *eſſe cum filijs hominum.* ſicuti matri, eſſe cum liberis. Inde eſt cur non ſtatim (vt Chryſoſtomus ait) concedat quod petimus: nempe, vt inſtantius petamus, & quaſi importunitate cogamus. Docet hoc Chriſtus adhibita parabola eius, qui amicum, impor-

2. Cauſſa. Oratio ſine diſtractione.
Exod. 24. 16.
Matth. 17. 1.
Matth. 6. 6.
Cant. 8. 6.
Exod. 3. 5.
Luc. 22. 24.
3 Cauſſa. Oratio diuturna.
Prou. 8. 31.
Chryſo. ho. de profectu Euang.
Luc. 11. 5.

importunitate sua, pulsando cogit surgere, panemque porrigere; & exemplo viduæ, quæ Iudicem iniquum vexando cogit, vt iudicet. Fateor, non placent Christo multiplicata verba sine intellectu, gentilium more; sed, vt recte Augustinus, diutina oratio modo attenta sit, non est verborum multiplicatio, quam Christus vetuit. Quin etsi nonnunquam distraharis, animus tamen à Deo non abest, modo bona voluntate orationem inceperis: sed vagantur cogitationes te inuito, & cum senseris, dolente: nihil enim minus potestati nostræ subditur, atque cogitationes; quæ inuitos etiam, quolibet abripiunt. *Quarto,* vt discamus bona opera perficere. Duo enim sunt, in virtutum inchoatione defectus: quidam ardenter incipiunt, sed ingruente quadam occasione, vel passione in medio languent, interim ad se redeuntes, tandem perficiunt. Sic Dauid Arcam Moysis, cum magno triumpho,inuehebat, videns tamen Oza percussum à Deo,quod Arcam tetigisset; territus,eam iussit in domum Obed-edom auehi;rursus tamen post tres menses,in domum suam induxit.

Matt.6.7. *Aug.ep.121. ad Probam c.10.* 4. Caussa. Bona opera perficiẽda. Duo vitia. I. *2.Reg.6.10.* *1.Paral.13.13.*

Facile impedimur à bono, & languemus, multasque miscemus imperfectiones; propriæ laudis, vanæ gloriæ, impatientis, correctionis proximorum, perditionis temporum; ad quæ omnia attendere oportet, & conscientiam examinare, instar prudentium virginum, quæ etsi dormirent, audita tamen voce, *Surrexerunt*, & *lampades* suas *ornauerunt*. Quidam inchoant quidem opus bonum, sed, ingruente difficultate, statim illud intermittunt. instar frumenti, quod *in petram*, cadens, cito qnidem oritur, sed ad æstum solis, cito quoque extinguitur. Talis est maior Christianorum turba, qui cum Iuda Christum sequuntur; sed concupiscentia, vel amore proprio abrepti, eum produnt. Iudæos imitati, qui in Dominica Palmarum, Christum cum triumpho inuexerunt, statimque, præ metu ita deseruerunt, vt tota die ei nemo panem porrexerit. Non miscebat operibus

Matth.25.7. Vitium secundum. *Luc.8.6.* *Matth.27.*

B. Virginis perfectio. *Matth 10. & 24.* *Exod. 39. 26.* Typus perseuerantiæ.

peribus suis vitia illa beata Virgo: cum sciens coronandum *qui perseuerauerit vsque in finem*: &, quod fine coronetur opus. vti typice Aaronis tunica figurauit, in cuius extimis limbis, inter tintinnabula, dependebant mala granata, quibus coronula inerat: vt discamus; in fine coronam esse, & apud eos, qui sonitu bonorum operum, & doctrinæ, in populi instructione perseuerant. Sunt quoque qui mala inchoant, sed vel ab alijs, vel à conscientia moniti, ea statim intermittunt. sic Dauid deleturus domum Nabal ab Abigail fuit impeditus. Plures tamen sunt, qui neglecta conscientia, Deique iudicio, malum perficiunt: instar ædificatorum turris Babylonicæ, de quibus Deus: *non desistent,* ait, *à cogitationibus suis, donec eas opere compleant.* Perseuerant boni in bono, mali contra in malo. Ideoque illi, perseuerans præmium; hi contrà, perseuerantem recipiunt pœnam. *Quia* vt Gregorius ait, *iniqui, ideò cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt: Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere; vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare, cum viuunt.*

Tertium genus hominum. *1. Reg. 25. 23.* *Gen. 11. 6.* *Greg. 4 dial. ca. 44.*

V. Christus sex docet.

Cum redirent remansit puer Iesus in Hierusalem. Parentibus Nazareth redeuntibus mansit Christus Hierosolymis; non vt pueros doceret fugere à parentibus, eisue non obedire, sed *Primo* debere pueros, vbi rationis vsum attigerint, esse de propria salute solicitos, nec inniti parentibus tantum, qui & si de filiorum salute soliciti esse debeant; debent tamen simul attendere, animam à solo Deo creatam, vt iuxta eius beneplacitum, & vocationem ei seruiat. *Secundo,* debere nos postquam ab alio initium boni operis acceperimus, per nos ipsos perficere; neque ad singula per alios moneri, vel duci. Duxerant parentes Christum Hierosolyma; ipse dein per se, multa bona fecit, inter doctos. Initio magister adhibendus est, qui viam doceat, & fundamentum iaciat; inde vero nobis procedendum secundum Dei inspirationes, qui modum adipiscendi perfectiones suggeret; magister enim semper nobis præsens esse non potest. *Tertio,* ne vnquam eruditioni, alijsue Dei donis nimium fidamus; sed videamus

1. Docum.

2. Docum. Homo per se proficiat. ab alio ductus ad initia.

3. Docum. Donis naturæ non fidendum.

mus soliciti, vt Christus non à nobis discedat. nemo beata Virgine sapientior, aut perfectior; & tamen filium amisit: non quidem spiritu: siquidem Diuinitas eius, & gratia illi perpetuo adfuerunt: sed corporali præsentia. *Quarto*, Christum varijs modis amitti. à *quibusdam* enim, & corpore, & spiritu discedit, non rediturus. sic recessit ab his Doctoribus: *Alij* sunt, à quibus spiritu quidem recedit, sed rediturus: vt à Pharisæis Hierosolymitanis: sunt enim qui Christum à se, per peccatum mortale fugant; quorum alij, vsque ad mortem deseruntur in malitia; alios, vt sanctum Petrum Deus iterum respicit, monet, & iuuat.

4. Docum. Christus varijs modis amittitur.

Luc. 22.61.

Sunt denique qui Christum ad tempus, cum Beata Virgo perdunt, non spiritualiter: manent enim semper in gratia Dei; sed per subtractionem interioris solatij, quæ frequenter eis contingit, etiam sine culpa, vt probentur, an Deum ex toto corde diligant, an verò tantum causâ istius sensualis solatij: & vt plus apud Deum mereantur, sicut hic Beatæ Virg. contigit. Paucis sanctorum conceditur continua cordis suauitas; sponsus enim recedit frequentius, & absconditur vt quæratur, quemadmodum manifestissime in Canticis patet. *Quinto*, quantum Christus dilexerit ab infantia peccatores. *Errauerамus* ait David, *Sicut ouis qui perijt*. errat quoque Christus, vt errantem ouem quærat: parentes relinquit, vt ouem inueniat; parentes contristat, vt ouem lætificet: quo & nos non solum amore Dei peccata vitemus, motusque prauos frangamus: sed & nonnunquam bona nobis subtrahamus; pecuniam pauperibus erogemus, voluntati propriæ, imo & parentibus, si vocanti Deo resistant, renuntiemus. nec est, vt rectè Augustinus, cur id mirentur parentes: Deus enim qui iussit nos *odisse patrem & matrem*, propter se, iussit quoque vt oderimus animam propriam. *si quis*, ait, *venit ad me, & non odit patrem & matrem, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus*. Hieronymus cum Furiæ viduitatem suaderet; *Contristabitur*, ait,

Deus quibusdã iustis solatia subtrahit.

5. Docum. Amor Christi erga peccatores.

Psal. 118.176.

Parentes non impediant à bono.

Aug. ep. 38. ad Latum.

Hieron. ep. ad Furiam.

ait, *Pater, sed lætabitur Christus: lugebit familia, sed Angeli gratulabuntur. faciat pater quod vult de substantia sua, non es eius cui nata es, sed cui renata: & qui te grandi pretio redemit sanguine suo.* Idem Heliodorum vocans ad vitam monasticam. *Licet paruulus*, inquit, *ex collo pendeat nepos, licet sparso crine, & scissis vestibus, vbera quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat; per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euola: Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem.* Pium est ob parentum lætitiam, deserere, vel contristare nutricem, atqui parentes carnales nutricij tantum sunt: Christus vero pater, pium itaque erit illis relictis, huic adhærere. non tantum si, gentiles cum sint, vel Iudæi, vel Hæretici, fidem impediant; sed etiam si impediant statum Religiosum, ad quem te sentis à Deo trahi: potes quidem hunc tractum, parẽtibus, si eos putes nihil impedituros, aperire: nam & Elisæus parentibus valedixit, cum à Deo per Eliam vocaretur: sin impedimentum timeas, fuge, ijsque inscijs, abi, quo vocat Deus. si vim inferunt, abi etiam ijs inuitis, *Vocatus enim ab Angelo magni consilij*, ait Bernardus, *non eges eorum consilio*. non consuluerunt parentem suum Lia, & Rachel. Ita docuit Deus per Euangelia; sanctique multi per exempla, qui imitaturos fortiter præcesserunt. Clam à parentibus, & sponsa fugit sanctus Alexius, prima nuptiarum nocte, abijtque Edessam Syriæ, Deo pauper seruiturus. Magnus ille Aquinas puer adhuc, Prædicatorum ordinem Neapoli, parentibus inuitis, ingreditur; ab ijsque apprehensus, omnia vt eum à proposito diuellerent, tentantibus restitit. Multa à parente tulit sanctus Franciscus initio suæ conuersionis, à quo, coram Episcopo Assisinate citatur exhæredandus, ille vero, exhæredationem nihil metuens, etiam vestes exuit, easque patri reddens; *deinceps*, ait, *perfectius Deum habebo patrem, dicamque, Pater noster qui es in cœlis.* Refert Cantipratanus puerum nobilem, duodennem, nomine Albertum, filium Comitis Flanchenbergici, & cognatum Regis Galliæ, Parisios ad Regem à matre missum, Prædicatores, ac præcipuè fratrem Iordanum Belgam, virum doctissimum frequen-

Hieron. ep. ad Heliod.

3. Reg. 19. 20.

Bernar. de declam.

Gen. 31. 14.

Apud Suriũ 17. Iulij.

Bonau. in vita Franc.

Cantipr. 2. de apibus c. 28. §. 9.

frequentasse, cumque à parentibus matrimonij causâ domum reuocaretur, inscenso equo, cum suis quasi domum abiturus, Prædicatorum monasterium accedit, illudque solus ingrediens, quasi Iordano valedicturus, obnixè, ardenterque petijt, in Religionem admitti: quo impetrato, mutataque veste suos domum ad matrem ablegat, multum ex hac mutatione offensam, & tristem. Erat huic Parisijs frater, nomine Theodotus, vir præstanti forma, & Archidiaconus: sæcularis tamen, qui similiter ex hac mutatione, & præcipue ex sororis tristitia offensus, monasterium ingreditur, omniaque tentat, vt cognatum à proposito diuellat: verum contrà euenit, nam cognatus eius frater Albertus, eum abducens in locum, vbi erat fenestra vitrea, cum inscripta cruce, ac imaginibus Beatæ Mariæ Virginis & Sanct. Ioannis. *Auuncule, ait, vides hanc imaginem? Christus mei causa crucifixus, matrem videt, & cognatum sanctum Ioannem, astantes sibi, & tristes, quos recreare poterat, si de cruce voluisset, pro sua potestate, descendere verum mei causa, permansit illic vsque ad mortem; illis ineffabili tristitia pressis. Itaque nec ego religionis crucem desero, etiam si matrem tristitia opprimat. Quin tibi consulo, vt me imitatus; seculo, in quo Deum frequenter offendis renuncies, Deoque similem exhibeas charitatem, qualem ille tibi, in cruce.* His auditis, ita mouetur auunculus, vt, cum magno Vrbis totius stupore, consulenti acquieuerit.

Discis *Sexto*, quando à nobis perdatur Christus; nempe *Primo*, circa festum. Cum Maria in AEgyptum Herodis Tyrannidem fugeret, remansit cum ea IESVS. Solemus enim in aduersis DEO constantius inhærere, quam in prosperis. Abundabat in Paradiso Adam, sed non tulit hanc felicitatem. Abundabat quoque Salomon honore, diuitijs, & voluptate: sed nec ille perstitit, perstiterunt contra Iob, & Dauid quantacunq; premerentur angustia, & tentatione deserendæ virtutis. CHRISTVM frequentius Christiani perdimus die festo; dum otio, ebrietate, vel superfluo corporis cultu offendimus: quam aliàs, quando negotijs occupamur.

6. Docum. Perditur Christus multis modis.

1.

Mat. 2. 14.

2. *Secundo*, cum diſcedimus Hieroſolymis, id eſt, à quiete animi. ſic deſerta patris domo, diſſipauit filius prodigus *omnem ſubſtantiam*. Serua animi quietem, nec te quæſiueris extra; ita fiet, vt CHRISTVM non perdas: contra ſi es animo inquieto, deſtitutus à timore Dei, nec operibus tuis attendens, nec verbis; ſecularium inſtar: nihil mirum ſi à te recedat Christus. cuius, vt Dauid ait, *locus factus eſt in pace*.

Luc.15.13.

Pſal.75.3.

VI. *Et non cognouerunt parentes eius*. Chriſtum, vt plurimum per ignorantiam perdimus. & ſi enim peccent ex infirmitate quidam, vt Petrus; quidam ex ignorantia, vt Paulus; quidam ex malitia, vt Phariſei: omne tamen peccatum, ad ignorãtiam reducitur. Tria ſunt verò cognitionis in ſcriptura, adeoque & ignorantiæ genera.

Peccati radix ignorantia.

Tria genera cognitionis, & ignorantiæ.

I. Fides.

Prima cognitio fit per fidem, cui opponitur ignorantia infidelitatis. Catholici omnes generatim credunt, quicquid proponit Eccleſia; ſpeciatim verò, quicquid eis particulariter explicatur: vt duodecim articulos ſymboli, aliaq; quotidie obuia: v. g. quod peccato mortali vno mereamur damnationem. Quod damnatio, ſicut & beatitudo, ſit æterna &c. Hac cognitione qui caret, fide caret: eſtq; gentelis, Iudęus, vel Hæreticus.

2. Scientia.

Thob.4.16.

Matt.7.12.

Secunda cognitio eſt per ſcientiam, cùm intellectu noſtro veritatem penetramus, ſic vſuram, furtum, omnemque iniuſtitiam ſcimus peccatum, ex præcepto naturæ. *Quod tibi non vis fieri, &cat*. Eleemoſynas contrà, ſcimus bonas, ex altero præcepto, *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines & vos facite illis*. Peccant contra hanc ſcientiam, qui faciunt quod vetitum eſt; neſcientes illud vetitum: aut omittunt quod præceptum eſt; neſcientes præceptum, vt ſi quis ſabbatho edat carnem, neſciens eſſe ſabbathum; quæ dicitur *ignorantia facti*: vel neſciens eſum carnis Sabbatho prohibitum: quæ dicitur *ignorantia iuris*. Sciebat quidem Paulus venturum aliquem Meſſiam, ſed ignorabat *Ieſum*, eſſe illum, eo quod orbis pene vniuerſus *Ieſum* pro Meſſia non reciperet.

Ignorantia facti & Iuris.

Tertia

Tertia cognitio fit per ſapientiam, quæ eſt donum Spiritus Sancti: quando non tantum credimus, vel ſcimus, ſed & interno guſtu ſapimus verum eſſe, quod proponitur. Habent hanc cognitionem ſancti, in rebus ſpeculatiuis ſimul, & practicis. Videmus eos gratiam in Sacramentis ſentire; nec credere tantum, quod peccata per confeſſionem deleantur, & quod Chriſtus verè ſit in Euchariſtia, ſed idipſum ex interiori, quam ſentiunt, alteratione guſtare. Eſt hæc cognitio frequentior in ſimplicibus, & indoctis, qui ſe dant perfectioni; quam in doctis, qui intellectu omnia penetrant. Indocti ſeculo erant, Sanctus Anthonius, Franciſcus, Catharina Senenſis; neque didicerant ſacras literas; & tamen reſoluerunt difficillimas quæſtiones, etiam doctiſſimis ignotas. Sapientia hæc, vt S. Iacob. ait, *de ſurſum eſt*, deſcendens à Deo. 3. **Iuſtorum cognitio.** *Iaco. 1. 17.*

Atque hoc modo, peccator omnis ignorans eſt; ſiue ex infirmitate, ſiue ex malitia peccet, quia peccati malitiam non guſtat; magis eum afficit voluptas exterior peccati, quam interior lucta conſcientiæ, & gratiæ, ac gloriæ, qua priuatur amiſſio. ſic prȩualebat in Petro metus præſentis mortis corporalis, timori pœnæ infernalis, de qua præ metu mortis nihil cogitabat. **Peccator omnis quo ſenſu ignorans.**

Eſt interim magnum diſcrimen, inter peccantem ex infirmitate, & ex malitia: illum enim præſens voluptas trahit, aut metus, vt futura mala minus attendat: hic verò reluctante conſcientia, citra infirmitatem, oculos claudit, ne videat Phariſeos imitans, quibus dixit Chriſtus: *ſi cæci eſſetis, peccatum non haberetis: nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum veſtrum manet*: quaſi dicat, nec cœci eſtis, nec rationem ignoratis, qua conuincamini, (vt Paulus) ſic enim cæci ſunt, quibus oculi caligant: neque ignoratis ex infirmitate; eorum inſtar, quorum oculis nubes obijcitur, aut aliud impedimentum: ſed cœci *eſtis* præ malitia, oculoſq; clauditis, nolentes videre. Ignorantia hæc omnium peſſima eſt, pugnatq; in Spiritum Sanctum: propria dæmonum, & hæreticorum. *pro qua*, non dicit, S. Ioannes *vt oret quis*: nam qui ea laborant, in malo obdurruerunt. Quod ſi tamen quis, eos ad pœnitentiam **Differentia peccantiũ ex infirmitate, & ex malitia.** *Ioa. 9. 41.* **Ignorantia peſſima.** *1. Ioa. 5. 16.*

tus Angelus, parentum oculis ad tempus apparuit: quia enim debebat esse in his, quæ Patris sui erant, nihil mirum, si carnali parenti absentiam suam Diuino modo celarit. Certè omnes Ecclesiæ Patres, non solùm ponunt magnum discrimen inter Mariam, & Euam, vt quod Eua fuerit inobediens, initium peccati, porta mortis, propinatrix veneni, &c. Maria obediens, initium gratiæ, porta vitæ, propinatrix remedij, libera peccati, &c. Sed Mariam fatentur, in hac filij amissione, nihil peccasse. Hæretici diabolum imitantur magistrum, qui mala quærit etiam vbi non sunt; & quod ad bonum referri potest, in malum detorquent, inuidentes sanctis, & virtuti. Cumque ipsi sint mali, in nullo vident bonum, iuxta illud CHRISTI, de Pharisæis: *Quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali, ex abundantia cordis os loquitur.* Caue ne quod in bonum referri potest, in malum detorqueas.

Patres Mariam excusant. Mariæ & Euæ antithesis. *Vide Aug. ser. 35. de Sanctis. Bern. s. ad illa: Signũ magnũ apparuit*

Sed ex hac historia disce, *Primum,* non quiescere si Christus adsit alijs, etiam in ciuitate, familia, aut congregatione tua: sed vide, vt adsit tibi. Gloriantur multi de numero sanctorum, sui Ordinis, vel Vrbis, de pietate parentum, liberorum, vel famulorum, sed ipsi nihilominus manent mali. Benedicit quidem Deus malis nonnunquam, in temporalibus, propter bonos: vt Laban, propter Iacob; & Putiphar propter Ioseph, ac quinq; regnis, quibus pepercisset propter iustos: sed aliorum virtus, nisi imitatione tuam feceris, saluti tuæ nihil proderit, imo grauat malos, quod inter bonos meliores non fiant. Sic Iudas inter Apostolos malus à diabolo arreptus est. Quemadmodum enim præ fame morienti, non prodest, si alium videat comedentem: sic non prodest aliena virtus, nisi & ipse eam habeas. Christum cogita à te non inueniendum, in vitæ vespera, si eum medio die reieceris. Frequenter eum in Eucharistia suscipe, & apud te vitæ puritate serua: ita fiet, vt in hora mortis ipse te suscipiat, iuxta illud: *Qui manducat meam carnem, &c. in me manet, & ego in eo, & ipse viuet propter me. qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

Documẽta tria. I.

Mali temporaliter benedicuntur propter bonos. *Gen. 30. 30. Gen. 39. 5. Gen. 18. 33.* Aliena virtus neminem saluat *Ioan. 13. 27.*

Simile.

Ioan. 6. 55.

Docum. 2. Conſciētiæ examen ve-ſpertinum.

Diſce *Secundo*, Chriſtum cum Beata Virgine veſpere quærere, id eſt, conſcientiam veſperi examinare; num quid interdiu commiſeris, quo Deum à te reieceris, & ſi peccati iuuenis mortalis conſcium, noli quieſcere; fle, dole, veniam deprecare, primo manè poſtridie templum accede, Chriſtum apud Confeſſarium quære, & per huius abſolutionem, illum inueni.

Prou. 6. 1.

Si ſpoponderis, ait ſapiens, *pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam. fac ergo quod dico: diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum, ne dederis ſomnum oculis tuis*, & temetipſum libera. Spondet peccator omnis pro debito culpæ, ſi ſolutionem differt, conijcietur in carcerem infernalem: feſtinet ergo ſoluere, & cum Deo per confeſſionem, ac pœnitentiam reconciliari.

Docum. 3. Nemo in peccato ſecurus. 2. Reg. 11. & 24.

Diſce *Tertio*: noxium eſſe, vt quis toto die CHRISTVM perdiderit: & tamen multi perdunt eum integris annis, ſecuri in peccatis mortalibus agentes, nec ſoliciti de abſentia Dei. Dauid nouem menſibus permanſit in peccato adulterij, & homicidij; & alijs ſex, in peccato ſuperbiæ, qua iuſſerat numerari populum. Noli eſſe nimium ſecurus. Dauide nec melior es; nec ſapientior, recogita frequenter vitam, examina conſcientiam, inſpice animæ paſſiones, teque totum Confeſſario aperi, vt intelligas vtrum Chriſtus in te ſit, an aliquod peccatum mortale, propter paſſionum tenebras, occultum lateat. Nec ſolum putes tibi adeſſe CHRISTVM, ſed ſigna præſentiæ eius quæras, quæ iuſti in ſe experiuntur. Sunt enim qui præ conſuetudine, aut concupiſcentia peccata etiam grauiora intemperantiæ, luxus veſtium, turpis lucri, aliaque; ad quæ inclinantur, vel aſſueuerunt, peccata non putant.

Chriſti præſentis ſigna

VIII. Chriſt' cur non inuentus inter cognatos? I.

Et requirebant eum inter cognatos, & notos. Non inuenitur Chriſtus inter notos, aut cognatos: vt nos doceat *Primo*, non veniſſe ſe in mundum exaltandorum amicorum cauſa, ſed ad mundi redemptionem, & ſaluationem. in quo & nos Eccle-

Ecclesiastici præsertim, imitari eum debemus, vt ecclesiastica bona, non ditandis amicis; sed animabus iuuandis impendamus.

Secundo, Christum non debere à nobis inter amicos, aut notos quæri: cum fere nemo æque saluti nostræ obsistat. vt merito post Michæam, dixerit Christus: *Inimici hominis domestici eius*, ideoque qui Deo seruire volunt, ab amicis solent discedere, exemplo Abrahæ, cui Deus ita mandarat; Iacob, cum duabus vxoribus, à socero suo Laban recessit Moyses ex palatio Regis, in quo nutritus fuerat. Elisæus à parentibus Eliam sequens. Iacobus cum fratre suo sequens CHRISTVM. Paulus quoque de se testatur, quod *non acquieuerit carni & sanguini*, CHRISTVS nusquam pauciora fecit miracula, quam in Nazareth vbi à pueritia vixerat. Magis se ipsos, quam salutem suam, amici in te quærunt; nempe, solatium, auxilium, pecuniam, semper de egestate queruntur, & in honore tuo venantur suum, instar fratrum CHRISTI, suadentium ei vt ascenderet Hierosolyma, videreturque ab hominibus; nempe ipsi cum illo.

> 2. Amici deserendi. *Mich 7. 6.* *Mat. 10. 36.* *Gen. 12. 1.* *Gen. 31. 20.* *Exod. 2. 15. &* *Hebr. 11. 24.* *3. Reg. 19. 20.* *Mat 4. 21.* *Galat. 1. 16.* *Luc. 4. 23.* *Ioann. 7. 3.*

Solent propterea pij, liberos à pueritia domo amouere, Elisabeth imitati, quæ Ioannem Baptistam abduxit in desertum, extra seculi turbas. De patritijs Romanis testatur Gregorius; quod liberos suos sancto Benedicto commendarent, vt eos in omni pietate institueret. Liberi sunt pretiosissimus thesaurus, de quo, exactissima reddenda erit Deo ratio: ideoque commendandi pædagogis, optimis virtutum magistris.

> *Greg. 2. dial. cap. 3.*

Tertio; cum, Christi causa, semel renunciauerimus seculo, non esse eodem, vel ad parentes carnales, redeundum, apud quos ille non inuenitur. Quærit sponsa sponsum in *lecto*, in *vicis, & plateis*, inter *vigiles*; sed non inuenit: neq; enim inuenitur, *in terra suauiter viuentium*. Religiosus es? permane in Religione, alioqui Christum perdes, & degenerabis. Christus Ecclesiasticos dixit *terræ salem*; quia seculares doctrina, & vita præseruant à verme peccati. Sal ex aqua conficitur marina, quæ calore siccatur, & induratur, conseruaturque,

> 3. *Cant. 3.* *Iob 28. 13.* *Mat. 5. 13.* Salis natura.

& alijs conseruandis est vtilis, quam diu est siccus; sin vero in mare abijcias, liquescit, & amisso vigore, in aquam resoluitur: idem contingit Religiosis, quos Deus ex seculi pelago separatos, à passionum humore exsiccat, qui si in seculum redeant, amissa virtute, alijs sæpè fiunt deteriores. *Sicuti* enim *non facile inuenies*, ait Augustinus, *meliores Religioso bono: sic nec peiores Religioso malo.* Quod, prô dolor? hodie plus satis experimur, dum Lutherus, Bucerus, Martyr, Oecolampadius, Ochinus, excucullati omnes, alijque mundum hæresi sua turbant.

Applicatio.

Aug. ep. 137. in fine.

IX. *Et non inuenientes regreßi sunt in Ierusalem requirentes eum.* Sciebant parentes CHRISTI, eum non aberrasse casu; quodque prius morte sua redempturus esset mundum, quam ascenderet ad cœlos; quærunt nihilominus eum omni studio; vt nos doceant esse, etiam in rebus à Deo promissis, diligentes. Sciebat Dauid successurum se Sauli; fugit tamen, ne ab eo occideretur. Sciebat Iacob, se ab Esau non lædendum; laborat tamen tantum, quantum potest, vt ei reconcilietur. Necessaria promisit nobis Deus, laborare tamen ipsi debemus, Deoque cooperari, exclusit tantum solicitudinē superfluam, quæ ad desperationem ducit, aut pusillanimitatem. Amisso Christo, noli expectare, vt ad te sponte veniat; sed quere eum: nec eos imitare, qui à Sacramentis, pijsq; exercitijs abstinent, quia, vt aiunt, non habent deuotionem, quasi hæc sine exercitijs detur, cum omni modo ad eam exerceri debeamus.

Diligentia nostra requiritur etiam in his quæ Deus promisit.

1. Reg. 27. 2.
Gen. 32. 20.

Nota. Beatos ita inuenisse Deum, vt nunquam sint amissuri: damnatos contrà ita amisisse, vt nunquam sint inuenturi: nos verò, ita nonnunquam perdimus, vt tamen reperire possimus: perdimus autem tripliciter. *Primo:* Peccato mortali, quo gratia expellitur. *Secundo:* Veniali, quod etsi gratiam non expellat, feruorem tamen charitatis minuit. *Tertio*, Sine peccato, sola Dei voluntate; non tantum subtrahentis, iusta de causa, Spiritus suauitatem; sed externas, internasque tribulationes immittentis: vti Beato Iob, & Apostolo contigit, idque *primo*, Vt magis in bono firmemur; in star

Triplex status hominum.

Perditur Deus tripliciter.

Deus aliquando abst, cur.

1.

instar plantæ, quam ventus magis radicat: aut instar reptilis, quod si auellere velis, firmius adhæret. *Secundo*, Ad declarandam iustorum virtutem: sicuti enim auri pondus examinatur libra, sic Deus iustos ponit in libra tribulationis, vt innotescat, eos Deum quærere ex toto corde, non propter prospera, solatia, deuotionem affectualem, aut quicquam ab ipso aliud. *Tertio*, Ad meriti augmentum, quod ex firmitate, & libertate voluntatis crescit; quæ tanto est roboratior, quanto minus à suauitate interna fulcitur. Cum ergo Deum vno dictorum modorum amiseris, parentes hos imitare, vt eum inuenias; qui, eodem vnde venerant, regressi sunt. Recogita quomodo CHRISTVM amiseris: forte inter choreas, risus, fabulas, aut ex negligenti tui ipsius custodia. Aderit tibi peccata deflenti, mundum fugienti, confessionem & Eucharistiam frequentanti, cum sanctis conuersanti, Confessario obtemperanti &cæt. Rede huc, regredere in Hierosolymam, id est, domum pacis, & præter conscientiæ pacem, aliud nihil quæras; sic fiet, vt Christum inuenias.

2. 3. **Christus quomodo reperiẽdus.**

X. *Et factum est: post triduum, inuenerunt illum in templo, Post triduum*, idem est, ac tertia die: nempe, post triduum inchoatum. ea phrasi, quam Marcus dixit, Christum *post tres dies* resurrecturum. resurrexit enim die tertio. Opinari licet Dominum à parentibus initio statim in templo quæsitum, qui scirent eũ, citra necessitatem, non fore, nisi in loco sacro: cum ergo primo die Hierosolymis recessissent, eodemque, secundo die redijssent, statim tertio die ante meridiem templum adeunt, ibiq; Dominum inueniunt.

Tridui explicatio. *Marc. 8. 31.*

Nota *Primo*, Tristitiam sanctorum, non esse diuturnam. tristabantur hi parentes, sed non vltra triduum. non potest diuina charitas electos diu deserere: vel si tristitia sit salutaris, admiscet ei quoddam gaudium. sic Apostolus, in omni tribulatione, magnum sensit interius solatium. Quod idem experti sunt Martyres: Laurentius in craticula, Marcus, & Marcellianus fratres palo clauis confixi, & torti, dixerunt *nunquam tantam se sensisse voluptatem*, non ergo fatigemur

Tristitia Sanctorum breuis.

mur patientes pro Christo, neque enim sinet nos *tentari supra quod possumus: sed dabit cum tentatione prouentum*, & auxilium.

Christ⁹ vbi inueniatur. *Secundo:* Vbi puer hic inueniatur, non in plateis, foro, aut cæmiterio, ludens pila, vel fabulans; prout nunc non pueri tantum, sed & adulti faciunt; qui tempore Sacri, malunt extra Ecclesiam inueniri, quam sacrificio assistere. Refert de Sancto Ioanne Eleemosynario Patriarcha Alexandrino, qui vixit ante annos mille, Leontius Neapolis Cypri Episcopus; quod, cum finita concione, populum videret templo egredientem, in Cæmiterio ad fabulas considere, ipse quoque egressus sit, dicens: Pastorem debere ouibus adesse, sacrificiúq; non fieri in Ecclesia, in commodum Pastoris, qui domi illud facere posset, sed populi: *si ergo vultis illud me perficere, simul regrediamur in Ecclesiam, Deumq; oremus vnanimes.* Quo audito illi regressi sunt, ac imposterum remanserunt.

Apud Sur. 3. Febr.

Ber. serm. de hoc Euan. qui putatur Adilfredi Abbatis. Psal. 39. 18.

Considera *Tertio*, cum S. Bernardo quid Dominus hoc triduo fecerit, vbi dormierit, & quis eum cibarit. Speculatur ille, Dominum vixisse pauperem, ac mendicasse, vt impleret illud psalmi: *Ego vero mendicus, & pauper sum; Dominus solicitus est mei.* Atque hac egestate promeruit Dominus pueris gratiam, vt etiam infra annos discretionis, non tantum, pro honore Dei, aliquod incommodum; sed & tormenta grauia, & mortem martyres paterentur. Incredibile enim esset, quantum hi à Tyrannis pro Christiana fide tolerarint, nisi eos efficaciter Christus iuuisset. *Maior est*, ait Cyprianus, *in Christianis pueris virtus, ætate; & laus martyrij annos transcendit.* In Lucania, anno Domini trecentesimo tertio, fuit Sanctus Vitus, puer duodennis, cuius festum agitur 15. Iunij, cum Modesto, & Crescentia, à quibus nutriebatur, instituebaturque, inscijs parentibus, in Christiana fide. Tantus erat huius pueri feruor, vt nulla timeret tormenta. pater eius Hilas omni studio conabatur eum, à fide abducere; sed frustra: videtque adstantes filio 12. Angelos tanto fulgore, vt eum excæcarent: sed orante filio, visum recepit. Valerianus Iudex iussit eum crudeliter flagellari, Diocletianus

Cypr. epi. 77.

Apud Sur. 15. Iunij.

nus Imperator, (ex cuius filia energumena diabolum fugarat,) cum in ardentem fornacem plenum ardentis plumbi, picis, & resinæ coniecit, obiecitque terribili leoni, & cum ab his omnibus nihil læderetur, ita crudeliter eum verberare iussit, vt ossa, & viscera apparerent; atque ita obijt. Erant sub Decio Aretij in Italia, duo studiosi; Pergentinus, & Laurentius fratres: ambo à parentibus Christiana fide instituti, qui à Tiburtio Iudice accersiti, cum causam suspicarentur, mutuo se roborarunt, atque intrepidè Iudici responderunt. ille fustibus eos verberari, & sine cibo, & potu in carcerem recludi iubet, sed ab Angelo cœlitus cibati, solatium acceperunt, ac, aperto licet miraculose carceris ostio, egredi tamen noluerunt; martyrium præeligentes. Iudex vt Iouem adorent, candentibus carbonibus imponit: illi vero adoraturos se simulant; sed conspecto Idolo, inuocatoque Deo, illud, ceræ instar, dissolutum est. Quare excandescentes Gentiles, eos ad mortem vsque percutiunt, ac tandem capite feriunt tertia Iunij, anno Domini ducentesimo, quinquagesimo quarto. Cum Diocletianus, & Maximianus persecutiones in Christianos mouerent; prouincijs singulis crudelissimos præfecerunt Præsides, qui Christianos, ineffabili tormentorum genere, ad Idololatriam cogerent. Præsidebat Hispanijs Dacianus, qui neque cruciatibus parcebat, neque hominibus: cuius in Complutensem ciuitatem aduentus, Christianos omnes multum terruit, eo quod nossent hominis crudelitatem; sed roborauit eos Deus miro modo.

Apud Sur. 3. Iun.

Apud Sur. 6. Aug.

Duo pueruli, Iustus, & Pastor fratres, audito Tyranni in vrbem aduentu, proiectis in scholam libris, exclamantesque; iam satis studijs impendimus, ad cœlos properemus per martyrium, ibi omnia cognoscemus, ad Tribunal Daciani accedunt; seque & Christianos dicunt, & eo venisse profitentur, vt pro fide tormenta & mortem subeant. Iubet eos, Dacianus crudeliter flagellari: illi vero se mutuo roborantes, cum omnium stupore, post cruciatus multos, tandem decollati sunt, sexto Augusti, anno trecentesimo, tertio,

tertio, ſuoque exemplo multis, in eadem vrbe; viam ad ſpontaneam & conſtantem, pro fide, mortem aperuerunt. Gallijs præſidebat Rictiouarus, qui eodem anno puerum nouennem Iuſtum ſiue Iuſtinum nomine, decima octaua Octobris occidit: tum, quod Chriſtianus eſſet; tum, quod gentibus nollet patrem ſuum, & fratres prodere. Puer vero iam decollatus caput manibus tollens, locum indicat, vbi velit ſepeliri corpus; addens, animam iam in paradiſo eſſe.

Apud Sur. 18. Octob.

Plures adhuc ſunt pueruli pro CHRISTO tormenta plurima paſſi, Floxellus in Gallia, feris obiectus eſt, ab ijſque diſcerptus 17. Septembris. Neophytus anno ætatis 15. flagellatus, in candentem fornacem immiſſus feris obiectus, tandem decollatur 20. Ianuarij. Nion decennis, cum ſorore Maria tredecim annorum, ROMAE multa anno 259. pertulit. Celſus, cum Nazario occiſus vigeſima octaua Iulij.

De Flox. v. Mombrit. to. 1. & Petrum in cat. li. 8. cap. 92. De Neoph. notas Baron.

Erat Tarſi in Cilicia, mulier venerabilis Iulitta nomine, cum filio trienni Quirico, quæ cum capta eſſet ab Alexandro Tyranno, multaque pro fide pateretur, Tyrannus puerum, in gremium eleuans, multa ei cum blanditijs, & oſculis promiſit: ille vero, in matrem, quæ flagellabatur, continuo intuitus, *Chriſtianus ſum*, clamat, *matri adeſſe volo.* Iudex puerum feſtiue demulcet, ille verò Tyranno faciem vnguibus inſcribit, ventremque pedibus ferit, ita vt Tyrannus ei tandem, caput in gradus illiſerit; eumque, matre præſente, occiderit decimo ſexto, calendas Iulij, Anno trecenteſimo quinto. Puer adhuc duodennis cum patre ſuo Conone, anno ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, vigeſima nona Maij, pro fide, in craticula aſſatus, feruentique oleo perfuſus fuit.

Pet. l. 5. c. 62.

Cordubæ in Hiſpania, anno nongenteſimo vigeſimo quinto, 26. Iunij, Saraceni Pelagio puero ferreis forcipibus omnia membra diuulſerunt. De multis pueris meminit Victor, præcipuè de duodecim cantoribus, qui in Africa graues

Ambr. Morales addit. ad S. Eulog.

Victor. 3 de perſ. VVand.

graues cruciatus sustinuerunt. Celebrant Græci S. Babylam cum octoginta tribus discipulis pueris, pro Christo, occisum. Ecclesia quoque multas veneratur Virgines iuuenculas, pro Christo crudeliter occisas: vt Basilissam nouennem, Christinam vndecennem, Eulaliam, & Eutropiam duodennes, Agnetem Aquilinam, & Priscam annorum tredecim. vt ex pueris, Christi discamus potentiam, erubescamusque, quod ne minimum quidem, pro eius amore tollerare velimus. *4. Sept. 3. Sept. 24 Iul. 10. Decem. 15. Iun. 21 Ian. 13 Iun. 18. Ian.*

Nota *Quartò*, Egestatem, immo mendicitatem, non esse malam: nam & Christus eam suscepit, & *pauper*, ac *mendicus* appellatus est: immo beatos vocat *mendicos*: vbi enim nos habemus, *beati pauperes*: in græco est πτωχόι, id est, *mendici*. Est ergo cur mendici gaudeant, quia imitantur Christum, Dei filium, & *ipsorum est regnum cœlorum*: tum quia possidebunt illud modo de paupertate nō murmurent; tum, quia vt Christus ait diuitibus illud pro Eleemosynis reddent. **Mendicitatis laus.** *Psal. 39 18. Luc. 4. 18. Luc. 16. 9.*

Non est exiguum bonum paupertas, etsi paucis notum. Amarunt eam, quietis causa, gentiles nonnulli: imo dicebat Anaxagoras *neminem simul virtutem, & diuitias habere posse*. Socrates semper ambulabat nudis pedibus, Diogenes nihil habebat præter dolium. Christiani vero plura multa in ea inueniunt bona, gaudium animi, solicitudinem Dei, qui pauperes suos non deserit, & certam promissionem cœli, vt mirum nihil sit, quod paupertatem Franciscus *charißimam sibi sponsam* dixerit, multique diuites eam, cum diuitijs commutarint: diabolus quoque pro eius extirpatione laborarit. **Paupertatis laus.** *Apud Laer.*

Nam *Primo*, multos suscitauit paupertatis impugnatores, hæresiarchas, ac præcipue contra Ordines mendicantes, vt Guilhelmū de sancto amore, Waldenses, Wicleffitas, Hussitas, Lutheranos, eorumq; complices. **Paupertatis impugnatores.** 1.

Secundo, inuehit in monasteria diffidentiam quandam, perinde ac si Deus, qui mendicantes Ordines instituit, ac seruauit, iam minus solito possit, aut velit. vnde oritur *Tertio*, in mona- 2.

monasterijs proprietas; & præ metu egestatis, exurgit prævaricatio regulæ. paupertas vota glossis inuoluitur, superiores nimium subditis indulgent, murmurationem metuentes; quasi religioso liceret, consentiente superiore, habere propria. *Quarto*, excitat in subditis murmura, si non semper pro consuetudine tractentur, in cibo, vestibus, vel alijs. nec cogitant illi se pauperes, quodque ad nihil ius habeant. Certè metuendum est Religiosos multos, prœmio Religionis, immo & cœlo ob non seruatam regulam, carituros. Nihil eis consultius, quam vt, quod nouerint, integrè seruent. Deus enim qui Cœnobia fundauit, cum non essent; facile ea seruabit, cum sunt; si tamen ipsa maiorum virtutem, & vitam seruent.

XI. Loca diuersa.

Sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Multi tabernas, præ templis amant. Sed est hæc nota filiorum Diaboli, non Dei. filius enim amat domum patris sui. Cum gallina inter pullos suos, anatum quoque pullos fouet, magnum est inter vtrosque discrimen: illi enim matrem sequuntur in omnibus, hi verò natura duce aquas petunt, non sine magno Gallinæ dolore. Mater nostra Ecclesia, Christianos omnes fouet, donis sibi ad hoc à Deo datis: filij ingenui, quia eundem Dei Spiritum habent, per omnia sequuntur, & officio diuino gaudent: nothi vero, choreas malunt, & lusum, aut societatem malam.

In templo quid.

Quidam templa ingrediuntur, sed non vt debent, exemplo Christi; inambulant, fabulantur vana, noua, impudica, aut de mercaturis; huc illucque respiciunt, etiam ad illicita; de vno genu Deum adorant, cum Iudæis, in domo Pilati, aucupum instar, quando auem iaculantur. Christus in horto vtrumque genu flexit, vti & Sanctus Stephanus, & Salomon in dedicatione templi, quos in oratione imitari oportet: in concione autem sessio permittitur, vt quietius audiamus. Nota non debere Ecclesiam esse sine Doctoribus. nam qui eam regunt, aut diuinum officium faciunt, vel Sacramenta administrant, populumque docent;

Vlectendũ genu vtrumque. *Luc 22. 41. Act. 7. 59. 3. Reg. 8. 54.*

docent, docti esse debent, & venerabiles: non pueri, nec indocti nobiles, nec diffluentes luxu, vt, prô dolor! hodie multis locis contingit. Quos præ filijs Heli tanto magis puniet Deus, quanto mysteria Ecclesiæ, Cœremonijs veteris testamenti præstant. Doctores quoque in Ecclesia esse debent, vbi hos Christus inuenit. Quotquot enim extra Ecclesiam sunt; non doctores, sed seductores; non Pastores, sed lupi; non custodes, sed fures sunt; siue illi gentiles Philosophi, siue hæretici, siue Sophistæ fuerint. *Quotquot venerunt*, (nempe non missi) *fures sunt*, ait Christus, *& latrones*. Sedet in Ecclesia Christus, & cum ea est *vsque ad consummationem seculi*, quem nec hæreticorum figmenta, nec infidelium conatus, nec diaboli fraudes nobis auellent. *stantem* vidit Beatus Stephanus, & Apostoli post resurrectionem, nempe, vt nos adiuuet. Estque *in medio*, non in angulo, vel latibulo. In præsepi erat, *in medio animalium*; in cruce, *in medio latronum*; ambulans in Emaus, *in medio discipulorum*; post ascensionem, *in medio septem candelabrorum*; in iudicio, inter oues & hircos; in æternitate, inter Patrem & Spiritum Sanctum; in cœlis iam, inter Deum, & homines, tanquam verus *mediator*, qui omnia coniungat ceu lapis angularis *qui facit vtraque vnum*.

1. Reg. 4. 16. Ioan. 10. 8. Matt. 28. 20. Act. 7. 55. Ioan. 20. 19. Habac. 3. 2. Luc. 23. 33. Luc. 24. 15. Apoc. 1. 13. Mat. 25. 33. 1 Tim. 2. 5. Eph. 2. 20.

Sic sedet *in medio doctorum, primo*, vt doceat se congregatis legitime concilijs interesse, vbi nihil permittit statui, verbo Dei, & præceptis, vel fidei contrarium. Si enim vt ipse dixit *medius est, vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine eius*: quanto magis, medius erit quando ad fidei declarationem, & mores Ecclesiæ, congregantur totius Christianitatis Ecclesiastici Principes, qui Ecclesiam ceu Superiores Rempubl. præsentant. Prouidet ergo ne hi definitionibus errent; imo credendum est, à Christo & Spiritu Sancto suggeri, quicquid illic decernitur. ideoq; Apostoli Hierosolymis in Concilio congregati scribebant, *Visum est Spiritui Sancto & nobis*. Sanct. Gregorius quoque sanctum Theodosium [a] Cenobiarcham imitatus, scribit; quatuor primis Concilijs ante sua tempora celebratis, non minus, quam quatuor Euangelijs credendum. quod idem de quinto generali Concilio, Constanti-

Christus cur in medio Doctorum.

I. Christus est in Concilijs Ecclesiæ. Matt. 18. 20.

Act. 15. 28. a Nicep. li. 6. cap. 33. Greg. l. 1. epi. 24. l. 5. & l. 3. ep. 10. lib. 2. epist. 48.

ſtantinopoli ſuo tempore celebrato, teſtatur: imo nos de omnibus Concilijs poſterioribus, id ſentire debemus: quorum vna eſt authoritas, & nullus error: etſi ea indocti hæretici non ceſſent blaſphemare. Non erat tanta apud Synagogam authoritas, quanta nunc apud Eccleſiam; tamen mandat in lege Deus, illam, & CHRISTVS in Euangelio, audiri: Nam propter aſſiſtentiam Dei, nunquam in Concilijs eorum aliquid Scripturæ contrarium decreuerunt, (& ſi malè viuerent, & eorum nonnulli grauiter errarent, ac præ auaritia male docerent:) donec Chriſtus, æterna ſapientia, populum per ſe docuit, eique, vt ſummus Paſtor, viam in cœlos monſtrauit. Multo minus errabunt Eccleſiæ Doctores, & Epiſcopi legitime congregati, etiamſi non omnes ſancti fuerint; neque enim ſua virtute hanc Spiritus Sancti aſſiſtentiam meruerunt; ſed ad certitudinem Eccleſiæ, cui in quæſtionibus fidei certa eſſe debet veritatis regula, eam Chriſtus dedit.

Deute. 17. 10. Mat. 23. 3.

Secunda cauſſa. Quid docẽdum in Eccleſia.

Secundo, vt omnes Eccleſiæ Doctores videant, quid, & quomodo doceant, an hæreſin, & errores; an vana, inutilia, & ſtulta, monet enim Apoſtolus ſupra fundamentum CHRISTI, id eſt, fidem, ædificandum eſſe *aurum, argentum, & lapidem pretioſum*; nempe, pias, & ſanctas doctrinas: quod ſi vero quis *lignum, ſuperædificet*, vel *ſtipulam, & fœnum, detrimentum patietur*; *igniſq;* purgatorij *probabit.*

1. Cor. 3. 12.

Attendere præterea debent, modum ſuæ doctrinæ, & ſcopum: num honorem ſpectent, vel dignitates, aut lucrum temporale; an vita doctrinæ reſpondeat, an non ſint nimis ſcrupuloſi, vel liberi, an vitia corripiant ſine læſione perſonæ; virtutes commendent, ſine adulatione; incerta obtrudant pro certis; denique an ex ſpiritu loquantur, an ex doctrina; examinat enim Chriſtus omnia accuratè; ad maiorem doctorum mercedem, vel damnationem; nam quia proprium eius erat, Chriſtianos inſtruere iuxta illud: *ego in hoc natus ſum, ego in hoc veni, vt teſtimonium perhibeam veritati*, vult officium hoc ſanctè adminiſtrari, & vt Doctores, in omnibus, verbum Dei ſequantur, loquanturque per Spiritum ſanctum,

Ioan. 18. 37.

ſanctum, ac vitam doctrinæ conforment. *Tertio* eſt Chriſtus *in medio*, vt ipſi faciamus, quicquid facimus proximo. ipſe Eleemoſynam pauperi datam, vel irrogatam iniuriam recipit: *quicquid* enim *feciſtis*, ait, *vni ex minimis his fratribus meis, mihi feciſtis*. Vide ergo quid proximo facias: nam ſi proximum percutis, Chriſtum feris prius, quam proximum; ſin ab eo percuteris, aut iniuſte malediceris, noli quærere vindictam: Chriſtus enim, qui pro te malum recepit, vindicabit. *mihi*, ait, *vindicta, & ego retribuam*. Si à proximo afficeris beneficio quopiam, gratanter accipe: datur enim per manus Chriſti, neque eo abutere, quia Chriſti eſt, à quo tibi ad animæ ſalutem confertur. *Quarto* eſt, *in medio*, quia omnibus æque propinquus, nec *acceptor perſonarum*: gratiam æqualiter diſtribuit omnibus eam petentibus, quod vero non omnes eam æqualiter recipiant, ex ipſorum eſt indiſpoſitione: nam & ſol æqualiter radios ſuos diſpergit; quidam tamen eos non vidēt, vt cœci; & qui feneſtras, vel oculos claudunt; quidam cum dolore vident, vt veſpertiliones, & lippi; quidam denique clare, vt quibus purus eſt oculus. Tu ergo aures purga, vt CHRISTVM doctorem audias; intellectum acue, vt doctrinam eius intelligas; paſſiones compone, ne impediaris; ſpiritum munda, vt verba eius guſtes.

3. cauſſa. Chriſto fit quod fit proximo.

Matt. 25. 40.

Rom. 12. 19.

4. cauſſa. Chriſtus nō eſt acceptor perſonarū.

Act. 10. 34.

Tria inter doctores fecit CHRISTVS. *Primo*, audiuit eos, vt nos doceret; *Primo*, non eſſe faciles ad loquendum, ſed ante reſponſionem audire: iuxta illud ſapientis; *diſce prius quam loquaris*. Noli proximi ſermones interpellare; ſed attende, & intellige, ne præceps, vel ſtupida ſit reſponſio tua, aut ſtultum iudicium: idque non publicè tantum, ſed & priuatim, cum de proximi vitijs alios audis, vel ipſe loqueris. *Secundo*, neminem debere docere alios, quod necdum didicit. triennium Apoſtoli audiendo CHRISTO impenderant, priuſquam ad fidei propagationem diuiderentur. opifices ergo opificia ſua tractent, quæ didicerunt, non ſcripturam; quam ſub Eccleſiæ doctoribus, necdum audiuerunt. *Tertio*,

Tria fecit inter Doctores Chriſtus.

Primum docet nos. 1.

Eccl. 18. 19.

2.

3.

Eccl. 6.35. Ibi. c.32. 9.

Iuuenes debere esse promptos, ad audiendum seniores; iuxta illud Sapientis: *In multitudine Presbyterorum sta, & sapientia illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire.* Item, *Non effundas sermonem tuum, audi tacens, & pro reuerentia, accedet tibi bona gratia.* 4. *Quarto*: quomodo in audiendo Dei verbo debeamus nos componere; non ad somnum, fabulas, oculorum, vel cogitationis diuerticula, vel ad curas seculares, imo nec ad lectionem, vel orationem: sed ad diligentem attentionem: quo per Sacerdotem, Deus in nobis loquatur, animumque ad omnem virtutem emolliat.

2. quod fecit Christus Christus rogat.

Secundo, interrogauit Christus, non vt ignota disceret, qui à primo conceptionis suæ ex matre initio, omnia sciebat, sed 1. *Primo*, vt humili interrogatione, qualis pueros decet; Doctores ad responsionem prouocaret, atque ita occasionem sumeret, aperiendi eis mysteria fidei, audiendique eorum sententias. Videtur hic Christus, doctrinã suã Doctoribus, quasi examinandam obtulisse, antequam eam inuulgaret: vt nos doceret, nõ audiendos in Ecclesia doctores, quorum doctrinam, non prius Ecclesiasticus magistratus probarit: etiamsi illi se à Deo missos iactent. missus erat à Deo Apostolus; & tamen Euangelium suum, cum alijs Apostolis contulit. De Christo, testatus est in monte Thabor tribus Apostolis, Pater: *hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.* sed testimonium hoc præcesserat præsens doctorum approbatio: vt discamus; non probari à Deo in Ecclesia, quod non prius probauerit Dei Vicarius; nam, vt Bernardus; *Sententia Petri præcedit sententiam cœli*, & iuxta Hilarium, *iudicium Petri in terris roboratur in cœlis.*

Examen doctrinæ. Galat. 2. 2. Matth 17. 5. Cur hęc approbatio sit prior approbatione in monte Thabor? Bern. ser 1. de Pet. & Pa. Hil c. 16. in Matth.

Ita statuit Deus, ne fideles per pseudoprophetas, qui se 2. prophetas Dei iactitant, seducerentur. *Secundo*, interrogat Christus, vt nos in fidei, & conscientiæ dubijs, ad interrogationem excitet. Monẽt Prophetæ, vt ex *ore Sacerdotis* requiratur lex: & Israelitis præceperat Deus, vt in dubijs summum sacerdotem consulerent, & audirent. Multos diabolus circa fidem, vel alia impugnat, qui præ verecundia non audent ista aperire: sed se ipsos disputando consumunt, sedu-

In dubijs qui consulendi. Agg. 2. 12. Mala. 2. 7. Deut. 17. 9.

seducunturque à Diabolo, in sophisticis multo versutiore, quam sint ipsi.

Alij interrogant quidem, non tamen quos debent de scriptura, in conuiuis discurrunt, cum fœminis, vel indoctis, aut æque dubijs, à quibus nihil habent subsidij, sed cœcus cœcum secum præcipitat in foueam. Erubescunt consulere doctos, quibus tamen data est à Deo doctrina, ad proximorum vtilitatem, vel deferri metuunt, quasi Sacerdotes non spectarent aliud, quam mortem, vel damnum errantium cum eorum sit errantes humeris suis, id est, quam possunt optimè, etiam cum labore suo: in ouile reducere. Vis tibi ab errore consultum? noli tentationes etiam exiguas silere: aperi eas Patri spirituali, ita fiet, vt non tantum non erres, sed & perpetuam habeas animi quietem, ac lætitiam. Ista est concors omnium sanctorum doctrina, scripturæ conformis. *Luc. 15. 5.*

Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius. Videntur doctores hic Christum examinasse; & cum ab eo inaudita audirent, profundius explorasse, vtrum ea scripturæ essent consona, quibus ille tam doctè, & acuratè respondit, vt non mirarentur solum, sed & stuperent, omnia eius dicta approbantes. Atque hoc est *Tertium*, quod inter Doctores CHRISTVS fecit. venerat enim vt alios doceret. *Primo*, igitur audit. *secundo* interrogat. *Tertio* respondet, quæ eadem nobiscum quotidie facit. XII. *3. quod fecit Christus*

Primo, facta videt, & dicta audit, num preces animo fundamus, & corde, an solum ore.

Secundo, interrogat, & examinat per aduersa, iuxta illud Raphaelis ad Tobiam, *Quia Deo placebas, necesse fuit vt tentatio probaret te*, tentatione enim examinamur, num Deum propter se, an propter temporalia diligamus. *Thob. 12. 13.*

Tertio, respondet nobis, cum interius solatur. Beati qui hanc à CHRISTO responsionem accipiunt. Rogantibus aliquando Scribis, *qua potestate* vendentes, & ementes, eijceret è templo? aliam interrogationem proponit: Vtrum Baptismus Ioannis *ex cælo* esset, *an ex hominibus*? *Matth. 21. 25.*

 cum-

cumque responderent illi: *Nescimus*. respondit ipse: *Nec ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio.* indigni enim erant responsione, qui non animo discendi, sed corripiendi interrogabant.

Cant. 1. 7. Rogauit sponsum sponsa vbi cubaret *in meridie*? optans voluptatem cœlestem illic experiri, vbi clarius est diuinitatis sol, & charitatis æstu animos accendit: optabat more nostro deuotionem sensualem; sed responsione monita est, ad sui ipsius cognitionem; ad claram enim Dei notitiam, deuotionemque, nemo sine sui notitia peruenit. per quam inspecta animi fœditate, laboramus eam contritione, confessione, ac pœnitentiæ operibus expiare, & ad deuotionem præparare. Vis ergo, vt Christus respondeat? interroga intentione purâ, & vt oportet.

Prudentia Christi. *Mar 6. 2. Ioan. 7. 15.* Christus sapienti responsione sua omnes in stuporem rapuit: nam si stupuerunt virum triginta annorum; quanto magis puerum duodennem? Maria tamen sapientiam eius iam diu experta, non stupebat; sed inexperti. sæculares enim facile ad diuina stupent; vt cum virginem audiunt nobilem, decoram, seculo misso Religionem pauperem ingredi, pios non delectari choreis, & vanitatibus, quibus delectantur ipsi: nec offendi irrogatis iniurijs. ita de *1. Pet. 4. 4.* gentilibus testatur Petrus; mirari eos, quod *non concurrant* Christiani *in* eandem *luxuriæ confusionem*. Spirituales vero, qui Dei spiritum norunt, immutantem hominum animos cum se ad Deum conuertunt, ista nihil mirantur.

Stupor sine fructu. Porro notandum; auditores hos stupere quidem, non tamen conuerti: quod & hodie multis contingit; mirantur doctrinam, & eloquentiam Concionatoris, miram dictionem; de conuersione peccatorum, de vita iustorum, &c. Sed mirantur tantum; non mutantur: intellectus mouetur, voluntate immota. cum Longinus Dominum videret, in cruce *Matt. 27. 54.* *magna voce* emittere Spiritum, terram tremere, aliaque signa euenire, conuersus: *Verè*, ait, *Filius Dei erat iste.*

Aug. 8. Conf. c. 1. Cum Augustinus audiret vitam Antonij admirans exclamat:

mat: *Veniunt indocti, & cœlum rapiunt; & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamur in carne, & sanguine? An quia præcesserunt, pudet sequi, & non pudet, nec saltem sequi?*

Quoties ergo nouum aliquid audis, vel vides: vitam ad illud compone, confisus, non minorem tibi à Deo gratiam, datum iri; quam illis. Duo in CHRISTO admirantur auditores; sapientiam scilicet, & responsionem, id est, eloquentiam. Sapientia mirabilis erat: venerat enim, vt per eam confunderet seculi sapientiam, quemadmodum ex Esaia docet Apostolus. *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiã prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi Scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia, non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes.* nempe, per prædicationem, & doctrinam Euangelij; quam mundus, vt stultam, propter crucis misterium, ridet.

Duo stupenda in Christo.

1. Sapientia Christi digna admiratione. *Isa. 29. 14. 1. Cor. 1. 19.*

Iam fœmina pauper, quę per gratiam Dei piè viuit, & fidei gustum habet, omnibus gentilium Philosophis est sapientior: imo & Christianis Doctoribus superbis; qui multorum scientiam, nullorum sapientiam habent. Elocutio Christi, efficacior erat omnium Oratorum eloquentia ad artem composita: hæc enim aures tantum mulcet, illa vero animum penetrat, cor durum emollit, *diuidit carnem, & spiritum,* nec minus interius, quam exterius docet. Erant hæc in Christo duodenni miranda; In nostris quoque pueris, quędam miranda sunt. plus enim nunc quidem pueri duodennes sciunt, de impudicitia, arte mentiendi, fraude, furto, alea, &c. quam olim adulti, nempè, quia à parentibus ea discunt. Sicuti enim Christus, sapientiam mirandam acceperat à Patre: sic hodie pueri, nequitiam omnẽ discunt à parentibus, quos audiunt, & vidẽt, mentiri, fallere, iurare, execrari, inebriari, rixari, impudice loqui, liberos deuouere, per quę diabolus; cuius nomen illis est frequens, potestatẽ accipit in eos, vt ad imitandam parentum malitiam eos impellãt. Doce filios sapientiam; exemplo magis quam verbo, nam quemadmodum libri Salomonis ad instruendum Roboam conscripti, nihil ei profuerunt, in quotidiana patris vitia intuenti:

Euangelici status felicitas.

2. Elocutio Christi digna admiratione. *Heb. 4. 12.*

Miranda in pueris nostri æui.

caussa.

remedium.

 tuenti:

tuenti; sic nihil proderunt admonitiones etiam optimæ, nisi filios virtute præcedas.

XIII. *Et videntes admirati sunt.* Verba hæc dupliciter intelligi possunt, *Primo*, de admiratione auditorum: qui pueri stupebant modestiam, humilitatem, & in corporis gestibus, interrogatione, responsione, honestum decorem, sine vociferatione, tumultu, aut risu, sed cum quadã naturali grauitate: vt merito vsurpare potuerint illud, quod de Ioanne Baptista dictum. *Quis putas puer iste erit?* etenim si tanta fuit fuit pueri duodenis grauitas, & doctrina, quanta expectabatur à viro? solent homines in adulta ætate, ijdem esse, qui in pueritia, sed perfectiores, siue ad bonum, siue ad malum. *Parabola est*, ait Sapiens, *adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedit ab ea.* Sic Dauid in timore Dei, ac fortitudine educatus, eundem se iam vir præstitit. Cum pueros videmus ætatis nostræ, plenos superbia, inobedientia, contumacia, sine timore Dei excultos ad seculum, saltantes, deuouentes, & lenonum verba iactantes, merito & illud vsurpamus, *qui putas pueri isti erunt?* Quos à prima ætate mundus, & diabolus agunt: timendum eos ab omni malitia fore perfectos, mundoque plagas inducturos. Alter sensus est, vt intelligantur, de admiratione parentum Christi, quibus, diuersa fuit admirandi causa. Ioseph tanquam nescius Diuinitatis Christi: idem quod auditores stupebat, etsi enim nihil in puero aduertisset, præter modestiam, & prudentiam: nunquam tamen aduerterat tantam, supra annos, Sapientiam. Maria vero Diuinitatis Christi conscia nihil mirabatur, quod scintillam videret sapientiæ diuinæ, sed benignitatem filij, quod etiam in puerili ætate alios iuuaret. Mirabatur inquam benignitatem, quod disputatione hac senibus præstaret occasionem, recogitandi, num idem hic esset Rex ille quem ante duodecim annos Magi quæsierant: & iunioribus, eum post octodecim annos (quando eandem doctrinam clarius erat manifestaturus) pro vero Messia recipiendi: recogitantibus, quomodo in hac disputatione, diuinam sapientiam aperuisset, & simul audientibus quid ante duodecim

Duplex sensus.
Quid iurati auditores.
Luc. 1. 66.
Prou. 22. 6.
Posterior sensus.
Admiratio Ioseph.
B. Virgo quid mirata.

decim annos contigisset. neque enim dubium, quin hic de Messiæ tempore, aduentu, conditionibus, doctrina, operibus, & inimicis disputatum fuerit, id forsan toto triduo.

Præparabat itaque Dominus populum, etiam ante Ioannis Baptistæ, cuius id erat, aduentum. Hæc erat stuporis in beata Virgine causa, quæ nos & iam docet, vt magis miremur: quæ videmus, vel sentimus de Christo, quam quæ audimus: neque enim per fidem solum, quæ ex auditu est, mysteria Dei debemus cognoscere, vt sæculares, sed meditatione videre, sanctitate vitæ sentire, & vsu Sacramentorum gustare.

Et dixit mater eius ad illum. Caue putes Beatam Virginem præ ambitione, aut tacendi impotentia fœminis familiari Iosephum præuenisse: cum fuerit mulierum omnium humillima, & humilitatem iam diu, à Filio suo didicisset, antequam audiuissent discipuli, *discite à me, quia mitis sum & humilis corde*. Quin & tam fuit loquendi parca, vt quater tantum in scripturis, locuta inueniatur, *prima* cum Angelo, *secundo*, cum Elizabeth. *Tertio* hic. *Quarto*, In nuptijs, cum Filio & ministris. Nunquam, vel temerè, vel inutiliter locuta est; idque siue cum Angelis, siue cum hominibus, breuiter; cum Deo autem prolixè, vti ex *Magnificat* patet, vbi Deum laudat, nosque eum laudare docet. Quod ergo hic sola, tacente Ioseph, loquatur factum. XIV.

Matt. 11. 29.

B. Virginē Scriptura quater inducit loquentem.

Maria cur hic loquuta

1\. *Primo*, vt eam videamus veram matrem Christi, tacet autem Ioseph, quia sciebat Dominum non ex se genitum, hoc solo felicem se æstimans, (sicuti verè erat:) quod nutritius esset Filij Dei, & custos Matris eius.

2\. *Secundo*, vt discamus maiorem esse charitatem eorum, qui Deo fidentius loquuntur; sic B. Virgo, quia diligebat ardentissime, loquebatur etiam fidentissime. Et Beatus Ioannes: fiduciam, ait, *habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita, coram eo facimus*.

1\. Ioan. 3. 20.

Nititur quidem fiducia, Dei promissione; multum tamen vitæ sanctitate roboratur. Non est probabile, Beatam Virginem hęc filio publice dixisse; impediebat enim eam verecundia, & modestia: sed post solutam congregationem, quibusdam tamen præsentibus, qui præ nimio stupore discedere vix poterant. Disce hinc Beatæ Virgini honorem deferre, eiusque patrocinium implorare: sicut enim CHRISTO in terris agente, nemo ipsa fuit familiarior, ita nunc nemo potentior. Est quidem CHRISTVS *mediator Dei, & hominum*; sed tanta est, ait Bernardus, Diuinitatis eius maiestas, vt eum reueriti, aliquem requiramus ad ipsum ductorem; cui rei nemo Beata Virgine aptior: quæ puritate sua, DEO amicissima; & materna authoritate, est potentissima. Est illa inter DEVM, & homines; quod inter caput, & corpus, est collum, sicuti enim collo nihil, nisi caput, supereminet; reliqua verò sunt infra collum: ita DEVS solus, Maria superior est: quod autem DEVS non est, ipsa est inferius. &, sicut quod à capite ad corpus descendit, aut hinc illuc ascendit, per collum meat; ita dona sua largitur DEVS, per Mariam; precesque nostras, & merita, per eandem clementer suscipit: Cum ergo Deum oras, vel ad eius honorem aliquid operatis, per Mariam illud offer, supplicans ei, cum omni humilitate, vt ipsa meritis suis illud purget, charitate accēdat, atque ita ornatum Filio suo porrigat; & quod petis, ad salutem tuam, impetret.

B. Mariæ patrociniū & honor.

1. Tim. 2. 5. Bern. s. de illis. Signum magnū, &c.

Simile.

XV. *Fili quid fecisti nobis sic?* Nota Virginis dignitatem; Dominum dominantium, cœli, & terræ creatorem, Filium nominat, quod creaturarum nulla audet, quia nulla tam digna, lædunt hæc diabolum, qui proin per ministros suos, Hæreticos nostros, eam non cessat blasphemijs impetere; nec erubescunt illi, Beatam Virginem hic accusare publicæ superbiæ, & iracundiæ, quod præsentibus Doctoribus, ingressa sit præ ambitione, desiderans haberi mater tam sapientis pueri, illumque increparit, quasi transgressorem diuini præcepti, de honorandis parentibus; & immemorem molestiarum, quas ipsius causâ, fugiens in

B. Virginē rursus hæretici accusant.

in Ægyptum,& alibi perpessa fuerat: quodque scriptum sit. *Maledictus à Deo quia offendit matrem.* *Eccl.3.8.*

Cogitare hi debebant, Deum Matris suæ blasphematores puniturum; eosque nonnunquam ab ipsa matre punitos. Refert post Cedrenum, Nicephorus Græcos, aut Gentiles nonnullos, in hospitio inter pocula in Beatā V. blasphemias quasdam euomuisse; quos, tacente hospite, Deus è vestigio morte puniuit, hospiti tamen qui non blasphemauerat, parcens. Cui paulo post B.V. in somnis apparet, eumque corripit, quod blasphemias tales in domo sua tacitus tolerasset: ille subitaneam mortem deprecatur, spatiumq; pœnitentiæ exorat; quod illa quidem concessit, sed virgula, quam manu tenebat, super vtrumque eius genu ductâ, disparuit: hospes excitatus, vtrumque sibi crus præcissum, & lectū sanguinis plenū deprehēdit. Aliud refert Sophronius, superiori nō multū absimile: quod ante mille circiter annos Heliopoli in Phœnicia cōtigit. Erat illic circulator nomine Gaynas, qui Beatæ V. quotidie, in circulationibus maledicebat, cumque eum Beata V. duabus consequenter noctibus moneret taciturnitatis, illeque nihilominus pergeret; tandem tertiâ die, circa meridiem, tacita, digito suo dormientis manus, & pedes signat: qui excitatus vtrisque se inuenit truncum, ac pœnæ iustitiam cognoscit. Hæreticos nostros, si non hic, saltem in futuro, sua pœna manet; *Deus* enim *est patiens redditor*: qui tarditatem supplicij, grauitate compensat, blasphemum est, quod Beatam V. faciant superbam, ambitiosam, impatientem, & Filium Dei non sine blasphemia increpantem: grauius enim est, Filiū Dei arcessere præuaricationis mandatorum Dei, & facere reū Diuinæ vindictæ; quam quod eum; Pharisæi dixerint peccatorem, potatorem vini, & malefactorem. Non cadunt hæc in Beatam V. vnicam *columbam* sine felle, aut ira: quia enim sine peccato originali concepta fuerat, nullam in se sensit passionum rebellionem: cumque filium suum sciret Deum, non potuit eum cogitatione, vel verbo peccati accusare, ac proin præsentia verba, non exprobratoria sunt, sed interrogatoria: habentque admixtam, materni amoris querelam (vt Patres omnes aduertunt) humilem. Sensus itaque est: fili si quid ma-

Pœna blasphemantiū B. Mariam.
Niceph. l.18. c.33.
Eccl.5.4.
Ioan.9.16. & 18.30.
Matth 11.19.
Cant.6.8.
Sensus verborum B. Mariæ.

iestati tuæ commiſſerimus ingratum, aperi, vt corrigatur, neque nos deſeras. Non quod illa tale quid comiſiſſet, ſed nolebat eam Chriſtus ſuo ſymbolo, quod tribulatio eſt, immunẽ: ſolet enim tanto imprimere fortius, quanto diligit vehementius, ne in aduerſis contra Deum murmures, ſed, cum gratiarum actione, tanto magis ames, quanto fuerit tribulatio grauior, & diuturnior.

XVI. *Ecce pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te.* Nec hic tacet infernus draco, ſed per vicarios ſuos Lutherum, Brentium, Coruinum, & ſimiles Beatam V. impatienię, deſperationis, & horrendæ infidelitatis accuſat; vnde inducunt eam illi, præ deſperatione ſic loquentem: Miſeram me? quæ omnium ante videbar Beatiſſima, præſtabat nunquam genuiſſe Dominum, quam negligentia amiſiſſe: peccatum hoc æterna damnatione vindicabit Deus; nobis indignatus, non vult Filium ſuum apud nos nutriri. Ad hanc deſperantis querelam, illa ſequitur, non credentis: Si, vt quidam putant, Meſſias eſſet hic, vtique ſeruaret legem Dei de parentum honore, neque nos contriſtaret; & quanam ratione Meſſias putabitur, & omnis boni author, à quo adhuc nihil vidimus boni, quis talem populo Dei credat Meſſiam? Iſta eſt Hæreticorum gloſſa, qui ex Beata V. mulierem faciunt infidelem, blaſphemam, & deſperatam, quia *dolentem* ſe dixit, quaſi dolere nemo poſſit, ſine blaſphemia, deſperatione, aut infidelitate. Attende à Pſeudoprophetis, qui ſub nomine Euangelico, Euangelium, vt Lupi, lacerant, Chriſtumque & matrem, impie blaſphemant. Nos Beatam V. doluiſſe fatemur, peccaſſe vero, vel tragedias excitaſſe, quod imperfectarum eſt, negamus: non erat in animo eorum culpa, & certi puerum nõ ſine graui cauſa ſubtractum, ſperabant ſe eum recepturos. Maior erat Beatæ V. ſub cruce dolor, cum filium vidit cruci confixum, cruciatibus plenum; & tamen, vt Euangeliſta docet, *ſtabat iuxta crucem*; nempe, fide firma, moribus decora, animo gladium ſentiens de quo prædixerat Simeon. Itaque non eſt cur eam hoc triduo putemus decori oblitam, inhoneſtum quid, vel verbo feciſſe, vel opere; quin quatuor nobis dedit pulchra documenta. *Primo*, ex nullo

Rurſus hæretici, calũniantur B. M.

B. Mariæ dolor.

Ioan 19.25. Luc. 2.35.

Docet B. Maria. 1.

nullo temporali damno tantum nobis dolendum, quantum ex amissione gratię per peccatum mortale. Illa vilia sunt, possuntque recuperari, ac tandem morte amitti debent. Deus vero, & supremum, & æternum bonum est, amissusque nullius creaturæ vi, sed sola Dei misericordia, recuperatur. Caue itaque ab hac iactura, eamque passus, magis quam iacturam omnium temporalium, dole. *Renuit* dicebat Dauid, cum mortaliter peccasset; *consolari anima mea.* vt nos discamus, amisso Deo, solatium omne renuere. Dolenda vero Christianorum multorum negligentia, qui Deum facilius, quam aurum amittunt, & iacturam tantam leuius ferunt: quia Dei dignitatem, minus cognoscunt; ac proin minus pro eo perferunt, pro temporalibus autem, grauissima. *Secundo* quomodo Deus amissus inueniri debeat; non voluptate, sed animi tristitia, Magdalena, & Petrus quęsiuerunt cum lachrymis: Moyses inuenit eum in spinis, latro in Cruce, quęre & tu, dolens de peccato, cum dolore peccata confitens, quære in pœnitentiæ operibus, ieiunio, vigilijs, cilicijs, orationibus, Eleemosynis, &c. illic eum inuenies, cum magno animi gaudio, si tamen quæras festinanter: ne opprimat te *nox*, qua non posses quærere, quod forsan tibi opinione tua, est vicinius. *Tertio*, vt in omni tribulatione confugiamus ad Deum; sicut hic Beat. Virg. ad filium. quoties ergo irasceris, tristaris, aut similem animi motum sentis, tacens hominibus, Deo dicas: *Domine ecce irascor*, &c. adsis mihi, da constantiam, aut ab impugnatione libera. Fecit hoc Tobias, & Sara: fecit in morbo, & morte Lazari Magdalena, & Martha, & adfuit eius Deus. *Quarto*, docet humilitatem, & reuerentiam, quam vxores maritis debēt. Sciebat Maria se Dei matrem, Iosephum vero nutricium duntaxat: hunc tamē sibi, & quidem cum honestissimo titulo præponit. *Pater tuus, & ego*, quis titulus isto sublimior? soli Deo Patri proprius est. Quis homo Dei genitrice maior? & tamen hæc sibi fabrum præponit; illiq; titulum dat, suo honestiorem: idque vt maritum honoret. Sciebat virum, etiam opificem, mulieris licet Reginę caput esse. vnde scripsit postmodum Apostolus: *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut* DOMINO, *quonian vir caput est mulieris*; *sicut Christus*,

Psal. 61 [illegible] | 2. docum. | Luc. 7. 38. | Matt. 26. 75. | Exod. 3. 1. | Luc. 23. 43. | Ioan. 7. 3. | 3. docum. | Tob. 3. 1. [illegible] | Ioan. 11. 24. | 4. docum. | Reuerentia vxorum erga maritos. | Ephes. 5. 22.

Christus caput est Ecclesiæ. & sicut Ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Non vanum est quod *ex costa*, Deus mulierem ædificarit, costa enim quia curua est, subiectionem mulieris significat sub viro, quodque & Petrus ait exemplo Saræ virum debeat vocare *Dominum*, & vt Apostolus monet ab eo regi ac instrui.

Gen. 2. 21. *Gen. 18. 6. & 1. Pet. 3. 1.* *1. Cor. 14. 34.* *1. Tim. 2. 11.*

XVII. *Et ait ad illos: quid est quod me quærebatis*. Nec hic tacent genimina inferni serpentis, sed cum Beata V. simul Christum inverecundè accusant. Brentius Christum dixit à matre increpitum, eandem cum amaritudine increpuisse: redditque hũc verborum sensum, quorsum me quęsisti? nunquid ego insipiens sum, vt me ipsum custodiam? Ioannes Agricola & ipse Lutheranus, Christum dicit, Matri debitô austerius loquutũ, ita vt ex eius sententia, Christus in matrem peccarit. Quanta hęc in Christum blasphemia! vide quo abeat superba hęresis: eamque, ceu diabolum, fuge. Verba Christi non austera, sed benigna sunt, neque enim reprehensionem merebantur parentes Christi, quod filium quærerent, merituri magis, si neglexissent. & cum Christus omnium sit Deus, quomodo potest aliquid indebitum in creaturam committere? Si quem immerentem reprehendat, facit hoc eodem iure quo figulus ollam frangit, fecit enim Christus homines, vt figulus ollas, adeoque nemini iniurius est, pręsertim cum postea mercedẽ reddat. Pręmissa ergo Christi verba, hunc sensum habent: quid est charissimi parentes, quod me, cum tanta anxietate, quæsistis? nesciebatis me Deum, qui errare non possum? scio non incidisse vos in incredulitatem aliquam, quasi dubios de diuinitate: sed ob absentiam tristes, quę vobis omni iactura fuit grauior: cogitare debebatis maximum erga vos amorẽ, & absentiam non fore diutinam. Itaque verba hæc Christus magis dixit ad leuandam parentum anxietatem, quam ad reprehendendã diligentiã. Dixit autem ea vt sonant, cum autoritate: *primo* vt auditoribus significaret, non esse se purum hominem, cum parentibus quibus erat subditus, tam sapienter, & grauiter respondentem vident. *Secundo*, vt nos doceret, non debere Christum quærere, sed apud nos semper retinere: vt nihil cogitemus, loquamur, vel faciamus, nisi ad eius honorẽ, ipsoque

Christum hic accusant hæretici. *Vide Canis. l. 4. op. Mariæ.*

Deus nemini iniurius.

Verborum Christi sensus.

Verbis his vsus Christus.

1.

2.

ipsoque teste, ita fiet vt non facile peccemus. *Tertio* vt Christũ cogites tibi in omni tribulatione præsentem, nec facile animo despondeas quasi ab ipso desertus, sed illud psalmi cogites: *Cũ ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Sic adfuit Deus Beato Iob in omnibus aduersis, & Beato Antonio in omnibus impugnationibus. 3. *Psal. 90. 15.*

Nesciebatis quia in his quæ Patris mei sunt, oportebat me esse. Rursus hæc verba hæretici in Beatam V. detorquent; quasi reprehendatur à Christo, quod officium Messiæ nescierit: sed putarit eum, non vt doctorem, verum vt Regem, Iudæos ex seruitute Romanorum, in gloriam talem, ac potentiam assertu-rum, qualis fuerat tempore Salomonis. Quæ est noua Euangelij corruptela, & hæreticorum in Beatam V. commentum. Intellexerant iam olim parentes ab Angelo, quod Christus *populum suum saluum faceret à peccatis*, & integris duodecim annis, facile ab eo intellexerant, venisse eum *vt dissolueret opus diaboli*, & sparsos per orbem vniuersum suos *in libertatem filiorum Dei*, assereret. Alius ergo est verborum Christi sensus. Quidam cum Origene, & Epiphanio ea de templo exponunt, quasi dicat Christus: nesciebatis, quia in domo Patris mei oportebat me esse, ad populi instructionẽ? Alij vero de negotijs Dei intelligunt, hoc modo: nesciebatis, quia oportebat me perficere opus Patris, propter quod veni in mundum; quod quidẽ illi sciebant, ignorabant tamen eum à prima ætate inchoaturum. Non ergo Christus parentes ignorantiæ reprehẽdit, sed interrogando instruit, vt & magistri nonnunquam discipulis faciunt. Possumus autem in his Christi verbis quatuor annotare. *Primum*, Insinuationem Diuinitatis Christi, dum alium sibi significat Patrem à Iosepho, cuius opera multum à Iosephi operibus sint distincta. hic enim, pro fabrorum more, ligna tractabat, quę hoc triduo Christus seposuerat, disputationi & interrogationi intentus, quæ non fabrorum, sed Dei sunt, populum suum per Messiam instruentis, vt prædixerant Prophetæ. Porrò hunc Patrem *suum* nominat, non *nostrum*, vt nos in oratione Dominica, quorum omnium Deus *Pater* est eodem titulo, Christus est Filius eius naturalis, nos autem adoptiui. *Secundo* non con-

XVIII. *Matt. 1. 21.* Sensus verborum Christi. I. *Orig. ho. 20. in Luc. Epiph. hære. 30.* 2. Quatuor deducta ex verbis Christi. I. Insinuatio Diuinitatis. *Isa. 42. per totum. Osee. 10. 12.* 2.

temni

temni Christo à Iosephum aut Beatam V. etsi alium patrem nominet; vt quidam solent, ad dignitatem aliquam euecti: qui amicos, vel cognatos pauperiores, etiam erubescunt. Euexerat Iosephum Pharao Principem domus suæ; non erubuit tamen ille, parentem, fratresque ouium pastores, Ægyptijs abominatos promouere. Nec erubuit Moyses se filium profiteri mulieris Iudææ obstetricis. Similiter Christus non negat Iosephum parentem, immo ei; tanquam parenti, est subditus: sed alium sibi significat præter eum, in cœlis Patrem. *Tertio*, quod dixit Christus *oportebat*; non imminuit in eo arbitrij libertatem, vt hæreticorum aliqui impiè comminiscuntur: sed tantum significat, se præceptum Patris, habere pro debito, etsi libero: vt & nos discamus voluntatis Dei debitores, eique, quantumuis obstent parentes, & mundus, conformemur: memores illius quod dixit sanctus Petrus: *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus*, & quod Christus: *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus*. Porro vt scias quæ sit voluntas Dei, quatuor hæc serua. *Primo* dilige Deum ex toto corde, &c. *Secundo*: nihil concupiscas. *Tertio*, talem te proximis præstes, quales tibi optes alios. *Quarto*, talem te præsta in omnibus, qualem te optabis fuisse in articulo mortis. Disce *quarto* ordinem agendi cum proximis: quoties enim occurrunt, quę simul fieri nequeunt, quorum vnum publicum, vel animas spectat, alterum vero priuatum, vel corpore; illud perfici debet, hoc differri. Sic Christus primo plebem docuit, deinde matrem solatur; & in cruce primum orat pro crucifixoribus, ac latroni peccata dimittit: tandem de matre solicitus, eam sancto Ioanni commendat.

Pauperes amici non spernendi. *Gen. 47. 34.* *Exod. 2. 11.* *Hebr. 11.* 3. Libertas Christi. *Act. 5. 29.* Voluntas Dei quomodo cognoscatur. 4. Modus & ordo agendi cum proximo.

XIX. *Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos*. Quidam hæc non de Beata V. sed de auditoribus intelligunt, nam *hec*, ait Bernardus, *postquam obumbrata fuit virtute Altissimi, omne Filij sui consilium intellexit*. Alij etiam ad Beatam Virg. extendunt: obscurum enim est, quid velit Christus, per ea *quæ Patris sui sunt*; an templũ, an Patris negotia, quæ diuersa sunt, & obscura Etsi enim Beata Virgo Christi mater esset, non tamen omnia filij mysteria statim intelligebat, sed quotidie sapientia profecit.

Vide Canis. l. 4. op. Mar. c. 19. *Bern. s. de 800 Euang.*

Disce

Disce *primo*: magnum esse, mysteria Dei, & scripturam in-
telligere, non tamen in eo positam sanctitatem. *Secundo* quin- Verbum Dei cur nō omnes intelligant.
que ex causis fieri vt non omnes verbum Dei intelligant. *Pri-
mo*, ob mysteriorum altitudinem: sic in epistolis sancti Pau-
li, esse quædam *intellectu difficilia*, scripsit S. Petrus, nempe ma- 1.
teriam de iustificatione, fide, prædestinatione, &c. quæ inge- 2. Pet. 3. 16.
nium nostrum superant: sicut lux solis, oculos vespertilionis,
quæquę sapiens monet *non scrutanda*. Oportet tamen do- Ecclesi. 3. 22.
ctos ab indoctis distinguere, & ingenij acres à stupidis, etsi e-
nim nemo mysteria comprehendat, illi tamen præ his peniti-
us ea penetrant. *Secundo*, ob verborum obscuritatem scrip- 2.
turæ frequentem. tum, quia quæ peregrinis linguis, vt Græca,
Hebraica, & Chaldæa conscripta est; quæ idiomata sua ha-
bēt, & phrases difficiles translatu; tum, quia verbum idem,
sæpe varia significat. sicut in præsenti verba illa: *Quæ patris
mei sunt*; tum denique ob alias figurarum, allegoriarum, para-
bolarum, &c. obscuritates. Hoc tamē certum, eos qui lingua-
rum, phrasiumque periti sunt, facilius veram explicationem
consequi. *Tertio*, ob multitudinem prophetiarum, vtriusque 3.
testamenti: quæ partim impletæ sunt, partim implendę, ad
quarum explicationem, necessaria est historiæ cognitio, ea-
que habita, multæ adhuc restant difficultates. *Quarto*, ob 4.
varias gentium consuetudines, quę cum scriberetur scrip-
tura, vigebant, nunc vero sunt incognitæ. Hinc obscurum
est decimum quartum caput prioris Epistolæ ad Corinthios, 1. Cor. 15. 29.
aliaque eiusdem epistolæ loca: vt baptismus pro mortuis, c. 10 28. c. 11. 34. c. 12. 4.
venditio carnis Idolis immolatæ, sumptio Eucharistiæ post
cœnam; vsurpatio donorum Spiritus sancti, collecta diei do-
minicæ, &c. Quæ omnia melius intelligunt ei, qui in Patrum
scriptis versati sunt, ex quibus istarum consuetudinum multę
colliguntur. *Quinto*, ob vitium subiecti, nempe, amorem sui, 5. Luc. 16. 14.
sic non intelligebant olim Pharisæi auari, CHRISTVM in aua-
ros declamantem, & hodie non intelligunt ebrij, ebrieta-
tis grauitatem, alijque peccatores, Deum *de verbo otioso* etiam Matt. 12. 36.
exacturum rationem.

Melius intelligunt eum calicem *aquæ frigidæ* remuneraturū, Matt. 10. 42.
quia

quia id optant. Similiter non intelligebant olim Apostoli, Christum de morte sua differentem, quia eius mortem nolebant, & nos nō intelligimus instantem nobis mortem, ac paratum iudicium, ob cæcum nostri ipsorum amorem, ex quo impie Politici eo vsque deducuntur, vt aliam post hoc seculū vitam negent. Hinc patet indoctè scripturam ab hæreticis dici facilem, eosque impiè iniustos; cum pro verbi diuini doctoribus, indoctos obtrudunt opifices: ac demum sui ipsorū seductores, cum non nisi intellecta credunt. *Nisi credideritis*, ait Esaias, *non intelligetis*. Vis ergo Dei verbum intelligere? crede primum, vitam fidei conforma: ita fiet, vt hic, imperfectè; in futuro, perfecte omnia videas.

Isa. 7. 9.

Et descendit cum iis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Notat hoc Euangelista, ne putetur Christus se voluisse parentibus subducere, disputans cum doctoribus, sed quod tantum voluerit, ex sapientia manifestare Diuinitatem: & ex obedientia parentibus postmodum prestita, humanitatem. Tria autem in his verbis notanda sunt. *Primo*, quod Iesus descenderit: Hierosolyma enim altiori loco erat, quam Nazareth. Quod significat, authore Bernardo, Deum ad nos descendere, seque nobis accommodare, quando nos ad maiestatem eius non possumus ascendere. sic in transfiguratione, cum non possent Apostoli, eius gloriam intueri, cum illis descendit, significans, quomodo diuersimode se nostræ infirmitati accōmodet. *Primo* enim, quia nō poteramus intueri eius Diuinitatem, factus est homo. *Secūdo*, quia ob terreni corporis molem, non poteramus in cœlum ascendere, dedit nobis corpus suū, in cibum; quo in cœlestes homines transformemur. *Tertio*, quia ob ingenij tarditatem, non poteramus contemplari cœlestia, multos pro nobis cruciatus sustinuit, vt ex eorum contemplatione, quos in nobis ipsis quotidie experimur, charitatatem eius disceremus. *Quarto*, quia non poteramus eius intueri pulchritudinem, dedit nobis solem, lunam, stellas in cęlo, flores, figuras, picturas in terris, cantum, odorem, victum, &c. vt ex horum decore, illius prestantiam desideraremus. *Quinto*, quia non possumus ei pro sua dignitate seruire, dedit nobis præcepta pauca, & facilia, ex quorum obseruantia, ad gratiā, ipsiusque

XX. — Tria hic cōtinentur. — 1. *Descendere* Ierosolymam. — *Bern. s. 3. de Paschate.* — *Matth. 17. 9.* — Accommodat se Deus nobis. — 1. — 2. — 3. — 4. — 5.

ipsiusq; dignā susceptionem disponamur. Sunt & alij in scriptura modi, quibus se Deus nobis attemperat; instar medici, amarum poculum infirmi palato attemperantis: vt & nos in promouenda animarum salute eum imitemur. Beatus Xauerius peccatorem magnum conuersurus, insinuabat se in eius familiaritatē, adibat prandium: & si pellicem videret, dissimulabat, quasi sororem putaret: paulatim descendebat ad pericula peccatorum, ita tamen, vt ipsos non nominaret; donec ipsi dolorem conciperent. Dicere solebat; *colloquium cum peccatoribus inchoandum, ab his quæ eorum sunt*, nempe negotijs: *finiendum vero, his quæ nostra sunt*, id est, ipsorum salute. *Secundo* dicit Euangelista, venisse Dominum in Nazareth, vbi ad trigegesimum vsque annum, cum matre, sanctissimè vixit: ciues tamen eorum exemplo nihil corrigebantur. imo postmodum lapidare, & præcipitare eum voluerunt, quod nusquam alibi Domino contigit; vt discamus, nec loci sanctimonia; nec sanctorum præsentia, nec reliquijs, peccatorem conuerti, si ipse Deo locum non præparet. Sicuti si quis fenestras occludat cubiculi, à sole non illuminabitur. Immo docet experientia, homines illic frequentius fieri deteriores: vt in Sodomitis patet, qui ex præsentia & monitis Loth, non tantum non profecerunt; sed nec duobus Angelis, à Deo ad se, sub specie iuuenum, missis parcere voluerunt. Augustinus ait, se nusquam vidisse peiores quam Religiosos malos, etiam in sancto monasterio viuentes. Sicuti enim æstate hypogea frigent intentius, ob circumstantem calorem, quo frigus includitur: sic maior est nequitia, quæ se non potest exerere. Atq; hęc causa est, cur post expugnatā Hierosolymam, anno millesimo nonagesimo nono, Christiani illic, quam in patria, peius vixerint: quia loci sanctitate abutebātur, qui propterea Turcis traditus est, quia hi melius illic, quam Christiani, viuunt. Spiritualiter significatur hic Christus ad nos descendisse, nobisque factus similis, sed iuisse in *Nazareth* quod *sanctum* significat, seu *floridum*. neq; enim assumpsit peccatum, sed sanctus fuit, & virtute floridus, quo & nos cum peccatoribus agentes non polluamur, sed tanto magis proficiamus virtute, quanto ardentius eorum desideramus virtutem. *Tertio*, dicit Euangelista Christū fuisse

[Margin notes: B. Xauerij industria. — *Turfel. in vita l. 3. c. 15.* — *Apophth. sacrum.* — 2. Aduentus Christi in Nazareth. *Luc. 4. 29.* — Documentum pro cōuersione peccatorū. — Loci sanctitate abutūtur mali. *Gen. 19. 5.* — *Aug. ep. 137 ad Clerum & pop. Hippon.* — *Simile.* — Christus in Nazareth mystice.]

parentibus subditum, quod ab eo factum. *Primo*, vt parentes ante contristatos solaretur: nusquam enim fit tam expressa obedientiæ Christi mentio, vt & nos discamus, consolari tristes, & quod Deus ad piorum solatium, quos aliquando contristat, eorum voluntatem faciat: iuxta illud Dauidis; *voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Secundo*: ad parentum honorem, quibus tantam contulit dignitatem; vt Deus fabro, fabrique vxori subditus esset, quo & nos eisdem, præsertim Beatæ Virg. materna authoritate vtenti, honorem exhibeamus. potest etiam nunc in cœlis eadem authoritate vti; neque enim illic, obedientia Christi per gloriam est imminuta. *Tertio*: vt discamus, quid fecerit Christus, ad trigesimum vsque ætatis annum: iuuit enim patrem in opificio, & matrem in opere domestico, vtrique subditus. *Quarto*: vt superioribus humilitatem commendaret; qui non ideo subditis præstant, quod à Deo consequuti sint officium: sæpe enim subditi apud Deum plus valent, quod erubescere debent superiores, & laborare, vt eos in omni virtute præcedant, ne in futuro postponantur. Quemadmodum epulo postpositus est, Lazaro. *Quinto*: vt obedientiam commendaret nunc Christianis ita ignotam, vt vix Religiosis, qui eam vouerunt, sit cognita. Vnde breuiter hic eius naturam, officia, & commendationem recensebo. Obedientia est *virtus qua superioris præceptum subditus implet ideo quia superior est.* Multę sunt causę, ob quas vnus alteri sine obedientia subijcitur. *Primo* ob damni metum, vel lucrum, quod mercenarij, serui, & bestiarum est. *Secundo* ob præcipientis doctrinam, & prudentiam, quod discipulorum est, & infirmi sub medico. *Tertio* ob pręcipientis sanctitatem. *Quarto* quia præceptum placet. In nullo horum, vera obedientia est; nam *primus* lucrum, *secundus* doctrinam, *tertius* sanctitatem, *quartus* proprium spectat arbitrium. Est ergo sublimior obedientia; quâ obedimus ideo solum, quia præcipiens Superior est, Deique vicarius. sicut enim imagines Christi, ideo solum honoramus, quia Christum repræsentant, hunc in illis honorantes: ita & superiores, vt CHRISTVM, considerare debemus, quem

Christus parentibus subditus. 1. — Psal. 144. 19. 2. — 3. — 4. — Luc. 16. 24. — 5. — Obedientia quid? — Cur vnus alteri subsit: 1. 2. 3. 4. 5. — Cur subsit obediens.

quem nobis multo illi, quam imagines, perfectius repræsentant, vnde & scriptura eos, *Dei imagines*, vocat. Quemadmodum Apostolus virum dicit, caput mulieris, gloriam, & *imaginem Dei*: & Deus, *Ego dixi Dij estis.* & Christus, *Qui vos audit me audit.* & Apostolus; *Si quid donaui in persona Christi donaui.* Hanc obedientiam exercuit hic Christus, parentibus subditus; non causa lucri, aut sapientiæ eorum, aut sanctitatis, cum ipse ijs esset sapientior, & sanctior, neque proprij beneplaciti causa; sed quod in parentibus Patrem cœlestem suspiceret. *1. Cor. 11. 3. Psal. 81. 6. Luc. 10. 16. 2. Cor. 2. 10.*

Dignitas obedientiæ, colligitur *primo* ex impugnationibus diaboli, qui hanc, quasi omnis boni radicem, præ alijs virtutibus odit. Inobedientia Adami & Euę, omni nos miseria impleuit. inobedientiam Ionæ mare, & aer detestata sunt. terra inobedientem Chore, Dathan, & Abiron cum familijs absorbuit. ignis ducentos quinquaginta Leuitas inobedientes perdidit, omnia elementa inobedientiam vlciscuntur; nec in inferno quicquam, præter inobedientiam, & propriam voluntatem torquetur. Vnde Bernardus: *tolle*, ait, *propriam voluntatem non erit infernus.* Hæreses omnes non nisi ab inobedientia nasci dixit Cyprianus. Contrà vero obedientia omnis boni mater est: quia, vt Gregorius ait, virtutes *omnes menti inserit, & insertas custodit.* secundum se indifferentia, qualia sunt, ambulare, edere, dormire, reddit bona, & Deus per obedientiæ actus, nobis facilius virtutes inscribit, quam per exercitia spontanea: sicut picturam facilius admittit asser dedolatus, quam rudis. Superior Dei penicillus est, Deus pictor; qui per superioris mandatum, animo tuo virtutes inscribit, quarum ille actus præcepit: si enim præcipit ieiunium, orationē, confessionē, cōmunionem, recipis abstinentiam, deuotionem, animi quietem, passionum imminutionem, & sic proportionaliter. *Secundo*: Ex certitudine operū obediētię, sicuti enim certius incedunt pueri parentis manu ducti, quam soli, ita certior est actus, ad quem Superioris mandato duceris, quam te ipso. *Tertio,* quia opus obedientiæ duplex meretur præmium: tum, quia in se honestum est, tum,

Obedientiæ dignitas. I. Inobedientiæ pœnæ. *Gen. 3. & Rom. 5. 19. Ionæ 1. Num. 16. Bern. s. 3. de Resurr. Cyp. l. 1. ep. 3. Greg. 35. Mor. c. 12. al. 16.* Obedientiæ fructus. 2. Dignitas. 3.

quia ab obedientia eſt. ſicuti enim vnum peccatum multas ſępe continet malitias, quarum omnium pœnam meretur, vt ſi quis furetur alicui pallium, vt ipſi noceat, ipſe vero inde ſuperbiat, ac meretricem ad ſe pelliciat, quatuor committit malitias, furti, inuidiæ, ſuperbiæ, & luxurię: ſic & op⁹ bonũ, multas poteſt continere honeſtates, v. g. ieiunium quadrageſimæ eſt actus abſtinentiæ, pœnitentię, obedientiæ, honoris erga Eccleſiam, charitatis Dei à qua præcipitur, & religionis, ſi ad Dei honorem fiat, habet ergo omnium harum virtutum pręmia. Nam ſicuti ſi ſex diebus diuerſis, in Eccleſia quapiam ſacrum celebretur, ita vt *primo* die Decani omnes & Prȩlati prȩſentes. *Secundo*, Canonici. *Tertio* Paſtores. *Quarto* doctores. *Quinto* Senatores. *Sexto* equites Hieroſolymitani coronatum acciperent: ſi in quem vnum omnes hi ſex tituli conuenirent, poſſet diebus ſingulis coronatum accipere: ſic remuneraturus Deus pœnitentiam, obedientiam, religionem, charitatem, &c. habenti omnes virtutes, omnium dabit virtutum præmia.

Sępe peccatum vnum eſt multa.

Nota Chriſtum Hieroſolymis, & in templo, Patri cœleſti, in Nazareth vero, ac domi parentibus obediſſe: Deo enim in omnibus, etiamſi præter rationem videatur, obedire oportet. ſic Abraham paratus fuit imolare filium: Iſraelitę tulerunt diuitias Ægyptiorũ, Oſeas coniunctus eſt fornicariæ. Deus enim nihil mali pręcipere poteſt. Hominibus cum diſcretione obediendum, non in his quæ contra Deum ſunt: vt Sacerdotum Principibus dixit S. Petrus; nec in his quæ ad ipſos non ſpectant. Sicuti enim ignis, non omnia inflammat, ſic nec ſuperiores omnia poſſunt in ſubditos, neque hi ſecularibus ſubijciuntur quoad Eccleſiaſtica, aut contra, neque parentibus quoad animam. Interim obedientia cui debetur, ſimpliciter prȩſtanda eſt, iuxta illud Dauidis: *vt iumentum factus ſum apud te*, quaſi dicat, iumenta ſibi ipſis nihil imponunt, ſed impoſita ab hero ſuſcipiunt: ſic nec ſubditi id faciunt, quod eligunt; ſed quod mandatur. & ſicuti in ſacrificijs animalia Deo immolantur: ſic perfectius ſacrificium eſt, cum ſe ſubditus in voluntatem ſuperiorum immolat. Pro eo autem quod nos habemus *iumentum*, in Hebræo eſt *Behemot*, quod animalia ſi-

Chriſtus vbi quibus obediat.

Gen. 22. 2.
Exod. 12. 36.
Oſee. 1. 2.
Act. 4. 19.
Pſal. 72. 23.

lia significat munda, & immunda, vt patet ex Leuitico. Hinc *Leu. 7.*
dicebat Samuel. *Melior est obedientia quam victima, & auscultare,* *1. Reg. 15. 22.*
magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum arieolandi est, repugnare; & quasi scelus Idololatriæ, nolle acquiescere. Vide ergo vt obedientiæ perfectionem attingas. Nec pueri solum parentibus, aut Religiosi prælatis: sed & Christiani omnes *Orig. ho. 20.*
iuxta Originem, sacerdotibus, & Episcopis, qui in Ecclesia Christi super cathedrã sedent, obedientiã debent. *Disce homo,* ait Bernardus, *obedire: disce terra subdi, disce puluis obtemperare. erubescis superbe cinis? Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis auctori? Quotiens enim hominibus præesse desidero, totiens Deum meum præire contendo.* Ora Dominum, vt quod ille accepit à Patre, idem tibi concedat: nempe aures, præcepto audiendo, & corpus, ijdẽ *Bern. s. 1. super Missus.*
implendo aptum. sic enim per Prophetam, *Sacrificium*, ait, *Psal. 39. 9.* *Hebr. 10. 5.*
noluisti, aures autem: vel, vt Apostolus legit, *corpus autem perfecisti mihi*, pro sacrificio enim animalium, sacrificium offeres veræ, ardentis, perseuerantis, humilis, & citæ obedientię.

Et mater eius conseruabat omnia verba hæc, in corde suo. Etsi cum XXI.
Maria, Ioseph Dominum quæsierit, & admiratus sit, non tamen de eo refertur, quod custodierit verba: refertur autem de B. Virgine, & hic, & in natiuitate, quando pastoribus ipsum inuisentibus ipsa dicitur *conseruasse*, & *contulisse*, eorum verba *in corde suo*. vt significetur Mariæ plus cõstitisse de Domini dignitate, quam Iosepho, propter quod ipsa, vt Origenes notat, Domini verba considerauit; non vt pueri, sed vt Dei, idq;, vt Bernardus ait, nostræ vtilitatis causa. nam, vt Emissenus *Bern. s. de hoc Euang.*
notat, nisi ipsa obseruasset, nos ea nesciremus. Nota B. Virginem seruasse, quæ audiuit, non quæ legit; ne lectionem scripturę putes necessariam, tuasque interpretationes. præstat verbum Dei in concione auditum, cum proximis, ait Chrysostomus, ruminare, & domi cum coniuge ac liberis: ita fiet, vt tibi Diabolus non appropinquet. Fides non ex lectione, sed, *ex auditu*. Dein, non quædam sed *omnia verba* conseruabat, audiebat enim attente, ne quid elaberetur: sine somno, fabulis, oculorum diuagatione, aut aliarum rerum cogitatione, quæ nobis in concione familiaria sunt. Seruabat demum etiam *B. Virgo seruat quæ audiuit.* *Chrys. ho. 14. in Gen. & 52 in Matt.* *Rom 10. 17.*

 opera

opera Christi, & non quæ ab ipso solum, sed & quæ *de ipso* dicebantur, vt cum audiret pastores, recondens in animo suo thesaurum doctrinæ Christi, quo se oblectabat, eumque apud se repetens, vt vitam ei conformaret. *frustra* enim, ait Augustinus, *seruatur verbum Dei memoria, si non seruatur & vita.* Imitare eam; & animum fac, non cubile bufonum, & vermium, nec cloacam sordium. ita enim fit, vt fœtore sui peccatores auertantur à sui ipsorum examine, cognitione, & confessione; sed myrothecium omnis virtutis: ac recondę eo, *Primum*: verbum Dei, & mandata. hæc enim sunt semen quod in agro absconditur, de quo sapiens: *mandata mea cor tuum custodiat. Secundo*, inspirationes Dei. *Tertio*, opera quæ facis bona, de quibus Esaias ait, *secretum meum mihi, secretum meum mihi,* si enim ea propales, euanescent: instar aquę subtilis, & eliquatæ, quę ad solem, si orificium vitri pateat, dissipatur, vult Deus opera bona *in abscondito* fieri, sine vana gloria. *Quarto* bona aliorum exempla, ac præcipuè meditationem passionis Christi, & eorum quę in agone, ac post mortem futura sunt. ita fiet, vt libentius apud te ipsum, quam exterius occuperis, sicuti Maritus coniugi libentius, & liberis adest, quam alienis. neque otiaberis, sed tunc eris minime otiosus, cum videberis maximè; vtpote, occupatus sanctâ, & pia meditatione.

Aug. in Ps. 118. — Seruanda à nobis. — 1. — *Prou. 3. 1.* — 2. & 3. — *Isa. 24. 16.* — *Simile.* — *Matth. 6. 1.* — 4.

XXII. Christus duodennis tria fecit.

Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia, apud Deum, & homines. Fecit hæc tria Christus ab anno duodecimo, vsque ad trigesimum.

1. *Primo* profecit sapientia: nō quæ in intellectu est, hac enim ab initio conceptionis perfectus fuit; nempe, vt in fine præcedentis Euangelij habuimus, *plenus sapientia*, quæ augeri non poterat: sed experientia, iuxta illud Apostoli: *ex his quæ passus est didicit obedientiam.* etsi enim virtutis huius præstantiam sciret, tamen per experientiam didicit, recipiens à Patre, obedientię mercedem. Multi multa doctè de humilitate, benignitate, alijsque virtutibus speculantur, ad minimam tamen iniuriam nec humiles, nec benigni, quibus præstaret virtutum experientia, quam sola scientia.

Heb. 5. 8.

2. *Secundo* profecit *ætate*, & corporis statura, qua medios huius

ius ætatis viros superauit, vt ex tunica, quæ Treuiris asseruatur, patet, fuitque, vt ait Dauid. *speciosus forma præ filijs hominum.* Psal. 44. 3.

Tertio, profecit *gratia apud Deum*, crescebant enim quotidie eius merita, *& apud homines*: ob benignitatem conuersationis. Disce ex Christo, sapientia, & gratia proficere, nam profectum ætatis, hoc est, staturam, & formam, ait Origenes, Deus sibi reseruauit: qui si esset in nostra potestate, ait Chrysostomus, omne huic rei tempus impenderemus, semper ad meliorem formam proficientis. Dedit ergo nobis quod præstantius erat, nempe potestatem ornandi animam, & in hac, cum Christo, proficiendi, qui cum ætate simul proficiebat sapientia, gratia, & meritis: certus esto in his non proficientem, regredi; vt post Leonem, & Cassianum, docet Bernardus, cuius hæc sunt verba. *Vidit scalam Iacob, & in scala Angelos, vbi nullus residens, vbi nullus subsistens reperitur: sed vel ascendere, vel descendere videbantur vniuersi. Quatenus palam daretur intelligi, inter profectum, & defectum, in hoc statu mortalis vitæ, non dari medium, sed quomodo corpus nostrum continue aut crescere constat, aut decrescere, sic necesse sit, & Spiritum aut proficere semper, aut deficere.* 3.

Orig. ho. 20. in Luc. *Chrys. ho. 20. ad Ephes.* *Leo s. 14.* *Cass. coll. 6. c. 14.* *Bern. ep. 341. & 253.*

Christianorum defectus.

Dolendum Christianos à pueritia plus vitijs proficere quam virtutibus, cum ætate vitia crescunt. expediret eos, à pueritia expendere, vitam hanc, esse viam ad mortem, & Dei iudicium, in quo districtus Iudex exacte profecto in virtutes inquiret, & quia præsentis vitæ tempus merito tantum concessit, qui hic virtutibus non profecerit, duram accipiet, & æternam damnationis sententiam.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, æterna sapientia, & speculum omnium virtutum, qui ab infantia tuis cum parentibus Ierosolymam in templum venire solebas, vt Patrē tuum cælestem in sancto illo loco honorares, & pro nostra salute orares: qui etiam cum puer adhuc esses duodennis, matrem tuam amabilißimam relinquebas, vt populum doceres, diuināque tuam sapientiam per doctas quæstiones, & responsiones ostenderes, nō obstante ineffabili eius tristitia, & cordis anxietate: qui tamen, dum cum Iosepho veniret ad te, cum illis mox in Nazareth reuersus fuisti, eisque omnem obedientiam, in quouis humilitatis genere vsque ad triginta ætatis tuæ annos, præstitisti: Oramus te, digneris semper nos docere claram tuam veritatem, fidem nostram confirmare, & tuam sapientiā Spiritus S. nobis communicare, vt te cognoscamus, vitamque tuam sequamur. Da nobis gratiam, vt templum tuum cum mentis nostræ deuotione, visitemus: parentes filios suos in timore Dei enutriant, & instruant: omnes subditi præstantiam, ac necessitatem virtutis obedientiæ aduertant, ac diligant, tamen tibi magis antè omnia, quam vlli homini sint obtemperantes, & subiecti: tum quoque vt nos, crescendo in omni virtute, ad te in æternam illam gloriam peruenire queamus, per sanctam tuam vitam, & merita, Iesu Christe; qui cum Patre tuo, & Spiritu sancto viuis, & regnas in æternum, Amen.

DOMI-

DOMINICA II.

POST EPIPHANIAM.

Euangelium Ioannis 2.

N illo tempore, nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit arcitriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset. ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

Breuis Euangelij exegesis.



CVM iam Dominus triginta esset annorum, ieiunassetque 40 dies, ante captum ab Herode Ioannem, post obitum verò Iosephi, putati parentis sui, Domino adhuc matri in Nazareth cohabitante, factæ sunt nuptiæ in Cana Galileæ, quæ à Nazareth 10. penè millibus distat, quæque etiam Cana minor dicitur: maior enim Sidoni adiacebat, in tribu Aser. Vocata erat ad nuptias has Domini mater; siue quia cognata, siue quia optime nota, videturque paulò venisse citius, (pro cognatarum more,) adiutura inuitantes: erat enim præ amore, & humilitate omnibus officiosa. Eadem de caussâ vocatus fuit cum Discipulis, quos iam colligere inceperat Dominus, Petro scilicet, Andrea, Philippo, & Nathanaele, qui erat à Cana Galileæ, qui omnes ad eum cõfluxerant, occasione verborum S. Ioannis, qui digito in Dominum, quasi verum Messiam intendens dixerat, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Iuit Dominus libentius, quod pauperes essent, quibus præsentia sua opitulari voluit, ac matrimonio benedicere Conuiuio autem necdum expleto, cepit vinum deficere, non ex conuiuarum luxu, neque ex hospitum incuria, sed casu quopiam, dum plures fors ad nuptias confluunt Domino præsente, de cuius virtute iam innotuerat, quam expectabantur; aut ex ministrorum profusione, vel infidelitate, quæ in conuiuijs similibus frequens est. Intellexit defectum B. Virgo, non quod ab ea, eiusue Filio subsidium sperarent, quos sciebant

Hieron. de locis Hebraicis.

Ioan. 1. 29.

iebant æque pauperes, ignorarentque Dominum
uracula facere (de quibus adhuc nihil inaudierãt)
d quod cognata esset. Illa vero sola, vtpote cui Fi-
j constabat Diuinitas, & potentia, nullis impul-
: precibus; sed sponte, Filio necessitatem aperit,
nquam misericordiæ mater, quæ etiam non re-
uirentibus subueniat. Cum omni ergo humilitate,
inum, ait, *non habent*. fidem insinuans potentiæ,
ua possit; & benignitatis, qua velit iuuare. Non di-
t, *Fac vt vinum habeant*. aut, *solare mæstos:* sed sim-
liciter, vt condolens eis: *vinum non habent*. dubia
orte, vel metuẽs; ne ipsi in caussa fuerint, dum pro-
er Dominum plures ad nuptias confluunt. Chri-
us matri durius respondisse videtur, quantum ver-
a primâ fronte sonant, quasi eam corriperet. *quid* Luc.4.
ihi & tibi est mulier? id est, quid mihi tecum nego-
j est? quia tamen B. Virgo non peccarat, correptio-
em quoque non merebatur ; præsertim, cum ex
roximi amore, tantum id significasset, & cum om-
i humilitate. vnde certum, citata verba etsi correp-
onem præ se ferant, correptoria non esse. nam ea-
em in S. literis reperiuntur obsecratoriè dicta: cum
iabolus, metuens se in infernum ablegandum, Do-
ino dixit : *quid mihi & tibi est Iesu Fili Altissimi?*
eque enim his significat; se non vereri, vel metue-
: Dominum, sed nihil sibi cum Domino commer-
j, quasi dixisset; tuus non sum, quorsum me tor-
ues? quæ verba obsecrantis sunt, & metuentis; non
idignantis. Similiter cum Christus matri eadem
espondet, idem est, ac si dixisset; nosti mulier, in mi-
iculis nihil mihi tecum commune; horum enim
otestatem Pater mihi dedit, non tu : ideoque non
matrem

Breuis Euangelij exegesis.



CVM iam Dominus triginta esset annorum, ieiunassetque 40. dies, ante captum ab Herode Ioannem, post obitum verò Iosephi, putati parentis sui, Domino adhuc matri in Nazareth cohabitante, factæ sunt nuptiæ in Cana Galileæ, quæ à Nazareth 10. penè millibus distat, quæque etiam Cana minor dicitur: maior enim Sidoni adiacebat, in tribu Aser. Vocata erat ad nuptias has Domini mater; siue quia cognata, siue quia optime nota, videturque paulò venisse citius, (pro cognatarum more,) adiutura inuitantes: erat enim præ amore, & humilitate omnibus officiosa. Eadem de caussâ vocatus fuit cum Discipulis, quos iam colligere inceperat Dominus, Petro scilicet, Andrea, Philippo, & Nathanaele, qui erat à Cana Galileæ, qui omnes ad eum cõfluxerant, occasione verborum S. Ioannis, qui digito in Dominum, quasi verum Messiam intendens dixerat, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Iuit Dominus libentius, quod pauperes essent, quibus præsentia sua opitulari voluit, ac matrimonio benedicere Conuiuio autem necdum expleto, cepit vinum deficere, non ex conuiuarum luxu, neque ex hospitum incuria, sed casu quopiam, dum plures fors ad nuptias confluunt Domino præsente, de cuius virtute iam innotuerat, quam expectabantur; aut ex ministrorum profusione, vel infidelitate, quæ in conuiuijs similibus frequens est. Intellexit defectum B. Virgo, non quod ab ea, eiusue Filio subsidium sperarent, quos sciebant

Hieron. de locis Hebraicis.

Ioan. 1. 29.

ſciebant æque pauperes, ignorarentque Dominum miracula facere (de quibus adhuc nihil inaudierãt) ſed quod cognata eſſet. Illa vero ſola, vtpote cui Filij conſtabat Diuinitas, & potentia, nullis impulſa precibus; ſed ſponte, Filio neceſſitatem aperit, tanquam miſericordiæ mater, quæ etiam non requirentibus ſubueniat. Cum omni ergo humilitate, *vinum*, ait, *non habent*. fidem inſinuans potentiæ, qua poſſit; & benignitatis, qua velit iuuare. Non dixit, *Fac vt vinum habeant*. aut, *ſolare mæſtos:* ſed ſimpliciter, vt condolens eis: *vinum non habent*. dubia forte, vel metuẽs; ne ipſi in cauſſa fuerint, dum propter Dominum plures ad nuptias confluunt. Chriſtus matri durius reſpondiſſe videtur, quantum verba primâ fronte ſonant, quaſi eam corriperet. *quid mihi & tibi eſt mulier?* id eſt, quid mihi tecum negotij eſt? quia tamen B. Virgo non peccarat, correptionem quoque non merebatur; præſertim, cum ex proximi amore, tantum id ſignificaſſet, & cum omni humilitate. vnde certum, citata verba etſi correptionem præ ſe ferant, correptoria non eſſe. nam eadem in S. literis reperiuntur obſecratoriè dicta: cum diabolus, metuens ſe in infernum ablegandum, Domino dixit: *quid mihi & tibi eſt Ieſu Fili Altiſſimi?* neque enim his ſignificat; ſe non vereri, vel metuere Dominum, ſed nihil ſibi cum Domino commertij, quaſi dixiſſet; tuus non ſum, quorſum me torques? quæ verba obſecrantis ſunt, & metuentis; non indignantis. Similiter cum Chriſtus matri eadem reſpondet, idem eſt, ac ſi dixiſſet; noſti mulier, in miraculis nihil mihi tecum commune; horum enim poteſtatem Pater mihi dedit, non tu: ideoque non

matrem

matrem te voco hac in re, sed mulierem. Probabile est, B. Virginem Christo superiora verba priuatim dixisse, non coram conuiuis; ne sponsa confunderetur: ideoque probabile est, Christum similiter matri priuatim respondisse; non tam vt ipsam, quam vt nos doceret, se in his, quæ Patris sui erant, non carnem respicere, nec sanguinem: sciebat enim hæc nobis per Euangelistas propalanda. Pergit vero: *Non venit hora mea*, id est, necdum tempus est, vt miraculo vinum ex aqua faciam. Pater mihi non quid agam solum, sed tempus quoque præscripsit. hoc autem necdum aduenit. prius siquidem constare debet vini defectus, vt dein miraculum, meaque diuinitas constet. Collegit hinc B. Virgo, Dominum miraculum facturum, ideoque ministros monet, ne difficiles se præbeant, in eo, quod ipse mandaturus esset: ita enim communiter, præsertim in re difficili, aut peregrina contingit. Solenne erat Iudæis, ex Pharisæorum traditione, vt non se duntaxat, & ante mensam; sed scyphos quoque, & sub mensa, abluerent, ne polluerentur: quasi hæc lotio eos ab immunditia præseruaret. sicque explicabant illud Prophetæ, *Lauamini, mundi estote*. Habebant in hunc finem, in cœnaculis suis multum aquæ, & in præsenti conuiuio habebant sex hydrias, quæ capiebant singulæ metretas binas, vel ternas. continet autem metreta, sex nostras stoopas, id est, 12. pottas. habebantque superius lata ora, labri instar, aut cisternæ. propter frequentes autem lotiones, erat iam ad finem prandij omnis aqua pene absumpta, Dominus ergo vocatis ministris, iubet aquam impuram dimittãt, recentique hydrias impleant. illis autem ad summum

[Margin: Iudæorum ceremonia. *Matt. 15. 20.*]

[Margin: *Isaias 1.*]

mũ impletis, statim sine verbi vllius pronuntiatione, aut signo externo, aquam omnem in vinum cõuertit; sola diuinæ voluntatis efficatia: vtpote creaturarum Dominus. Ecclesia vinum significat fuisse rubrum, dum ex Sedulio canit, *Aquæ rubescunt hydriæ:* vnde & propter ruborem, vinum nonnunquã in Scriptura; *sanguis vuæ* dicitur. S. Gaudentius Brixiensis Episcopus, Iudęos testatur in conuiuijs solitos Sacerdotem adhibere, cui morum, & honestatis incumbebat cura, quique Architriclinus dicebatur. mandat ergo ministris Dominus, & ex hydrijs hauriant, ac Architriclino ferant. faciunt illi, nec tamẽ aperiunt, vnde id prompserint. ille reseruatum id arbitratus à sponso, vocat eum (videtur enim sponsus non accubuisse cum alijs, sed huc, illucque digressus hospitum tractandorum caussa) & increpantis instar; quasi contra receptam consuetudinem fecisset sponsus: solent, ait, initio optimum vinum proponere, quia necdum infectum est palatum; sed gustus integer: dein vero, palato iam infecto, promunt id, quod deterius est: tu vero, quasi rei huius ignarus, contrarium facis. Respondet ille, vnicum sibi vini genus fuisse; gustat ergo num diuersum illud sit, inuenitque melius: vnde admirans, quis illud attulerit, ministros rogat, qui rem omnẽ, vt erat, aperiunt, ac miraculum propalant. Atque hoc erat initium signorũ, quod fecit Dominus prędicationem suam inchoaturus. Lætantur omnes, quia non solum habebant vinum præstans, sed abunde quoque, ad recens coniugatorum subsidium. Discipulorum quoque fides, quam per S. Ioannis prædicationem inchoauerant, roborata est.

Carmine de Natali Domini.
Deute. 32. 14.
Tractatu 9. in Scripturã.

Docu-

Documenta Septimæ Concionis.

I. Ob 4. caussas huius miraculi est hoc tempore memoria.

Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ. Proponitur hodie præsens Euangelium, ita statim post Natiuitatem Domini, & Epiphaniam; præponiturque alijs miraculis, ob quatuor caussas. *Primo,* Quia vt Ecclesia sentit, docentque PP. contigit hoc miraculum ipso Epiphaniæ die, post 30. annos. *Secundo,*
1. Quia miraculum hoc primum fuit, quod Christus prædicationem inchoaturus fecit. *Tertio,* Quia Christus præceden-
2. tibus festis, duas celebrauit nuptias: quarum vtraque, vt A-
3. postolus docet, nuptijs carnalibus præfiguratur. in natiuitate enim, desponsauit sibi sacratissimam humanitatem suam: (Ephes. 5. 29.) in aduētu vero Regnū, Ecclesiā: iuxta illud Ecclesię. *Hodie cœ-*
4. *lesti sponso iuncta est Ecclesia. Quarto,* Quia post creationem Adami, & Euæ, primum Dei opus fuit, matrimonij institutio. de quo ille per Adamum, vt CHRISTVS docet, ita locutus est: *propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori suæ.* (Matth. 19. 5. Gen. 2. 24.) similiter ergo à matrimonio, inchoauit Christus: tum, vt significaret, se non obligare omnes ad illud vitæ genus, quod ipse sequatur, nec vetare nuptias, aut concubitum: sed in Ecclesiam omnis status homines admitti; etsi alia doceret sublimia: tum, quia status matrimonialis, aliorum omnium primus est, & quasi radix Ecclesiæ. ex eo nascuntur homines, qui in Ecclesia renascantur: adeoque maxime necessarius est, cum sine eo non possit Ecclesia perpetuari: sicuti potest, sine virginali, aut viduali. tum denique, aut status huius tam antiqui, necessarij, & honesti reformationem: vt re ipsa ostenderet, se non venisse, vt soluat; sed vt perficiat legem, & opera sui Patris. etsi enim prima Adami, & Euæ, liberorumque eorum ad Lamech vsque (qui primus polygamiam induxit) matrimonia, perfecta fuerint: Sacramenta tamen non erant, vt nunc: imo postmodum facta sunt dissolubilia. nam *primo* Deus ad multiplicationem hominum, ac præcipue piorum, polygamiam permisit. sic Abraham habuit

Matrimonij dignitas & necessitas.

Matrimonium degenerabat à primæua institutione.

Gen. 4. 18.

Polygamia permissa & cur?

buit vxores; Saram, & Agar. Iacob; Liam, Rachel, Balam, & Zelpham. Dauid, Abigail, Bethsabee, & Michol. *Dein* permissus fuit in lege repudij libellus, quorum vtrumque, alienum erat à prima institutione, egebatque reformatore. expedit enim monogamia, & matrimonij indissolubilitas. vnde vtrumque Deus initio mandauerat, ad perficiendum matrimonij finem, qui non consistit in sola hominum generatione; sed & in pia educatione; neque enim aliquando intendit Deus mundum duntaxat implere hominibus, sed homines beare. Vbi vero plures sunt vnius mariti vxores, vna frequentius præ alijs amatur: atque hinc non tantũ inter eas perpetuæ surgunt ęmulationes, vt in [a] Sara patet, & Agar: [b] Lia, & Rachel: [c] Anna, & Phenenna, sed in liberos quoque, inæqualitas hæc redundat, vt non eodem modo omnes educentur, erudianturque, [d] Abraham Ismaelem cum matre eiecit.

Deut. 24. 1. Matth. 19. 8.

Quid Deus per matrimonia intenderit.

Incommoda Polygamiæ.

a *Gen. 16. 5.* b *Gen. 29. 17.* c *1. Reg. 1. 2.* d *Gen. 21. 9.*

Quantæ inter filios Dauid deflagrarint contentiones, ex Regum libris patet: nempe inter Amnon, ex [e] Achinoam Iesrahelitide; & Absalon, ex Maacha: inter Adoniam filium [f] Aggith, & Salomonem, ex Bethsabee. [g] Ioseph quia præ cæteris à patre amabatur, (vtpote filius Rachelis, præ Lia dilectæ) inuidiæ fratrum patuit, mortisque periculo: ac pro seruo fuit venditus.

e *2. Reg. 3. & 5.* f *3. Reg. 1. 5.* g *Gen. 37. 4.*

Quando separantur matrimonia, non potest vterque parens liberorum habere curam: hi enim necessario alterutri inhærent. Docet itaque natura, matrimonium modo pacificum sit, & insolubile; statum esse honestum, Deoque gratum: vt gentiles quoque obseruarunt. ac proin, impie illud hæretici nonnulli impugnarunt; vt Marcion, Tatianus, Manes, dicentes illud diaboli opus, nec melius fornicatione; de qua Apostolus: *fugite fornicationem*. Imitantur hos etiam hodie, Anabaptistarum aliqui communionem vxorum inducentes, bestiarum instar; insani præ carnis lasciuia. Sed non viderunt illi commoda, vtilitatesque matrimonij: quorum multa Nazianz. enumerat. *Primo*, Ecclesiam virginibus fœcundat: *Secundo*, Melius à parentibus instituuntur ueri, quam ab exteris. *Tertio*, Ob difficultates quas habet,

Incommoda dissolubilitatis cõiugij.

Hæreses circa matrimonia. *1. Corin. 6. 18.*

Matrimonij bona.

1. *Carmine de virginitate.* 2. 3.

habet, ducit; imo trahit homines ad Deum: cuius egent auxi-
4. lio. *Quarto*, Habent coniuges à se mutuam spem, solatiũ, con-
5. silium, aliaque bona. *Quinto*, Deus ei in paradiso benedixit.
6. *Sexto*, Multos progenuit sanctos, Patriarchas, Prophetas, A-
postolos. ac in primis subuexit illud Christus ad dignitatem
7. Sacramenti, & non nisi ex coniugata, etsi sine coitu, nasci vo-
luit, natusque in matris vtero, coniugatos statim visitauit, vt
Luc. 1. 41. & eorum proli in vtero benediceret. Quiescant itaque con-
1. Tim. 2. 15. iuges, in statu suo; seque illis Apostoli verbis solentur: *Sal-
uabitur mulier per generationem filiorum, si permanserit in fide, & di-
lectione, & sanctificatione cum sobrietate.*

Duplici ex capite hæretici calũniati sunt matrimonia.

Rationes porro quibus hæretici illi matrimonium reiece-
runt; duæ sunt. *Prima*, Ex matrimonij incommodis sumitur,
nã vt Apostolus ait, *qui cũ vxore est, diuisus est*, id est; Deo perfe-
cte seruire vix potest: quia partem amoris, & solicitudinis cõ-
iux, ac liberi sibi vendicant, propter quod nec coniugati sa-
1. cerdotio initiantur, quasi ob distractionem tanto muneri in-
1. Cor. 7. 33.
2. idonei. *Secunda* est libertas carnis, quæ matrimonio restringi-
Solutio 2. argum. tur, ne ad plures vagari possit: cum tamen huius temporis hę-
retici, omnem licentiam carni quærant. sed brutorum hoc
Solutio 1. est, non hominum: multo minus Christianorum, qui in bap-
Matrimonia abundant molestijs. tismo carni renuntiarunt. Ad prius argumentum respondẽ-
tur, Plus esse in matrimonio laboris, & difficultatis, ac distra-
ctionis, quam in alijs statibus; nec eam puritatem, quæ Dei
altare decet: non tamen propterea, illud contemni debet: sed
vt minus dignum haberi. Potest carnalis coitus, sine peccato
fieri; habet tamen pollutionem, etiã verbis verecundam. sic
Simile. opus carnificis tanquam iustitiæ, actus in se bonus est, carni-
ficem tamen reddit infamem. Tantum ergo infertur: statum
Iniquum coniugatos præponi virginibus. matrimonij, & Sacramentum esse, dignitate infimum, nec
esse cur se coniugati præ virginibus extollant, sed humiliari
magis debẽt, quia pretiosissimo virginitatis thesauro, quem
Matth. 19. 12. illæ possident, spoliati sunt. quod autem aliqui coniugatos
1. Corin. 7. 38. mundus virginibus præponunt; stultitiæ indicium est, ac cæ-
II. citatis, aliter enim, cum Christo, sentit Apostolus.

Communis sententia consanguinitatis iure *Et erat mater Iesu ibi.* Concors est doctorum sententia, B.
Virginem, titulo cognationis, adfuisse: vnde & tanquam in-
uitan-

uitantes adiutura, Filium suum præuenit. quam eius sedulitatem Christus non redarguit, vt superuacaneam. Colligimus hinc matrimonium hoc, parentum, & cognatorum consensu initum. alioqui Beata Virgo, quæ ex cognatis vna erat, non adfuisset. docenturque hic iuuenes, vt in simili negotio, parentibus acquiescant, qui melius per experientiam norunt, quam ipsi; quid eis expediat. Vnde cum de matrimonio Scriptura, tam veteris, quam noui Testamenti meminit, parentibus curam delegat; non filijs. sic in Veteri Lege illis præceptum, ne liberis suis acciperent, vel darent coniuges ex terra Canaan. & Apostolus, *si quis*, ait, *se turpem videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta: quod vult faciat; non peccat, si nubat.* Sic [a] Abraham, misso in Mesopotamiam famulo, procurauit Isaac vxorem: [b] qui re parenti permissa, in agrum exibat; Deum deprecans, & meditans: [c] Iacob quoque, ex parentum consilio, in terram matris suæ peregrinatus, istic filiam auunculi, accepit vxorem. Qui vero parentibus vel inscijs, vel inuitis, contrahunt, peccant; tum per irreuerentiam, qua eos contemnunt, tum, per iniuriam qua eis filiam dant, vel filium, quem nolunt. Fecit id Esau, qui quia inuitis parentibus, duas accepit vxores, eos plurimum contristauit, & offendit. Certe ęquum est, vt parentes in liberorum suorum coniuges consentiant: fient enim hi, eorum filij, vel filiæ. Ideo promulgationes præmittit Ecclesia, vt his pendẽtibus personæ innotescant, & si vitium aliquod, præsertim graue, deprehendatur; matrimonium impediatur.

S. Mariam venisse ad nuptias. Parentes consulendi in matrim. *Exod. 34. 12.* *Deut. 7. 3.* *1. Cor. 7. 38.* *Exempla.* a *Gen. 24. 4.* b *Gen. 24. 63.* c *Gen. 28. 2.* Peccãt qui parentum non requirunt de matrimonio sententiam *Gen. 26. 34.* Vsus sponsalium & promulgationis causa.

Sciendum tamen *Primo*, Etsi quis inuitis parentibus contrahat, matrimonium fore ratum, nec ab vllis Superioribus, etiam Ecclesiasticis, tunc posse irritari: vt in Esau patet. Ideoque Ambrosius Sisinnio, cuius filius parente inscio, & indignante vxorem duxerat, scribit: iuste quidem eum indignari, consulto tamen filio id ignouisse; qui nemini, quam sibi, vxorem illam delegerat.

Nota 1. Valida sunt matrimonia, etiam contra parentum voluntatem. *Epist. 43.*

Sciendum *Secundo*, Licita nonnunquam filijs matrimonia, parentibus inscijs: ob præsumptum horum consensum. Sic [d] Tobias iunior accepit in Medea Saram, & [e] Iacob vtramque Auunculi sui filiam, cũ earũ ancillis. imo nonnũquam id, eis inuitis,

Nota 2. Licitum aliquando præuenire parentum consilia. d *Tob. 6. 12.* e *Gen. 29. 21.* *Gen. 30. 3.*

inuitis, licet: si, citra iustam rationem, velint obstare; vel cum hæretico, aleatore, aut homine nequam, ob temporalia bona vel quid simile eos coniungere. *Tertio*, Magnum esse inter vitam Religiosam, & matrimonia discrimen: in illa enim; quia, vt Bernardus ait, cum *Angelo magni consilii* deliberamus, parentum consilio nihil opus: neque enim per experiẽtiam, neq; alia via, de ea possunt disponere, vt de matrimonio, cui ipsi experientiã habẽt. Sed cũ pijs ac doctis cõsulere oportet; nõ, an sequẽda sit Dei vocatio (hoc.n. non habet dubiũ) sed an ea quã experimur, à Deo sit. Quærunt nõnulli, quo gradu hic sponsus B. Virginem attigerit, & quis fuerit? Nicephorus Simeonem dicit fuisse; vnum ex 12. Apostolis, cuius domum nuptialem Helena Imperatrix postmodum in Ecclesiam ædificauit. Beda, Ioannem Euangelistam dicit, cui Christus hic virginitatem persuaserit. Hinc factum, ait Lyra, vt etiam nunc, post matrimonium ratum, ante consummationem eius, coniuges Religionem ingredi possint, & separari. vt in iure Canonico declarat Alexander tertius. *Alij* alium putant CHRISTI cognatum fuisse, nobis ignotum. hoc certum, personam esse incertam; &, si Apostolorum vnus fuerit, eum vxorem dimisisse: de Apostolis enim omnibus dixit Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia.* non possessiones tantum; sed, vt CHRISTVS explicat, patrem, matrem, vxorem, liberos, &c. comprehendit.

Nota 3. Discrimen in deligendo statu hoc & Ecclesiastico. *In declamationibus.* Quæstio. *Respons. Nicephori lib. 8. historia c. 30. Præfatione in Ioan. In ca. 2 Ioan.* Capi. ex public. de cõuersatione coniugatorum. Aliorum responsio. Si fuerit aliquis Apostolorum ille reliquit vxorem. *Matt. 19. 27.*

Discimus itaque *Primo*, Licitam coniugatis in coniugio virginitatem. & post matrimonij consummationem licitum quoque castitatis votum. sic commendat hac ex re Augustinus Armentarium, eiusque coniugem Paulinam. eratque olim frequens, vt à matrimonio, quis ad Episcopatum raperetur: qui, vt Augustinus docet, dein castitatem seruabat; etiam coniuge aliquando cohabitante, vt de SS. Sidonio Reutitio, Simplicio, & Paulino, Episcopis; testatur Turonensis.

Nota 1. Coniugatis licere in matrimonio continentiam. *Epist. 45.* Idem de adulterinis coniugijs cap. vlt. *Li. 2. historia Francorum. cap 23.*

Discis *Secundo*, Minime improbandam aliquorum consuetudinem, qui coniugati licet; exemplo tamen B. Virgin. & Ioseph, virginitatem seruarunt. Perficitur enim matrimonij Sacramentum, quando coniuges mutuam sibi fidem dant: etiam si copulam non intendant. Vixit anno 450. Martianus Impe-

Nota 2. Inique calumniari coniugum virginitatẽ.

Imperator cum S.Pulcheria Virgine,voto obstricta,sua coniuge. similiter anno 1030. S.Henricus Primus Imperator, cum S.coniuge sua Chunigunde; quæ cum marito esset de adulterio suspecta, nudo pede illæsa super ferro candenti ambulauit;& ille iam morti vicinus; *accipite*, dixit parentibus *virginem tam integram,quam mihi tradidistis*.S.Eduardus Angliæ Rex, vxori suæ Edgidæ, virginitatem persuasit, cumque instaret tempus obitus eius, accedens mendicus, ab eo,nomine S.Ioannis Euangelistæ(quem castitatis caussa multum amabat)stipem petit;ille,cum pecuniam in promptis non haberet,auulsum digito annulum pauperi dat: proposuerat enim,neminem,S.Ioannis nomine petentem,reijcere.Redierunt paulo post Angli quidam Ierosolymis, quibus S. Ioannes apparens, itineris prædicit felicitatem:addens, *cum in Angliam veneritis Regi annulum hunc deferte;quem ille mihi, sub forma mendici eleemosynam petenti dedit. ego enim Ioannes Euangelista sum. atque illi ex me significate: placitam mihi eius virginitatem. ego enim propterea post sex menses eum inuisam, & mecum in cælos deducam.*

Exempla virginum in matrim. *Sozom.l.9.c.1* *Tom.2. Sur. 3 Martij. in vita ipsius.* *Sur. tom. 1. 5.Ianuarij.*

Quod & factum est.Rex enim 5.Ianuarij 1066. obiit.virginitatem quoque vouit S.Elzearius Comes, cum Dalphina coniuge cui instante morte,mandauit Deus,vt,aliorum caussa,secretum hoc aperiret. Obiit 27. Septembris anno 1323. Scribit de *duobus amantibus* Turonensis,quod cum, defuncta vxore,maritus Deo, ob seruatam integritatem, gratias ageret; illa: *tace*, inquit, *neque enim necessum est secretum hoc, nemine rogante, pandere.* demum viro quoque defuncto,cum hic in diuerso sepulchro poneretur;postridie, cadauer eius in sepulchro vxoris repertum est. Fuit Diuione in Gallia Senator nomine Hilarius,qui cum vxore, perpetuam virginitatem seruarat,ac toti familiæ suæ virtutem eandem commendabat. Hic cum anno ante vxorem obiisset, illaque tandem in idem sepulchrum inferretur;illam extentis brachiis,vt amoris præteriti significaret castitatem,amplexus tenuit. Narrat de duobus apud Ismaelitas captis Sanctus Ieronymus:quod, cum eos herus ad matrimonium cogeret, virginitatem nihilominus seruarint; quæsitaque fugiendi opportunitate, ad Christianos abierint. & cum ille

In vita ipsius 27. Septemb. *In gloriam Confess. c. 31* *Ibid.cap. 42.* *In vita Malchi fugitiui Monachi.*

eos assumpto seruo, ac duobus camelis, insecutus, iam pene apprehendisset: illi, eo conspecto, in antrum declinarunt. Qui eos illuc ingredientes videns, seruo, vt eos educat, præcipit: ille cum ob loci caliginem, neminẽ videret, exclamãs, *Egredimini*, ait, *homines nequam, vt fuga pœnium recipiatis*: sed ita clamantem, leæna, quæ leunculos suos illic nutriebat, occidit: herus, quod eum duobus putaret imparem, ipse se in speluncam quoque immittit, eosque stricto gladio inclamat, sed & ipsum leæna occidit; atque dein speluncam cum leunculis suis deserit. Tandem duo illi præ metu egressi, cum neminem viderent, camelis inscensis, ad Christianos abeũt; ac, pro gratiarum actione, singuli monasterium sui sexus ingrediuntur. Atq; hæc eo dicta sint vt coniugum virginitatẽ, Deo placitam ostendamus: etsi id sæcularium multi minus capiant. Sunt tamen & alij plures qui eam seruasse leguntur: vt [a] Cæcilia, cum Valeriano; [b] Iulianus cum Basilissa, quorũ festum agitur 9. Ianuarij. [c] S. Catharina S. Brigittæ filia, cum marito suo Egardo anno 1381. [d] S. Pharaildis S. Gudilæ soror, cum coniuge suo, anno 700. [e] Aletius cum Ruffina S. Paulæ filia, & Eustochij sorore. Martinianus, & Maxima Martyres; de quibus agit [f] Victor: qui cœnobium ingressi, dein ab Arianis anno 456. occisi sunt: multi enim, post seruatam aliquanto tempore virginitatem, cœnobijs se tandem incluserunt: vt Galaction & Episteme, quorum festum agitur [g] 5. Nouembr. Theodoricus [h] S. Remigij discipulus, 1. Iulij (vixit hic anno 490.) per B. Remigium vxori non tantum castitatem, sed & Religionem persuasit: quam & ipse ingressus multorum monachorum factus est Abbas. Idem pręstitit S. Ammon primus Nitrię Monachus (cum sua coniuge) cuius animam, B. Antonius in cœlos vidit adscendere. Ansbertus, post celebratas cum S. Androgisina nuptias, Ecclesiastico statui se dedit, factusque est Episcopus Rothomagensis anno 677. Vxor porro eius, mulier lectissimæ formæ, ne periculum castitatis ob sui decorem pateretur, Deum precata est; vt hac eam specie priuaret, quod & fecit, percutiens eam terribili lepra. Admissa vero in cœnobium, & suis, & Patris Roberti, ac mariti Ansberti precibus statim, cum omnium stupore, primam speciem

a *Sur. 22. Nouembr.*
b *9. Ianuarij*
c *22. Martij.*
d *Molanus in Indiculo.*
e *Paulinus Nolanus epi. ad Aletium*
f *Lib. de persecutione. VVandalica.*
Multi post castitatem in matrimonio seruatam adiere monasteria.
g *Menolog.*
h *Sur. ibi.*

ſpeciem recepit;ita vt dicerent omnes Deum manifeſtè eam ſibi ſponſam delegiſſe.

Diſcis *Tertio*, Licitum coniugatis ingreſſum Religionis, etiam inuito coniuge, quamdiu matrimonium conſummatum non eſt, poſt conſummationem vero, quando facti ſunt duo in vna carne, eos ſeparari non poſſe; Chriſtus euidenter docet. *Propter hoc*, ait, *relinquet homo Patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Ex huius priuilegij vigore; multi, ante conſummationem, matrimonio ceſſerunt. Alexius anno plus minus 400. prima nuptiarum nocte, ſponſam deſeruit, & per 17. annos domo abſens, tandem in pāternis ædibus ignotus vixit: inſtante autem morte, vitam ſuam conſcribens, eam mortuus manu tenebat. Sanctus Ioannes, Simeonis Sali ſocius, adoleſcens viginti quatuor annorum, ſpōſa relicta, factus Monachus, miraculis claruit, anno 540. Perſuaſit marito ſuo Eudaldo S. Hunegundis, vt ante matrimonij conſummationem Romam irent, vbi illa, à Pontifice impetrato velo, Religionem ingreditur, tanta mariti indignatione, vt ei necem paraſſet, niſi eum pœna metus abſterruiſſet. contigit hoc circa annum ſexcenteſimum ſeptuageſimum, paulo poſt obitum S. Eligij Nouiomenſis Epiſcopi, qui virginem hanc de ſacro fonte ſuſceperat.

Nota 3. Licere alteri coniugū ante conſummatū matrimonium reclamante altero religionē intrare. Matt. 19 6. Exempla eorum qui matrimonia rata ante conſummationem ſubterfugerunt. Sur. 17. Iulij. Sur. 1. Iulij. Sur. 25. Aug.

III.

Vocatus eſt & Ieſus ad nuptias. Venit Dominus ad nuptias, ſed inuitatus. felices nuptiæ, quibus ille adeſt, infelices, quibus abeſt. accedit enim diabolus; partim vt matrimonium contra Dei voluntatem cōciliet; vt factum quando filij Dei, id eſt, Seth, ingreſſi ſunt ad filias hominum, id eſt, Cain. vnde peccata, & generale diluuium cauſſata ſunt. & quando Iſraelitæ Chananitidas acceperunt vxores, quas iubente Domino debuerunt relinquere; partim vt inuitatos ad peccata inducat, & ſuffocet, quod fecit ſeptem maritis Saræ; & filijs Iambri in Madaba. Recte enim dixit Salomon, *Neque nuptias mundas iam cuſtodiunt, ſed alius alium per inuidiam occidit; aut adulterans contriſtat.* &, vt CHRISTVS notat, ſuperbiæ multum accedit, & ambitionis. Vocatur ad

Felices nuptiæ in quibus eſt Ieſus, infelices vbi non eſt. Gen. 6. 2. 1. Eſdr. 9. 1. Diaboli in nuptijs ſtudium. Tob. 3 8. 2. Mach. 9. 17 Sap. 14. 25. Duobus modis inuitatur Chriſtus.

nuptias Christus dupliciter. *Primo*, Oratione; sic Abraham mittens seruum suum Eliezer in Mesopotamiam, vt acciperet Isaac vxorem, *Dominus*, ait, *Deus cœli qui tulit me de domo patris mei, ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.* similiter orabat pro se Isaac. Et Sara postmodum, ac Tobias, oratione sua dæmonem fugarunt, magis quam hepate piscis, quod Tobias prunis imposuerat, quo adumbrabantur perfectæ orationis, quæ matrimonio debet præmitti, conditiones. nempe vt ex animo fiat, & Dei amore. cor, vitæ; hepar vero, sanguinis principium est, & sedes concupiscentiæ: horum vtrumque accendi debet, nempe, cor amore Dei; quo ei te, tuaque omnia offers: etiamsi corpus in coniugis transeat potestatem: amor quoque concupiscentiæ, qui forte carnalis adhuc est, in Diuinum conuerti debet; vt coniugis salutem magis, quam corporis incolumitatem quæras. Oratione hac petes à Deo coniugem tibi conuenientem; sicut enim ipsius est singulorum vocatio, sic & coniugum coniunctio. Adamo, cum solus esset, stitit Deus omnia animalia, sed non fuit inter ea adiutorium simile ei. quod proin à Deo productum est ex eius costa, vt hoc mysterio notaretur. *Primo*, per costæ os, mulieris in amore, & obsequio erga maritum constantia. *Secundo*, Per carnem costæ adhærentem, benignitas. *Tertio*, per obliquitatem, humilitas. *Quarto*, per hoc, quod ex latere costa sumpta fuit, subiectio sub marito, item, quod nõ debeat eam maritus, quasi pedibus, subiicere, sed tanquam commembrum honorare. ideoque sicut pro nostra salute patrem, & matrem relinquimus, ac neminem præ nobis amamus; sic & caussa vxoris, eadem facienda sunt. Dedit iuniori Tobiæ Deus, per Raphaelem Angelum, vxorem; cum qua sanctè & pacificè conuixit. In Adamo autem notandum, multa ei per vxorem aduenisse incõmoda; etsi eam à Deo acceperit. vt discamus *Primo*, Mulieribus, quantumlibet piis, non nimium fidere: mobiles enim sunt; atque omni passionum vento sexus ille, instar plumæ, rapitur. *Secundo*, In accipiẽda vxore delectum habere, si enim ab ea, quam dedit Deus, tantum fluxit mali, quantum ab aliis expectandum?

Gen. 24. 7.

Tob. 1. 7.

Qualis oratio coniugii actus præcedere debeat.

Dei est dare vxores, ac matrimonia disponere.

Gen. 2. 20.

Quid significet Euam ex costa formatam.

1. 2. 3. 4.

Vxor parẽtibus in amore præponetur.

Tob. 6. 11.

Adami per Euam ruina docet.

1. 2.

Poste-

Posterior modus vocandi Christum ad nuptias, est matrimonialis contractus intentio: qui multiplex est; sed tres primæ sunt optimæ, quæ & Deum ad matrimonij institutionem permouerunt. *Primam* significat iunior Tobias, cum orat. *Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum.*

Secundus modus inuitandi Christum bona intentio est.

I. Spes prolis piæ. *Tob. 8. 9.*

Qui ergo matrimonium contrahit, non solo generationis intuitu, sed vt filios habeat pios, qui ad sacerdotium, vel Religionem promoueantur: quorum meritis, & suffragijs, parentes hic, & in futuro iuuentur: doctrina alij instruantur, hæreses extirpentur, Ecclesia iuuetur, &c. opus bonum facit, redditque matrimonium sibi meritorium; quia præcipue Dei honorem quærit. *Secundam* significauit Deus, cum diceret, *faciamus ei adiutorium simile sibi.* Debent ergo parentes, non tantum pios liberos sperare; sed omne studium intendere, vt tales euadant, ita fiet, vt, quod Psalmista deplorat, *non immolent eos dæmoniis*; dum nihil præter vana, & peccata, eos docent, tripudia, speciei ostentationem, morum sæcularitatem, sine omni timore Dei. *Tertiam* significat Apostolus, dicens: *Mulieres viros suos interrogent.* Sic Euam docuit Adamus prohibitionem Dei. Similiter Iob, & Tobias, vxores suas instruxerunt. Debet igitur puella maritum quærere, non Catholicum solum, sed qui à virtutum exercitio, vt à confessione, & communione hebdomadaria non impediat: imo qua dictis, qua factis, promoueat. quod idem adolescentes quoque spectare debent, vt mulieres quærant dociles, & ipsi se ad docendum idoneos reddant.

2. *Gen. 2. 18.* Opera mutua in educatione.

Psal. 105. 37.

3. Vt fœmina magistrum habeat. *1. Cor. 14. 35. Iob. 2. 10. Tob. 2. 17.*

Quarta est concupiscentiæ remedium: etsi enim hæc ieiunijs, orationibus, & corporis castigatione, in seruitutem redigi possit; tamen, quia non omnibus hæc dura placent; indulsit Deus aliquam carnis voluptatem in matrimonio, his qui castitatem non vouerunt: vouentibus illicitam. Vnde illis quæ se non continent, suadet Apostolus, vt nubant: *Melius enim est nubere, quam vri.* & Augustinus, *Expedit*, ait, *ei quæ se non continet, nubere; atque ideo expedit, quia licet. verum castitatem professis, hoc nec expedit, nec licet.*

4. Remediũ concupiscentiæ.

1. Cor. 7. 9. Li. 1. de Adulterinis coniugijs c. 18.

Alii fines matrimonij. Præter quatuor hos matrimonij fines, alij adhuc sunt ab hominibus intenti. *Primo*, quidam illud ineunt pacis caussa
1. cum affinibus, vt sæpe in Regibus fit, & Principibus. *Secundo*,
2. Alij familiæ conseruationem spectant. *Tertio*, Alii coniugum
3. diuitias. *Quarto*, Alii nobilitatem. *Quinto*, Alii pulchritudi-
4. nem, & speciem, vt ante diluuium contigit, ac septem mari-
5. tis Saræ. Omnes hi fines humani sunt, &, quia præ Deo tem-
Gen. 6. 2. Hæc sæpe fallunt. poralia spectant, sæpe caussant infelicitatem. *Primo*, Pro spe-
rata pace, nascitur dissidium. Alexander Syriæ Rex duxerat
Patet I. Ptolomæi Regis Ægypti filiam, sed per eam regnum simul,
1. Mach. 10. & 11. & vitam perdidit. *Secundo*, Deus aliquando subtrahit liberos,
& familia extinguitur. *Tertio*, Diuitiæ pereunt. *Quarto*, Con-
2. iux à qua nobilitatem speraras, rusticitatem tibi apud omnes
3. exprobrat. *Quinto*, Forma perit, siue ab imprægnatione, siue
4. quia post coitum videtur deformior, vt Ammon contigit.
5. non debet in coniugum delectu, minor adhiberi industria,
2. Reg. 13. 15. Quid spectandũ in coniuge? quam in equis: hic enim nemo colorem; sed robur, aliasque virtutes spectat. Eliezer imitare, qui ab Abrahamo missus, vt
Simile. Isaac acciperet vxorem; cum multas videret vrbe, ad hauriendam aquam egredi; notam excogitauit, qua posset optimam
Gen. 24. 12. deligere. orans in hunc modum, *Domine Deus Domini mei Abraham, occurre hodie obsecro mihi, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham, Ecce filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur, ad hauriendam aquam: Igitur puella cui dixero: inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit: Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac.*

Sperabat hanc benignam, liberalem, & laboriosam fore, adeoque Isaaco dignam, Rebecca vero totidem ei verbis respondit, ideoque eam ab amicis petiit; vtque eius impetra-
Genes. 26. 35. ret consensum, *benedixit*, ait, *Dominus Domino meo Abraham, qui non quæsiuit filio suo vxorem Chananæam quæ nesciat Deum, sed misit me ad domum patris sui*, vbi maior est Dei cognitio. idem & hodie fieri deberet, in quærendis coniugibus. ita enim benedicet Deus; vt Dauid, & Salomon dicunt, vxori & leberis
Psa. 127. 3. Prou. 5. 15. bonis.

Christus cõuiua paupe rum. Vocatus ad nuptias Christus, pauperibus se non negat: quin ostendit, hos se præ diuitibus eligere. diuites enim solet

solet in conuiuijs reprehendere, quod hic non fecit. Interim non accessit caussa suæ recreationis, sed *Primo*, Vt nos doceret in Ecclesiam admitti omnes: coniugatos, & cœlibes; sæculares, & Ecclesiasticos; perfectos, & imperfectos, ne quis dicat *vxorem duxi non possum venire*. *Secundo*, Vt matrimonio benediceret, ait Epiphanius; statumque confirmaret, addit Augustinus, quem initio nascentis mundi instituerat. Benedictio hæc in duobus consistit. *Primo*, in sanctificatione, olim enim matrimonium vinculum quidem fuit insolubile, non tamen sacramentum: quo Deus ipse coniuges ligat, sanctitatem dans, & gratiam, ad toleranda matrimonij onera. In his ergo nuptijs, Christus matrimonium ad sacramenti dignitatem euexit. Est autem *Sacramentum, signum visibile, dans gratiam inuisibilem*. In sacramento omni tria sunt. *Primo*, duplex signum; nempe, materia, vt aqua, in baptismo; chrisma, in confirmatione; panis, in Eucharistia; &c. dein, verba, quæ & forma Sacramenti, dicuntur, sine quibus nullum constat Sacramentum. *Secundo*, Minister Sacramentum conficiens, vel applicans; vt in Confessione, Sacerdos; in Confirmatione, Episcopus. *Tertio*, Gratia, quæ per signa à Deo infunditur, vt in Baptismo, & Confessione, remissio peccatorum: in Cõfirmatione, robur animi: in Ordine, potestas consecrandi, & peccata remittendi. Tria hæc in matrimonio reperiuntur. *Primo* enim sunt, verba, vel nutus: quorum quæ priora sunt, materiæ vicem supplent; quæ posteriora, formæ: materia enim formæ præsupponitur, & per eandem perficitur. *Secundo*, Minister Sacramenti huius non est Sacerdos, nec verba eius sunt de essentia; sed ad benedictionem tantum, & cæremoniam, actorumque roborationem; porro ministri sunt, ipsi coniuges. *Tertio*; Vi verborum duo hic facit Deus; *Primo*, vinculum: q solui omnino non potest, non tantũ, quia id vetuit Deus, nam hoc erat in Vet. Test. sed etiam, quia Deus ipse vincit; iuxta illud Christi: *Quod Deus coniunxit, homo non separet*. Habet enim, ait August. *Sacramentum hoc cum baptismo & ordine similitudinẽ quandã*, quæ characterem imprimũt, indelebilẽ etiã apostasia, eodẽ modo cõiuges ligantur indissolubiliter, quamdiu viuunt: etsi per adulteriũ, aliquando, corpore separentur.

Luc. 7. & 14. Cur venerit ad nuptias.
1. *Luc. 14. 20.*
2. *Hæres. 6.7.* *Tractat. 9. in Ioan.*
Matrimonij benedictio consistit in duobus.
I. In quolibet sacramẽto tria sunt.
1. Signa.
2. Minister.
3. Gratia.
Matrimonij materia & forma.
Minister.
Effectus duo.
I. *Matt. 19. 6.* *Aug. de nupt. & conc. c. 10. & de bono con. c. 24.*

2. Effectus. Sacramenta dant gratiam faciendi officia quæ in eis cõferuntur

rentur. Vinculum hoc, est proprius sacramenti effectus: sicut Baptismi est, remissio peccati originalis. Confirmationis, robur, &c. & tamen Deus alium adhuc effectum superaddit; nempe, gratiam portandi onera matrimonij. omnia enim sacramenta gratiam dant præstandi, quod in eis suscipitur. sic Sacerdotes non tantum in Ordinatione accipiunt consecrãdi, & absoluendi potestatem: sed & gratiam, qua id debite fiat, ac congrue suo statui viuant. de qua Timotheo scribit Apostolus: *Resuscita gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*, id est, consecrationem manuum impositione factam: *non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis*: nempe ad faciendum quæ sacerdotem decent. Idem in matrimonio contingit, quod & Apostolo propterea, *donum Dei* dicitur; vt virginitas. *Vnusquisque propriũ donum habet ex Deo; alius quidem sic, alius vero sic*, id est vnus matrimonij, alter virginitatis. Explicans autem hoc donum alibi, *Saluabitur*, ait, *mulier per generationem filiorum* (id est matrimonij statum) *Si manserit in fide, & dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate*, id est, si virtutes, per matrimonij Sacramentum acceptas, conseruarit.

2. Tim. 1. 6. & 7.

1. Cor. 7. 7.

1. Tim. 2. 15.

Quinque bona matrimonij. 1. Remissio peccatorũ.

Quinque hic significantur bona, quæ in matrimonio confert Deus. *Primo*, Peccatorum remissio. Omne enim Sacramentum digne susceptum non solum venialia, sed & mortalia, inculpate in Confessione omissa, remittit: cũ gratia enim, quam Sacramenta omnia dant, nullum peccatum mortale consistit. Itaque fieri posset, vt quis accepto matrimonii Sacramento saluetur, qui sine eo periisset. vt si committẽs peccatum mortale, & attritus, sacramentum hoc suscipiat. *Secundo*, Fides. Iuuat enim hæc gratia, vt non in re coniugali tantũ; sed & in familiari coniuges mutuo se iuuent. vnde etiam fit, vt illegitimè coniuncti, v.g. Monachi, & Sacerdotes apostatæ, quia hanc gratiam non recipiunt, coitu suo magis ad libidinem irritentur, quam sedentur. *Tertio*, Amorque tantus, vt præ vxore parentes relinquantur. *Quarto*, Sanctitas: de qua Apostolus: *Abstineatis vos à fornicatione: vt sciat vnusquisq; vas suũ*, (id est vxorem) *possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij*: nempe vt magis amor liberorum, quã voluptas coitũ caussett:

2. Fides.

Cõcubitus illegitimi venena sũt concupiscẽtiæ non remedia.

3. Amor.

4. Sanctitas 1. Thess. 4. 4.

causset: vt Tobias olim monuit. vnde matrimonium ab Apostolo, *bonorabile*, dicitur, & *torus immaculatus*. *Quinto*, Sobrietas castitatis custos. luxuriam enim fouet gula, & inebriatio vini. Dat hæc omnia Deus, quando se coniuges debitè disponunt. Duo autem illa; indissolubilitas scilicet, & gratia, faciunt vt de matrimonio dicat Apostolus: *Sacramentum hoc magnum est*, non vt alia quædam, quæ etiam *magna* dici possunt, v.g. Baptismus, quia Sacramentorum, & cœli ianua: Confirmatio, quia à solo Episcopo confertur: Eucharistia, quia Dominum in se habet: sed ob significationis magnitudinem. significat enim Christi cum vnica sponsa, id est, Ecclesia, coniunctionem, quia sicut indissolubile est matrimonii vinculum; sic & Christus Ecclesiam non derelinquet. dein sicut in matrimonio gratia datur, ad peccati remissionem, mutuam fidem, amorem, sanctitatem, & sobrietatem; sic & Christus Ecclesiæ abundantem largitur gratiam, mundans eam *ab omni iniquitate*, conseruans in fide, inflammans amore, sanctificans, & demum ad sobrium omnis creaturæ vsum perducens.

Thob. 8.9. Heb. 13.4. — 5. — *Ephes. 5.32.* Matrimonium quare magnũ Sacramentum.

Alterum in quo matrimonii benedictio consistit est, abusuum multorum, qui illi subrepserãt, correctio. Nam *Primo*, Solent aliqui tam definito pretio conuenire, vt sponsa vendi potius, quam nuptui dari videatur. quod sibi à parente factũ Lia, & Rachel conquestæ sunt; dum eas, 14. annorum laborẽ pactus, Iacobo tradidit. Notanda hic cæca multorum auaritia, qui liberis Religionem etiam pauperem ingredientibus, vix alimoniã, aut leue peculium addunt, multa daturi si nuberent. O cæcitatem quæ mundum Deo præponit! *Secundo*, Putant coniuges multi se à bonis operibus, & Sacramentorũ frequentatione excusatos, perinde ac si ipsi eis non maxime indigeant. Dixit Deus hominem vxoris causa parentes relicturum; ipsi vero, & Deum relinquũt; cui debebant per matrimonium esse magis obstricti. *Tertio*, Persuadent sibi seruitutẽ sæculi licitam; in ornatu, choreis, epulis, &c. quasi matrimonium esset status vanus dũtaxat, non sanctus. *Quarto*, Putant permissa sibi omni tempore carnis opera, nec à se in his peccari: quasi bestiarum instar, quibus non est intellectus, carni

Secundũ in quo matrimonio Christus bedixit. Abusus in matrimonio. — 1. — *Gen. 31. 15. Saluianus l. 3. ad Ecclesiã.* — 2. — 3. — 4.

carni vacare possent. Hęc omnia hisq; similia correxit Christus, matrimonium euehens in sacramentum, hac enim ratione monuit nos, cum omni sanctitate in eo versari, illorum exemplo, qui ad magnam in hoc statu sanctitatem peruenerunt, vt Abraham, Dauid, Zacharias, & Elisabet, ac in noua lege, S. Monica, Elisabet, Maria d' Oignies, & Gubernator ille Paphnutio Monacho, vt Euagrius scribit, gloria æqualis: cum enim, post annorum multorum pœnitētiam, Paphnutius Deum rogaret, cui in gloria esset æquandus? misit eum Deus ad Gubernatorem coniugatum, cum vxore sua sanctè viuentem, qui ab omni peccato, quantum poterant, abstinebant; pro facultatibus dabant eleemosynas, pauperes hospitio suscipiebant, dissidentes conciliabant, liberos in omni virtute instruebant, nihil mali in familia permittebant, proximos præ se ipsis iuuabant, atque in omni opere Deum spectabant. nam quia sciebant se omnia Deo inspectore agere, aliquando remuneraturo; laborabant, ne quid ei ingratum vnquam committerent.

Coniuges sancti.

Euag. l. 1. Vita PP.

IV. *Et discipuli eius.* Nullus in his nuptijs fastus. pauperes vocantur, sed pij. *Primo*, Vt discamus felicissima esse conuiuia ad quæ pauperes vocantur. Mundus cognatis epulas parat, sed sine fructu, & cum multorum obloquio. Christus pauperes inuitari vult, vt occasionem habeat nobis bona conferendi. Proin optime olim institutum fuit vt Agapas pauperibus præpararent (quæ conuiuia erant, sic à charitate, quæ pauperibus exhibebatur, dicta) præcipue diebus Dominicis, & festis, post sumptam Eucharistiam; vt Chrysostomus, Tertullianus, & alij docent. Vnde & Patres nostri consueuerunt quibusdam cœnis quas *lætas* vocant, pauperes adhibere; recreationis simul, & spiritualis instructionis causa: vt in profesto S. Martini, ad imitationem liberalitatis eius: in profesto Circumcisionis, ad redimenda Eleemosynis anni claudendi peccata: in Festo Epiphaniæ, vt cum Regibus, CHRISTO in membris eius, dona offerrent: ante initium Quadragesimæ, vt ad hanc se per eleemosynas præpararent. Dicebantur autem cœnæ *lætæ*, ob puram hilaritatem: neque enim sumptuosæ erant, sed, pro conditione pauperum, hilares,

Christus cur ad nuptias. 1. Causa. Prandia felicissima

Luc. 14. 13.

Agape quid.

Chrys. 1 Cor. hom. 26. Tert c. 39. apolog.

Cœnę lætę

hilares. apprecabantur hospiti suo omnia felicia, discebatque ab iis neglectum mundi, fastus & luxus. aderat Christus cum Angelis lætitiam augens, videndumque nonnunquam se exhibebat, vt Gregorio factum testatur Ioannes diaconus. *I a vita Gregor. ca.22.23.*

Secundo, vt discipulis in matrimonium conferret authoritatem: quia enim hoc, præter rationem sacramenti, etiam habet rationem contractus, nullum sacramentum æque atque hoc Ecclesiæ subijcitur, nam sicuti Magistratus Ciuilis, disponit ciuiles contractus: ita & Ecclesiasticus, matrimoniales: non quod ratos irritet, sed quod impediat ante ratificationem, personasque reddat inhabiles, vel absolute, vel cum quibusdam, & certo modo contrahendi. Sic irritauit matrimonia Clandestina, sine pręsentia duorum testium, & Parochi contracta. similiter Religiosos approbatam Religionem professos, & Subdiaconos, qui Deo se deuouerunt, inhabilitauit: his enim non magis licent matrimonia, quam coniugatis adulteria. Porro inter se non possunt contrahere. *Primo*, cognati, & affines in quarto gradu. *Secundo*, susceptores & baptizans, cum baptizato, vel confirmato, eiusque parentibus. *Tertio*, qui inter se commiserunt adulterium, cum promissione matrimonij post obitum coniugis. *Quarto*, qui coniugem occiderunt, vt mutuo copularentur. *Quinto*, Christianus cum non baptizato. Matrimonia horum separari debent, quia, ob personas ab Ecclesia in habilitatas, matrimonia non sunt. vti nec *Primo*: matrimonium cum impotente, & eunucho. *Secundo*, cum est error in persona, vt Lia pro Rachel. *Tertio*, cum est error conditionis, vt cum est seruus, pro libero. *Quarto*, cum est vis, & metus cadens in virum constantem; matrimonium enim liberum esse debet. Sunt & alia matrimonia vetita quidem, non tamen nulla; sed valida. Vt *Primo*, matrimonium post votum simplex castitatis. *Secundo*, post sponsalia cum alio. *Tertio*, matrimoniũ solenne in aduentu, vel quadragesima. *Quarto*, omissis promulgationibus. *Quinto*, cum Hęretico. Est etiam receptum ab antiquo, vt noui coniuges benedictionem Sacerdotis accipiant, & sacrum audiant, q; Euaristus, anno 113. scripsit ab Apostolis

2. Caussa. Ecclesiæ ius in matrimonio.

Trid s.24 c.1 reform.

Qui non possunt inter se contrahere.

Matrimonia inualida.

Matrimonia illicita tantum.

Benedictio matrimon. *Euar epist.1. ad Afric.*

Syr. ep. 1. ad Hymer. postolis institutum, eiusq; Syricius, & Innocentius ante mille ducentos annos meminerunt. vti ante mille trecentos, *Innoc. ep. 2. c. 6.* Tertullianus sacrificii matrimonio præmissi meminit. *Tertul. 2. ad vxorem c. 6.*

V. *Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum: vinum non habent.* Cõpatiebatur nouorum coniugum paupertati Beata Virgo, ideoque Filio eam significat, non prę ambitione, vt impiè nunc mentiuntur hæretici, quasi ipsa ex miraculo gloriam quæsierit, quæ nunquam in se peccatum admisit: sed ex misericordia, metuens aliorum confusionem, vnde non dicit, *da vinum*; vel vt illi; *ostende te ipsum mundo*: sed, *vinum non habent*: quæ oratio simplex est, benigna, & efficax, plena fidei, spei, & resignationis, quomodo etiam orarunt Martha, & Magdalena: *Domine ecce quem amas infirmatur.* Continent hæ orationes humilitatem; quia, præ reuerentia, non aperte petunt: amorem proximi, ideoque efficaces sunt, fidem quoque de potentia, & spem de voluntate iuuandi; potissimum tamen omnium est, resignatio voluntatis, qua Deo & res, & modus permittitur. Docet itaque B. Virgo. *Primo*, posse nos & nobis, & proximis temporalia à Deo petere: vt sanitatem, victum, vestem, debitorum solutionem, etsi modum non videamus, nisi miraculosum. Deo enim modus non deerit. Cum autem pro alio oras, moueat te proximi miseria; hæc enim commotio plus aliquando apud Deum valet, quam ipsius afflicti oratio: ob virtutem misericordiæ. Sic sanauit Christus paralyticum ab aliis submissum per tectum. *Secundo*, discis, modum petendi temporalia: nempe per insinuationem necessitatis, & auxilii implorationem: modo ipsius misericordiæ relicto, petimus aliquando quæ non expediunt, dat tamen Deus, ob instantem petitionem, ne suos contristet. petebat Rebecca liberos, sed cœperunt gemini in vtro matris luctari, non sine huius periculo: & eorum alter parentes multum contristauit, & raro alteri consensit. Oras & tu frequenter pro liberis, qui tamen postea multum te lædunt. Imitatur Deus amicum, qui ab amico petitus equum, respondet, non conuenire. altero autem excipiente, prouisurum se, ne lædatur; tandem concessit, non sine alterius damno. nolebat Petrus filiam Petronellam ab infirmitate curare, quod hanc ei diceret,

Hæreticorũ calumnia.
Ioan. 7. 4.
Ioan. 11. 3.
Oratio perfecta.
B. Virgo tria docet.
1.
Matt. 9. 2.
2.
Deus aliquando importunis dat nocitura.
Gen. 25. 22.
Gen. 26. 35.
Simile.
Breu. Rom. 31. Maij.

ret, sanitate vtiliorem, bona enim corporis; vt sanitas, decor, honor, diuitiæ, similia sunt equis indomitis, quos non omnes possunt dirigere: ideoque à Deo, cum resignatione petenda; qui te & nouit, & amat, magis q̃ tu teipsum. *Tertio*, discis in omni necessitate ad Mariam confugere: quæ enim hic in re tam leui, qualis est vini defectus, tantum compassa est proximis: nunc in gloria, vbi à virtutibus est perfectior tibi non deerit; illudque non solum à filio vt mater imperabit; sed &, tanquam cœli, & terræ Regina, dabit. Itaque Bernardum audi. *O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis: respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam, si criminis immanitate turbatus, conscientiæ fœditate cõfusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso: cogita Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs, Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum. Ipsam sequens non deuias: ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis:* 3.

Bern. s. 1. super Missus.

Hæc Bernardus: cuius dicta, multi experientia didicerunt. Scribit Amphilochius B. Virginis iussu occisum, à Sancto Mercurio Martyre Iulianum, & Ecclesiam persecutore liberatam. Scripsit ante annos 900. Eutychianus Constantinopol. Patriarcha, Theophilum, qui se, dato chirographo quem sanguine proprio scripserat, diabolo deuouerat, ac Christo simul, & Beatę Virgini renuntiarat, huius precibus reconciliatum & chirographum recepisse. Proditoria Leonis Isauri iconomachi fraus, Ioannem Damascenum manu truncauit, sed B. Virgo eam restituit; teste Ioanne, Patriarcha Ierosolymitano. Adest omnibus, qui eam toto corde inuocant, eique vitæ sanctitate placent. Proin quicquid insaniant

Apud Sur. 4. Feb.

Apud Sur. 6. Maii.

insaniant hæretici, tu cum Augustino illud ingemina *S. Maria iuua pusillamines, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctam commemorationem.* & cum Athanasio Patriarchâ Alexandrino. *Intercede hera, & domina, & regina, & mater Dei pro nobis, quoniam ex nobis tu oriunda es, & is qui editus est ex te carnigerus Deus, noster est: quem decet gloria, & magnificentia, omnisque honor, & adoratio, & gratiarum actio, cum Patre initij experto, & cum Sancto, bono, viuifico Spiritu, & nunc, & semper, Amē.*

Aug. s. 18. de Sanctis.

Athan. s. de Deipara.

VI.

Calumnia hæreticorū

Et dicit ei Iesus quid mihi & tibi est mulier. Reprehensam à Christo hic B. Virginem calumniantur Hæretici; quasi præ superbia miraculum petierit: ideoque *mulierem* appellari non *matrem*; & austerè ei dici: *quid mihi & tibi* ? sed non merentur innocentes increpationem, ideoque verba ista etsi increpationem præseferant, benignius tamen accipienda sunt. ac primo, quod dicitur, *mulier*, nec increpationem, nec contemptū significat, cum & in cruce Christus, hoc nomen matri dederit. *Mulierem* ergo vocat. *Primo*, vt Dei se quoque filium significaret: cuius rei notitia, sicut omnibus necessaria erat ad salutem; ita manifestari debebat. *Secundo*: vt matrem significet, ait, Epiphanius, non esse Deam, sed mulierem; licet super omnes benedictam. *Tertio:* quia sicuti Christus fuit secundus Adam, sic & ipsa noui testamenti Eua est. Erat Eua mulierum omniū prima, accipiens à viro suo nomen *Issa* quod *mulierem* significat. Sic Maria noui testamenti prima mulier est, super omnes benedicta, omnium mater. si enim Christi *fratres*, & Abrahę sumus *filij*, potiori iure Beata Virgo nobis mater erit, quam Abraham Pater. Dein quod ad cętera verba. *Quid mihi & tibi*, Iustinus, Epiphanius, Euthymius, & alij ea sic interpretantur. *Quid ad nos*, curent vini defectum qui conuiuas vocauerunt: nostra nihil interest. Alij vero Hebraismum secuti idem dicunt significare, quod: *Quid mihi tecum negotij est*. Sic cum maledicentem Semei vellet Abisai percutere, respondit Dauid, & ait: *quid mihi & tibi fili Saruiæ*, quasi dicat: quid ad te mea negotia? & Pilato significauit vxor, cum præsentatus esset ei Dominus, ad Iudicium. *Nihil tibi & iusto illi*: quasi dicat, noli negotijs eius immmisceri.

Matrem Christus vocat mulierem.

1.

2.

Epipha. hær. 79.

3.

Christiani, Mariæ filij.

Verborum Christi expositio vera.

Iust. q. 136.

Epipha. hær. 51. & 79.

Euthym. in comm.

2. Reg. 16. 10.

Matt. 27. 19.

Ex

Ex quo etiam patet, verba hęc nonnunquam benigna esse. ita vt in præsenti sensus sit: mulier, noli immisceri his quæ mihi à Patre mãdata sunt; in quibus efficiendis, nõ te; sed ipsum audire debeo. Atq; ita docet Christus non tam matrem quàm nos. *Primo*, in his quę Dei sunt, non obedire carni, & sanguini; sed Deo, imitantes beatum Thomam Cantuariensem; & Stanislaum Cracouiensem, qui mortem elegerunt magis, quam vt, etiam solicitati amicorum precibus, iniquæ Regis volũtati obtemperarent. Dedit huius rei specimen magnum Beatus martyr Thomas Morus, qui Henrico Octauo Angliæ Regi, per vxorem eius, aliquid impiũ ab eo petenti, respondit: *Quãto tempore putas vxor, me superfuturum* ? ait illa; *triginta, vel quadraginta annos*. tunc ille; *iustum ergo tibi videtur*, vt *pro redimendis quadraginta vitæ annis, reatum æternæ damnationis incurram* ? *Secundo*, vt à B. Virgine humilitatem disceremus, acquiesceremusq; facile, si non omnia statim vota consequamur. Orabat Thobias educi se à sæculo, & tribulationibus: sed addidit nouam tristitiam Deus, ex diutina filij absentia. Cum instantem Christi Passionem audisset Petrus, dixissetque; *absit hoc Domine à te*. respondit ei Christus; *Vade retro me Sathana, scandalum es mihi: non enim sapis quæ Dei sunt*. Et tamen fuit vterque patiens, vti & Maria, quæ ex tacita hac Christi negatione, maiorem fiduciam concepit. *Tertio*, vt matrem, tum, nostri exempli; tum, ipsius meriti causâ, exerceret. *Quarto*, vt nos doceret, ait Bernardus, non debere eos, qui se Deo deuouerunt, sæcularibus amicorum negotijs implicari. vnde cum ad quendam in solitudine Monachum, frater eius sæcularis, auxilij causa, accessisset: ille, eum ad tertium fratrem ablegauit; respondentique hunc obijsse, respondit Monachus; *& ego sæculo mortuus sum*. *Quinto*, vt nos ostenderet; Deo non commendari, ex carnali cognatione, sed donis spiritualibus. nullus Christo, Matre fuit cognatior; & tamen cognatio hæc, nihil iuuisset sine virtutibus, vnde eam Elisabeth non ex eo *beatam* dicit, quia Mater Christi est; sed, quia *credidit*. & Christus, Matrem commendanti respondit: *beati qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud*. quod ipsa præ omnibus præstitit. Fuit quidem titulo maternitatis Christo consanguinea, sed erat hoc ei cum multis impijs commune:

Docet hic Christus. 1.

Exempla fortitudinis.

Thomæ Mori pium apophthegma.

2.

Thob. 3. 6.

Matt. 16. 23.

3.

4.

Bern. ser. 2. huius diei.

Exemplũ.

5.

Luc. 1. 45.

Luc. 11. 28.

vt cum Roboam, Achaz, Manasse, nunc damnatis. Virtutibus vero facta est Christo spiritualiter cognata; tāto propinquius, quanto vberiorem habuit Dei gratiam.

VII. *Nondum venit hora mea.* Adiungit hæc Christus præcedentibus, vt significaret, se miraculum facturum. illa asperitatis nōnihil insinuabant, hæc vero fiduciam suggerunt. ita solet in mundo Deus, dulcia miscere austeris: in cœlo, omnia dulcia; in inferno, omnia austera: hic, omnia mixta: vt dulcibus animemur ad virtutem, austeris iuuemur ad satisfactionem. Verba hæc dupliciter à Doctoribus exponuntur. Augustinus, & alij horam passionis intelligunt; vt sensus sit: in miraculorum patratione, non es mihi mater; sed cum venerit passionis hora; ex te enim possibile corpus accepi. Solet scriptura passionem appellare *tempus Christi*: vt cum dicit, neminem misisse in illum manus, quia *nondum venerat hora eius.* Et si enim omne tempus, eius sit; iuxta illud: *tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es, auroram, & solem.* tempus tamen passionis, dicitur eius. *Primo*, quia passionis causa in mundum descenderat. *Secundo*, quia tempus illud fuit nobis vtilissimum, præ amore autem, Christus vtilitates nostras, suas computat, dicitq; horam *suam* quæ *nostra* erat. Dicitur etiam tempus passionis *hora Iudæorum*, iuxta illud: *hæc est hora vestra & potestas tenebrarum* quia tunc, permissa Iudæis in Christum potestas. Disce *primo* tempus tribulationis putare *tuum*, & quidem vtilissimum; vincis enim si pateris. *Secundo*, tribulationes omnes tantum durare ad horam; imo, comparatione æternitatis, ad momentum. Chrysostomus, & alij, de hora miraculi intelligunt: tum quod vini defectus necdum esset publicus; debebat enim miraculum, ad multorū salutem, innotescere: tum, quia forte aliud tempus, primo miraculo parauerat extra nuptias, in concionibus. Quemadmodum paulò post Hierosolymis, ad doctrinæ suæ confirmationem, miracula multa edidit. Videtur enim Christo mandasse pater, ne, ante Ioannis incarcerationem, miracula publice faceret, consulturus sic honori eius, qui nullum miraculum fecit. Inuitatus tamen à matre, hoc tempus Christus præuenit. Disce itaque *Primo* Christum omnia suis fecisse temporibus. sic cum à fratribus mone-

Marginalia: Dei attemperatio. — Duplex sensus verborum. — 1. *Aug. tr. 8. in Ioan.* — *Matth. 7. 30.* — *Psalm. 73. 16.* — Tempus passionis dicitur tēpus Christi. — & Hora Iudæorum. *Luc. 22. 53.* — Tempus tribulationis est nostrum. — 2. Sensus verborum. *Chrys. ho. 21. in Ioan.* — *Ioan. 2. 23.* — Christus omnia fecit suis temporibus.

moneretur aſcendere Hieroſolymam, reſpondit: *tempus meum nondum aduenit*. Laudabile eſt horas diei commode partiri, vt in ſpiritualibus imitemur mercatores, qui tempus explorant emptioni, & venditioni commodum: ac peccatores, qui peccandi quærunt oportunitates. ſic habent pij, ſtatas horas orãdi, comedendi, operandi, ieiunandi, feſta celebrandi, quibus annus ornatur, & diſtinguitur, ſæcularibus omne tempus voluptati vacat; iuxta illud Chriſti: *tempus veſtrum ſemper eſt paratum*. ex quo magna oritur rerum perturbatio; dum noctu bibunt, edunt, ſaltant, interdiu vero dormiunt. Diſce *Secundo* Chriſti erga matrẽ reuerẽtiam, in cuius honorem, primũ miraculum facit; tempus alioqui à Patre cõſtitutum prçueniens. non quod abſolute illud præueniat, ſed, quia & Pater mandauerat, illud, rogãte matre, præueniri. diſponit enim Deus omnia, modoſq; præuidet, quibus facienda ſint, quib. impedienda. ſic prædixit aliquando futurum, quod tamen ob impedimentum, ab ipſo prouiſum, factum non fuit. vt patet in morte Ezechiæ, & interitu Niniue, quæ niſi per orationes fuiſſent impedita, certo eueniſſent, nõ quod illæ Deum mutarint; ſed quod ille eas, ad rerum mutationem præordinarit. Noli ergo etiam ad Dei minas deſperare, ſed vitam corrige; cui Deus iudicium adtemperat. Dixerat ante diluuium, annos hominum fore centum viginti, ſed his quotidie in peius labentibus, viginti præcidit: immittens anno centeſimo cataclyſmum. Promittis tibi nonnunquam dies longos, ob naturæ vigorem; ſed peccata, illos abbreuiant. Diſce *Tertio*, honorare Beatam Virg. quæ enim primum impetrauit miraculũ, etiam nunc multa impetrabit. Faceſſant hæretici, quibus, vt dicunt, Maria nihil opus, quia ad Deum, nullo mediante, accedunt. Temporalia hæc, mediantibus hominibus, concedit Deus. eruditionem, mediante magiſtro: ſanitatem, mediante medico: pauperibus cibum, mediante diuitum Eleemoſyna: eundem in ſpiritualibus ordinem, docet Auguſtinus, ex quotidianis, ad martyrum ſepulchra miraculis. Diſce *Quarto*, cognoſcere defectum tuum, ſi à Chriſto auxilium quæras. ſicuti enim miraculum hoc non fecit Chriſtus, niſi poſtquam vini defectus innotuerat; ſic &

Ioan. 7. 6. Diuinæ occupationes. *Ioan. 7. 6.* Chriſti obſeruantia erga matrẽ. Deus multa prædicit conditionata. *Iſa. 38. 2.* *Iona 3. 10.* *Gen. 6. & 7.* Peccata vitã minuunt B. Virgo colenda. *Aug. ep. 137.* Cognito peccati, & miſeriæ,

priusquam tibi succurrat, vult ad maiorem tui humilitatem & sui gloriam; vt defectum tuũ cognoscas. sic rogabat cæcos, *quid vultis faciam vobis?* vt post cæcitatis cognitionem, ei gratias agerent. Quod post confessionem pauci corrigãtur, inde est: quia peccata remissa non cognoscunt, adeoque non cauent, neque Deo gratias agunt.

Mat. 20. 32. *Luc. 18. 41.*

VIII. *Dicit Mater eius ministris, quodcunq; dixerit vobis facite.* Intelligebat verba Filij sui Beata V. de miraculo nihil dubia; sed de modo: ideoque ministros monet, vt Christo obediant, idque quatuor de causis. *Primo*: quia necdum innotuerat Christi Diuinitas. *Secundo*, ne in coniugum cõfusionem, (quasi pauperes essent, vel negligẽtes) vini defectus innotesceret. vnde docet; proximi honorem tueri, & defectus siue ex paupertate, siue ex ignorãtia, siue quomodolibet cõmissos, tegere: neq; enim sine causa Christus, ei, qui fratrem vocat *fatuum*, interminatus est gehennam, eo quod ex hoc nomine, multum de ipsius apud alios æstimatione decedat; & licet paupertas honesta magis sit, quam indecora: vtpote quam Christus commẽdat, qui & pauperes *beatos* vocat; tamen, quia mundo contemptui est, nemini obijci debet. *Tertio*, vt inchoatum opus, quantum in se erat, promoueret. quo & nos virtutes, sine imperfectionũ admixtione, absoluamus, quas à nobis frequenter committi significat Dauid: *imperfectum meum viderunt oculi tui.* Si audis Dominico die sacrum; id sero fit, & negligenter. si das eleemosynam; parua est, & vt pauperem amoueas: si ieiunas; vespere liberalem collationem sumis, quæ pro media cœna sit. Sæcularia omnia perfectè facis; diuina, imperfectè: cum tamen in lege veteri vetitum fuerit, Deo polluta, clauda, & imperfecta offerre. *Quarto*, vt nos doceret, quid faciendum sit ipsam implorãtibus, cum enim eius sit, nos Deo sistere: illos iuuat citissime, qui voluntatem diuinam promptissime implent, cum firmo vitandi peccati, & exercendæ virtutis, proposito. Narrabat B. Zozimas, qui vixit circa annum quingentesimum vigesimum, quid de conuersione Beatæ Mariæ Ægyptiacæ, ex ipsa intellexisset, pro vt, paulò post eius obitum, Paulus Diaconus Neapoleos conscripsit. cum enim Zozimas eam, vltra Iordanem, accessisset, rogans quæ sit, & quo-

Monet B. Virgo ministros.

1. 2. *Matth. 5. 22.* *Matth. 5. 3.* *Luc. 6. 20.* 3. *Psal. 138. 16.* *Imperfectio nostrorum operũ.* 4. *Quos iuuet B. Maria.* *Apud Sur. 9. Aprilis.*

quomodo eo venerit; respondit se Ægyptiam, integris septédecim annis, in omni impudicitię cœno volutatam fuisse; sed cum audissem Hierosolymis exhibendam in Festo exaltationis S. Crucis, populo Crucem; eo cum alijs adorandæ Crucis causa profectus sum. sed accedens templi ostium, nunquam illud ingredi potui, cæteris omnibus ingredientibus. itaque peccata mea causans, ad angulum recedo, & statuam B. Virginis, templi foribus superpositam intuens, eam, lachrymantibus oculis, sic allocuta sum. *Scio B. Maria Virgo, & mater Dei, non decere, vt ego impura, statuam tuam intuear, quæ & corpore, & mente semper fuisti pura. fateor, merui peccatis meis, vt à te reyciar, quia tamen Dei Filium genuisti, pro redemptione peccatorum incarnatum: liceat mihi per te, templum ingredi, crucemque, in qua Filius tuus sanguinem suum fudit, & mortem obijt, adorare. Spondeo, nullis me vnquam libidinibus polluendam; sed statim, adorata cruce, mundo renunciaturam, abituramque, quo tu monstraris. obsecro etiam, vt hac in re, tu pro me spondeas.* finita oratione, templo egrediens, ad eandem statuam Beatæ Virg. gratias ago, & supplico, vt mihi dux sis, & magistra veritatis, ad pœnitentiam quam spoponderam. Tunc audiui vocem, dicentem; *transi vltra Iordanem, vbi requiem inuenies*: qua audita, actis ei gratijs, inspectaque statua dixi: Per te *Domina, & Regina mundi, salus hominibus illuxit, obsecro itaque, ne me deseras.* dein ad Iordanem vado, occurritque in via, nescio quis, tres mihi nummos offerens, quibus panem emi, ac transito Iordane, in interiorem solitudinem abij: illic quadraginta & septem annis nullum videns hominem, ac primis quidem septendecim, grauissimas impugnationes sustinui (quia totidem annis peccaram) reliquis vero triginta, multas habui cœlitus consolationes. Disce hinc volentibus à Beata Virgine iuuari, necessarium esse firmũ melioris vitæ propositum. *Quinto*, ne ministri grauatè facerent, quod mandaret Christus. sciebat Beata Virgo Deo consuetum, vt miraculo præmitteret aliquid, quo hoc non tam iuuari, quam impediri videatur.

Maria Ægypriaca in tẽplum nõ admissa.

Orat.

Intrat.

5. Caussa cur moniti ministri.

Sic enim ægrotante Ezechia ex vlcere, applicuit Esaias ficus vlceri noxios. Et Elisæus aquam amaram, sale, (Quo tamen

Isai 38.21.
4. Reg. 2. 20.

Ioh. 9. 6. tamen vitiari solet) indulcauit: oculis cæci, Christus lutum (quo illi obtenebrari solent) imposuit: Facit hoc Deus, ad virtutis suæ manifestationem. Similiter cum aliquos Deus vult euehere, primo deprimit; vt in Dauide patet, & Iosepho: quorum ille Rex, hic Ægypti futurus Præses: vterque factus exul; ille persecutionem passus, hic venditus, & captus. Non intelligunt hæc sæculares, putantque se à Deo desertos, cum premuntur. ideo cum ministris his instrui debent: tribulationibus se reddi humiliores, ad gratiam aptiores, & ad Dei laudem promptiores, cum præter spem se iuuari vident. dixissent ministri hi, nisi eos Beata Virgo præmonuisset, vt quid aqua, cum vinum deficit? Ora & tu Beatam Virg. vt te quoque, in Dei operibus, præmoneat.

Deus exaltandos deprimit prius.

IX. *Iudæorum lotiones.*

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Iudæorum: capientes singulæ, metretas binas, vel ternas. vtebantur frequenti lotione Iudæi, præsertim in prandijs: ad expiationem immunditiarum legalium, & ad significandum nos, statim à peccatis, in quæ frequenter labimur, expiari debere. nam & si venialia tantum sint, polluunt tamen. Committuntur peccata hæc, ait Chrysostomus, perfrequenter in conuiuijs; tum, ob lautitiam; tum, ob multitudinem ferculorum, & luxum, superbiam, ac detractionem. vbi ergo peccatum senserimus, statim gratia abluemur, vt abundet charitas, quæ *operit multitudinem peccatorum.* Enumerat sanctus Bernardus sex metretas; quarum aliquibus statim oportet vti, post peccatum, etiam extra conuiuia. *Prima* est, dolor de peccato. *Secunda* peccati; siue coram Deo, siue, pro oportunitate, coram Sacerdote, confessio. *Tertia*: Eleemosyna. *Quarta*: remissio iniuriæ. *Quinta*, castigatio corporis, & concupiscentiæ. *Sexta*, voluntaria, & perfecta obedientia, quæ sacrificio præstat.

Chrys. ho. 17. ad pop. *Iacob. 5. 20.* *Bern. serm. de hoc die.* *Hydriæ sex mystice.* *1. Reg. 15. 22.*

Hydriarum descriptio. Conditiones hydriarum, ad maiorem exprimuntur miraculi magnitudinem, neque enim solet his hydrijs contineri vinum. ne putemus aliquid in ijs superfuisse, aqua dilutum: Erant præterea magnæ; vt significetur Christi liberalitas,

ralitas, suppeditantis vinum, non vt præsenti conuiuio absu- Christus dat abundãter vinu.
meretur. sed *Primo* ad diuturniorem miraculi memoriam,
qua etiam ex causa, quosdam Arabiæ & Cariæ fontes, quot- 1.
annis Deus hoc die, in vinum conuertit: Teste Epipha- Fõtes vino fluunt.
nio, qui se ex fontibus Cariæ bibisse, & de fontibus Arabiæ *Epiph. hær. 51*
idem, à notis sibi Monachis accepisse, refert. *Secundo*, vt di- 2.
camus; liberali in pauperes, nihil perire. nam & Sarepta- *3 Reg. 17. 14. & 22.*
na Eliam pascens, farinæ & olei multiplicationem,
ac filij resuscitationem impetrauit: & Sunamitis susci-
piens Elisæum; & Abraham suscipiens tres Angelos, *4. Reg. 4. 16.*
prolem obtinuerunt. sicuti enim iniustè parta, perdunt *Genes. 18. 10.*
possessiones, etiam iustas: sic contrà, eleemosynæ, pa-
riunt nouas. *Tertio*, vt modum discamus eleemosynæ, id 3.
est, vt cognita proximi necessitate; non expectemus, do-
nec ipse se aperiat. sic Christus bis multiplicans pa-
nem, misereri se dixit *super turba*, & sanctus Nicolaus cum *Matt. 14. & 15.*
intellexisset, prostituendas à quodam tres filias, tribus vi- *Apud Suri. 6. Decemb.*
cibus, singulis, noctu honestam dotem, per fenestram,
in domum proiecit. Item non oportet in eleemosyna es-
se sordidè parcos, sed liberales, exemplo Christi, cui post
pannum multiplicationem; semel septem, semel duo-
decim cophini superfuerunt. Monebat filium Thobias, *Thob. 4. 9.*
vt pro facultatibus à Deo concessis, daret Eleemosynam.
sicuti enim hic frumentum nobis; non in cibum tantum, *Simile.*
sed & in sementem dat: sic &, per manus pauperum, fa-
cultates nostras in cœlis seminare debemus, vbi abun-
dantiores multo fructus proferent. Neque propterea ne-
cessarium, omnibus pauperibus plenum victum dare, quem Quomodo iuuandi pauperes.
ostiatim accipiunt à pluribus: sed *Primo* neminem,
si possis, sine eleemosyna dimittere; exemplo beati Fran- 1.
cisci, qui Deo nouerat daturum se, propter Deum, omni- *Bonau. in vita.*
bus petentibus. *Secundo*, vt eleemosyna si non omnem,
saltem aliquam necessitatis partem leuet. *Tertio*, 2. 3.
vt præter obuios quotidie pauperes, quosdam habeas pe-
culiares, quibus, vel omni, vel certo tempore, subuenias,
verbi gratia, pauperes orphanos quibus media deficiunt

applices diſcendo opificio, vel literis. Fecit hoc Booz
Ruth. 2. 9. cum paupere Ruth, cui propterea Deus, & regnum Iudæorum dedit, in Dauide adnepote; & Chriſtum Filium. Oportet quoque non viliſſima, ſed optima pauperibus dare:
Quæ dāda. ſicuti Chriſtus hic dedit optimum vinum. non quod neceſſe
1. ſit omnibus dare omnia optima; ſed *Primo* attendendum eſt ne detur ijs cibus noxius, aut pecunia falſa: quâ vel alius
2. poſſit decipi, vel ipſi calumniam pati. *Secundo,* vt non dentur ijs tantum ciborum reliquiæ, ne corrumpantur: hoc enim non eſt charitatis, cum & iſto intuitu canibus dentur: ſed da ijs cibum, quo tu, & domeſtici veſcimini; vt ſic
3. tibi Chriſtus fiat domeſticus. *Tertio,* cum pauperes noſti infirmos, qui cibo meliore egent, mitte illis, etiamſi ipſe cariturus ſis, optima; ſic dabit tibi Chriſtus optimam partem.

X. *Dicit ijs Ieſus, implete hydrias aqua, & impleuerunt eas, vſque ad ſummum.* hic eſt orationis Beatæ Virginis fructus: nempè,
Aliena pietas nō ſufficit ſine noſtra. vt Chriſtus miniſtris loquatur, ijſque impletionem hydriarum præcipiat. docens; non ſufficere aliorum pro nobis deprecationes, ſed neceſſarium, vt ipſi collaboremus. orabant
Matth. 15. 23. pro Chananæa Apoſtoli; ſed nihil impetrarunt, vſque dum ipſa Chriſtum accedit, eique ſupplex aduoluitur. potuiſſet Chriſtus vinum producere, ſine aquæ in hydrias infuſione;
Greg. 1. dial. c. 7. quomodo apud Gregorium, Nonnoſus omnia monaſte-
Ib. c. 9. rij vaſa impleuit oleo: & ſanctus Bonifacius Epiſcopus
Cur hydrijs aqua infuſa. Ferentinus, omnia pauperum pocula, ac dein monaſterij vaſa vino impleuit: voluit tamen infundi aquam, eamque in
1. vinum conuertere. *Primo,* vt doceret, veniſſe ſe vt aqueam
2. Moyſis legem, in Euangelij vinum conuerteret. *Secundo:* neceſſaria eſſe ad ſalutem opera noſtra, ſed quia in ſe aquea, ſo-
Opera noſtra ſine gratia non ſufficiunt ad ſalutem. la non ſufficere, niſi per gratiam, & amorem Dei, in vinum conuertantur. Docet Bernardus hydrias nonnunquam vacuas eſſe; nempe, cum ſpe vanæ gloriæ,
Bern. ſer. 13. paruo. lucri temporalis, operamur. aliquando veneno plenas, cum operamur murmurantes, vel impatientes: aliquando
Hydriæ myſtice implētur varia. plenas aqua, cum operamur ex timore Dei, quem Salomon vocat

vocat *venam vitæ*: quando autem timor mutatur in charitatem, & *perfecta charitas foras mittit timorem*, sunt hydriæ vino plenæ, & operamur suauiter, amore virtutis; quod ante faciebamus timore pœnæ. Possunt & per hydrias, homines intelligi, corpore fragiliores, quam sint hydriæ. Qui in vase suo testeo, aquam portant diuersarum passionum: de quibus cum impletur illud Pauli, *habemus thesaurum in vasis fictilibus*: tunc aqua in vinum conuertitur. Ora Deum, vt in te id fiat, plenus peccati, sollicitudinis, concupiscentiæ, proprij iudicij, & amoris es; id est, aquæ & sordium: Christo te siste, vt ex peccatore, iustus; ex inimico Dei, fias amicus. Notat idem Bernardus, tres metretas, tria significare genera timoris; nempe, inferni, amissionis gratiæ, & gloriæ: his cum ducimur, tollet Deus per charitatem, *primo*, metum gehennæ; *dein*, alterum metum, conuertet in fiduciam; & pro *tertio*, dabit perseuerantiam.

Prou. 14. 27. | Hydria, corpus. | *2. Cor. 4. 7.* | *Bern. ser. 1. huius diei.* | Metretæ mystice.

Et dicit eis Iesus; haurite nunc, & ferte Architriclino, & tulerunt. XI.
Hydrijs aqua impletis, Christus aquam in vinum conuertit, sine oratione, aut benedictione exteriori. Vt discamus, *Primo*, Esse penes ipsum, plenam in creaturas omnes potestatem. *Secundo*, Non alligari hanc externis signis; sicuti potestatem Sacerdotum. Christus paralytico, Magdalenæ, & latroni sine externa confessione peccata remisit; Apostolis sine chrismatione Spiritum sanctum dedit. *Tertio*, Posse eum hanc potestatem, cum alijs communicare; vti Sacerdotibus fecit, qui per Christum, vel, per quos Christus magna operatur. *Quarto*, Posse eum sicut aquam in vinum; sic panem, & vinum, in corpus, & sanguinem suum conuertere. *Qui enim*, ait Cyrillus Ierosolymitanus, *Aquam aliquando mutauit in vinum (quod est sanguini propinquum) in Cana Galileæ, sola voluntate: non erit is dignus, cui credamus, quod vinũ in sanguinem transmutarit? si enim ad nuptias corporeas, inuitatus stupendum miraculum operatus est, non multo magis corpus & sanguinem suum filijs sponsi dedisse cõfitebimur?* Tene ergo antiquitatis fidem, quæ constanter credidit, post dictam consecrationem, fieri veram, sicuti hic facta est, transubstantiationem: ita vt verbis finitis, non iam panis, & vinum: sed verum Christi corpus, & sanguis sit, hac tantum differentia; quod

Documenta 4. | 1. Potestas Christi. | 2. Non alligata cæremonijs. | 3. | 4. | *Cyrill. cat. 4.* | In Euch. fit transubstãtio sicut & hic. | *Amb. 4. de Sacram. c. 4.* | Discrimen.

quod in præſenti vinũ videri potuerit,& guſtari:in Euchariſtia
autem , videntur ſpecies priores, & corpus Chriſti creditur.
Vinũ miſſum Architriclino. Poſt miraculum iam factum,mittit Chriſtus miniſtros ad Ar-
chitriclinum , cui , pro talium conuiuiorum conſuetudine,
I. guſtus needum erat vitiatus: vt nos doceat. *Primo,* Omnia ſic
Gen.1.1. facere, vt examinis nõ pudeat. Initio creationis, Deus ſingu-
Aug. 4. de gen. cap.22. la quotidie vidit,imo,ſecundum Auguſtinum, Angelis quo-
Luc.17.14. que oſtendit; ſexto autem die,vidit omnia. Chriſtus quoque
opera ſua cognoſci voluit; ideo leproſos mittit ad Sacerdo-
Ioan.18.21. tes,poſt mundationem : & in domo Caiphæ; *Ego,* ait,*palam*
Examinabimus nos. *ſemper docui. Ecce hi ſciunt quæ dixerim ego;interroga eos.* Tu ad eius
imitationem. *Primo*, Totius diei actus veſpere recogita : &,
I. quia eos interdiu non perfeciſti, tunc dolore, & emendatio-
2. nis propoſito perfice. *Secundo,* In fine hebdomadis actus om-
nes examina , & confitere, ac per communionem, defectus
3. ſupple. *Tertio,* Præ omnibus vide ea perfecta ſint, quæ ad ſa-
lutem ordinantur: vt preces, eleemoſynæ,opera humilitatis,
obedientiæ,patientiæ,charitatis: pro his enim à Deo merce-
Diſſimile. dem accipies.Noli Mechanicos imitari,qui optima alijs ven-
dunt,ſibi peſſima reſeruantes. Multum frequenter laboras,
vt proximo placeas; quo præſente, ita operare bonum,vt ta-
men eius laudem tibi non quæras: ſed amorem Dei, & deco-
rem animæ.Huc iuuat crebrum examen,&Superiorum,alio-
rumque monitio : qui defectus noſtros, melius, quã nos ipſi,
Secunda cauſa cur vinum miſſum Archit. vident. *Secundo,* Commendat Chriſtus ordinẽ in rebus.Quia
enim Architriclini erat vinum antequam miniſtretur libare;
iubet id ei exhiberi. Voluit Chriſtus;etſi Deus,adeoque legi-
Chriſtus leges ſeruanit. bus exemptus,leges tam politicas,quam Eccleſiaſticas ſerua-
re,in honorem ſui Patris , qui mundũ regit,& in cuius mani-
a b *Luc.2.21. & 22.* bus corda Regum ſunt.Sic [a] circumcidi voluit,& [b] præſenta-
c *Luc.2.42.* ri,[c] adſcendit quotannis in Ieruſalem,[d] iuſſit obtemperemus
d *Luc.20.25.* Superioribus , [e] ſoluit tributum , [f] Cæſari voluit dari quod
e *Mat.17.26* f *Luc.10.ſup.* ſuum,&c. Ne quis Eccleſiæ conſtitutioni, per hæreſin; vel ci-
uili,per factionem ſe opponat. Cogitare oportet, ædificatam
à Chriſto Eccleſiam , ſupra petram,ab eodem, ceu ſponſam,
diligi, atque ab errore defendi : authores vero nouitatis, re-
Num.16.17. bellionis, & hæreſis cum Dathan, & Abiron, Hon, & Core,

in infernum deijci. Hos ergo tu vita, humilitatis discipulus, & obedientiæ: ita præmium tibi reddet Deus.

Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam; & nō sciebat vnde esset: ministri autem sciebant, qui hauserant aquam. Vocat Sponsum Architriclinus, & dicit ei. Disce ab hoc Architriclino dona Dei libare, non profundere: vino vtere, citra inebriationem; cibo, sine grauatione, honore, sine superbia, diuitijs, sine iniuria, & luxu, sensibus, sine curiositate, intellectu, sine nouitate, voluntate, ad obedientiam: ita facient tibi, ad corporis, & animæ salutem, proximi vtilitatem, maiorem Dei laudem, & æstimationem. Disce etiam à ministris obedientiam, qui Architriclino, vt iussi erant, ferunt, non dicentes, vnde id prompserint, vel hauserint: quia id non mandarat Christus, neque enim mandata prætergredi oportet. Ex his facile colligas B. Virginem, & Christum, ac ministros omnia fecisse silenter, alioqui ea Architriclinum nō latuissent. Christus sic miraculum hoc publicari voluit, vt tamen recens coniugati nō confunderentur. Quo & tu sic proximo succurras, vt nec ei confusionem, nec tibi vanam gloriam parias. Architriclinus hic non vocat sponsam, quæ pro consuerudine accumbebat, sed sponsum, occupatum, vt diuersa discas coniugum officia. Maritus hic omnia agit, & quod mandat, alij faciunt. Multa sunt Scripturæ loca, quibus, quid, interq; agere, debeat, describitur. Apostolus *primo* mandat, vt viri vxores diligāt: nec quomodolibet, sed dupliciter. *Primo*, Sicut Christus Ecclesiam: pro cuius sanctificatione prodi, vendi, & mori voluit. *Secundo*, Sicuti diligit quisque carnē suam, in matrimonio enim nō sunt coniuges, duo, sed vna caro: vnde & vnius consanguinei, fiunt, in eodē gradu, alterius affines. Similiter accipiunt mutua debita, quia corpus vnū, cuius caput vir est: sicut Ecclesiæ, Christus. Idque *primo*, Quia ex viro, mulier est: facta nempe ex Adamo, Eua: non ex hac, ille. *Secundo*, Quia mulier facta in adiutorium viri. Hinc infertur debere maritū vxori, id quod Christus Ecclesiæ præstitit, & etiamnum præstat. *Primo*, Vt eam præcedat exemplo, dicatque cum Christo. *Disce à me quia mitis sum, & humilis corde. Secundo*, Vt eam erudiat. *Tertio*, Vt cibum ei procuret, quemadmodum quilibet suæ carni, ait Aposto-

XII.

Donis Dei vtendū, nō abutēdum.

Miraculum & alia clam facta.

Officia maritorum:

Ephes. 5. 17.

1. Dilectio vxoris duplex.

1.

2.

Vir caput mulieris.

1.

1. Cor. 11. 3.

2.

Vir debet mulieri.

1.

Matth. 11. 17.

2.

3.

Ephes.5.9. *Gen.3.19.* *1. Pet.5.7.* Apostolus. Viri enim maledictio est, quod *in sudore vultus pane vescetur.* Dein tria de coniugum officijs docet S. Petrus: *Viri similiter cohabitãtes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, vt non impediantur orationes vestræ.* Docet hic *primo*, Vt viri tanquam fortiores, vxorum infirmitates, quas ex sexus imperfectione trahunt, supportent. Nempe loquacitatem, suspicacitatem, morositatem, &c. quæ vitia, non sine magno Dei dono, curantur. *Secundo*, Vt eas, præsertim alijs præsentibus, honorent; nec ceu famulas contemnant. *Tertio*, Ne earum virtutes impediant; sed potius promoueant, v.g. frequentationem Sacramentorum, quotidianam Sacri auditionem, infirmorum visitationem, & eleemosynas. Meretur enim mulierum pietas aliquando totius familiæ benedictionem: vt in Anna patet, matre Samuelis, quæ cum à marito suo Elcana sibi, rebusque pijs permitteretur, Samuelem impetrauit. Debent viri eos imitari, qui vxores suas supportarunt, vel etiam corripuerunt. Abraham Saræ acquieuit, in eiectione Agar. Iacob Rachelem liberos impatienter petentem, corripuit; & Dauid Michol; cum ab ea eius pietas rideretur. S. Gõmarus, & Gangulphus martyres, qui vixerunt circa annum 760. sub Pipino Franciæ Rege, multa ab vxoribus perpessi sunt, vt eas Deo lucrarentur.

(Marginal notes: **Tria à viris requisita.** 1. 2. 3. — *1. Reg.1.28.* — *Gen.16.21.* *Gen.30.2.* *2.Reg.6.7.* *Apud Sur. 21. Octob. & 11. Maij.*)

Officium mulierum est. *Primo*, Neminem præter maritos suos cognoscere. Hiero Siciliæ Rex, cum ab alijs de fœtore anhelitus moneretur, vxorem rogat, cur ipsa eum nõ monuisset? illa vero; *putabam*, ait, *omnibus hoc commune: neq; enim vnquam alteri viro tam fui vicina vt anhelitum eius sentirem. Secundo*, Ex generali illa lege Euæ data; *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Debent viris obedientiam, quam Apostolus explicans; *Mulieres*, ait, *subditæ sint viris suis, sicut oportet, in Domino:* nempe, quando non opponunt se Deo. Item *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino.* Id est, tanquam Christo: vel illis tanquam Dominis. Quemadmodũ Abrahamum Sara vocabat *Dominum.* Etsi enim vxor mariti ancilla non sit; debet tamen eum vt Dominum, & Christum, quẽ omnis superior repræsentat, venerari. Duæ hæ virtutes; verecundia scilicet, & obedientia, per antiquam Ecclesiæ Romanæ ceremoniam, in Sacramen-

(Marginal notes: **Officia vxorum.** 1. *Plutarch. in Apophth.* 2. *Gen.3.16.* *Coloss.3.18.* *Ephes.5.22.* *1. Pet.3.6.*)

cramento matrimonij significantur. De qua Nicola[illegible] I. & ante eum S. Ambrosius: cum scilicet sponsæ caput velo obnubitur; ad imitationem Rebeccæ, quæ cum sponsum suum Isaac videret, palla se operuit. Iubet enim Apostolus, mulierem velari; vt significetur, eam sub Deo, alteri alicui subdi: sicuti sub cœlo, habet aliud velum: vir autem, quia ex natura alium Superiorem non habet, orans nō velatur. Est & velum pudicitiæ signum, quæ in fœmina laudabilis est; qua fit vt nec videri velit, nec audiri. Talis erat spiritualis Christi sponsa, cui proinde dicitur: *Ostēde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis.* Nunc, prô dolor! virtus hæc à fœminis exulat, iuuenculæ etiam non rogatæ garriunt, sine palla ambulant, vt videantur; vel si velum habent; fuco se tegunt, quo speciosiores videantur, aut laruata diaboli facie, quo non adurantur à sole. Scilicet, credo vt fucus lateat; vel, vt animæ turpitudinē prodant. Monet mulieres Petrus, vt vitæ sanctimonia, maritos virtutem doceant. Sic Esther, crudelem Assueri animum emolliuit. Abigail, sapientia sua & vitam, & opes mariti redemit: neque ebrium increpauit, sed sobrium modeste monuit. de Monica matre sua narrat Augustinus, quod cum Patritio gentili, & duro homine, marito suo, tam vixerit commodè, vt nunquam litigarint: cumque aliæ, quarum mariti multo erant benigniores, apud eam ostēsis cicatricibus, ac liuoribus conquererentur, de maritorum inclementia; illa nunquā de marito suo questa est, cum magno aliarū stupore, quæ Patritij iracundiam nouerant: sed causam subdebat, quod nec verbo vnquam, nec facto se illi opponeret. Sed ab initio coniugij eum, ceu Dominum, obseruaret: vnde factum vt ad fidem, melioremque vitam conuersus fuerit. *Tertio*, debent mulieres familiam curare. Quod filiam suam Saram Raguel docuit, postquam Tobiæ nupsit, & Salomon pulchre 22. versibus prosequitur: quibus, ceu re vtilissima, librum Prouerbiorum claudit. Apostolus mulieres iubet esse *prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes*, & saluas fieri *per liberorum generationem, si permanserint in fide, & dilectione.* Matrum enim est, liberis fidei fundamenta tradere, vt orationem Dominicam, salutationē Angelicam, Symbolum, Decalogum, Præcepta Ecclesiæ,

vt à

Nic. ad consf. Bulg. cap. 4. Ambr. 1. de Abraham. cap. 9. Gen. 24. 65. 1. Cor. 11. 5.

Mulier cur veletur.

Cant. 2. 14.

Vitia hodierna in fœminis.

1. Pet. 3. 1. Esth. 5. 12. 1. Reg. 25. 17.

Aug. 9. Conf. cap. 9.

B. Monicæ modestia.

3. Offic. mulierum.

Tob. 10. 7. Prou. 31. per tot.

Tit. 2. 27. 1. Tim. 2. 15.

vt à teneris doctrinam Christianam edocti, in ea adolescant, in timore Dei. Hinc videas, quod apud Christianos matrimonia deficiant: quæ Deus quidē ad Sacramenti dignitatem euexit, vt in huius rei reuerentiam, coniuges sanctè viuant, ac Christi nuptias, quas repræsentant, imitentur: ipsi vero, ea vitiant. *Primo,* Debebant viri vxores instruere, at nunc, eis malo exemplo præcedunt. Agunt inter se vt belluæ, & ipsi ab vxoribus seductum, instar Salomonis, quē deceperunt alienigenæ: Achab, quem seduxit Iezabel, Ioram, quem seduxit Athalia, &c. *Deinde*; multæ mulieres maritis suis virtute prælucent: ita vt ad magnā eorum cōfusionem, ipsi earū discipuli esse debeant. Alij pro victu quē debebant quærere, & sua & vxorū bona perdunt. Alij pro amore, odia, & pugnas fouent.

Defectus in matrimonijs.

XIII. *Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum, vsq; adhuc.* Nota *primo*, Opera Dei quæ ipse per se facit, esse, vt Moyses dixit, *perfecta*: artifex enim est, qui à nemine impeditur. Per nos autem cum operatur, ipsi eum frequenter impedimus, melior est scriptura, quam artifex solus pingit, quam si rustici alicuius manum ducat, quod si fiat, tanto erit quoque melior, quanto minus rusticus se mouet. Perfectissima Deus se solo fecit, cœlum, & terram, Angelos, ac primos homines, quibus nulla creatura potest comparari. Ora Deum, vt se ipso in te operetur, voluntatem, ac intellectum moueat. Quod cum sentis, totum te Deo permitte: ita fiet, vt perfectionem attingas, quam ille intendit. Quod enim necdum attigeris, per te stetit: quia voluntatis propriæ ductum sequens, Deo obluctatus es. Nota *secundo,* magnum discrimen inter Deum, & diabolum, seu mundum, huius ministrum: diabolus enim instar falsarij mercatoris, bono pessima tegit, & instar piscatoris, esca, hamum: scit ille rapi nos naturaliter ad voluptatem, ac fugere tristia: proponit ergo læta, & honores, vt alliciat: sed quanto sequeris longius, tanto plura miscentur mala: donec incurras æterna. Meretricem emittit, vt pulchre descripsit Salomon, quæ risum spondet, & gaudia, sed miserias tacet, pauperiem, morbos, scabiem, vitæ abbreuiationem, &, quæ post hæc sequitur, mortē æternam. *Ne intuearis,* ait

Opera Dei quæ perfecta. *Deut. 32. 4.* **Quæ imperfecta.** **Dei & diaboli diuersa via.** *Prouerb. 7. 10* *Prou. 23. 31.*

ait ſapiens, *vinum quando flaueſcit cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber.* Doceant te Salomon, Antiochus, Epulo, vide vbi nunc ſint. Aliter longe nobiſcum agit Deus, proponit difficillima, paupertatem, tribulationem, ieiunia, relictionem parentum, crucem, imo & mortem pro iuſtitia, ſed grauia hæc, quotidie leuiora fiunt, ſanitatem dant, & requiem, ac gaudium conſcientiæ, & tandem, vt in Lazaro patet, requiem æternam. Sic omnes ſancti per tribulationes momentaneas, tranſiuerunt in gloriam æternam. Nota *tertio*, vinum ab Architriclino commendari, ſed ſpõſum reprehẽdi, quod ſeruarit illud vſque in finem, quaſi initio fundi debuiſſet. Sic multi opera Dei laudant, ſed optant morem ſæculi: fatentur vitam ſobriam, honeſtam, caſtam, humilem, benignam, præſtare ſuæ, commendant frequentes confeſſiones, communionem, mundi fugam, viam tamen ambulant latam, quia vident cõmunem, nec cogitant omnia ſtultorum plena. Radbodus Friſiæ Dominus, Gentilis adhuc, cum circa annum Domini 719. maxima videret SS. Epiſcoporum Wilibrordi, & Wulfranni miracula, conuerſionem meditabatur, iamque baptiſmo paratus, quærit: *Vtrum in cœlo futuri plures homines, an in inferno? & vbinam ſuperiores Friſiæ Domini aui ſui?* Reſpondentibus alijs. *In inferno.* Ille, *& ego,* ait, *pluribus ſociabor, Regibus, & Dominis: non paucis, eiſq; mendicis, ac Monachis.* Atque ita, vt alibi dictum à nobis, obijt. Refert hoc Ionas Abbas ipſi pene ſynchronos. Vide ergo, an ſapiant, qui multitudinem ſequuntur, cum *mundus totus in maligno ſit.*

Luc.14.26.

Multi bona laudãt, ſed vitã mundi optant.

Ionas in vita S. VVulfranni 20. Mart.

Dom. 1. Aduent. §. 1.

1. Ioan. 5. 19.

XIV. *Hoc fecit initium ſignorum Ieſus, in Cana Galileæ, & manifeſtauit gloriam ſuam; & crediderunt in eum omnes diſcipuli eius.* Verba hæc aperte ſignificant, miraculũ hoc, poſt inchoatã prędicationẽ, à Domino primũ factũ eſſe. Fors ante, maternæ neceſſitati cõſulturus, priuatim quædã fecerat. Miracula perſonæ, doctrinæque probationes ſunt à Deo datæ. Ideoq; eis diuinitatẽ ſuã Chriſtus ꝓbat, præſertim, cũ ſine oratione, Dei inuocatione, ac cæremonijs (ꝙ alij nõ ſolent) ea faceret. Præter diſcipulos, nõ leguntur hic alij crediſſe: quid enim crederent de eo, de quo necdũ audierant eſſe Meſſiam? ſicut ex Ioanne Baptiſta id in-

Miracula quorſum.

Ioan.1.36.

id intellexerant discipuli de cuius dicto huius miraculi dignitate certi, & securi redduntur. Quæres. *Cur in nuptijs his primum Christus miraculum fecerit?* An vt matrimonium ostenderet omni alio statu dignius? Epiphanius virginitatem longe ante honoratam notat: cum scilicet, Virgo Dominum concepit, & genuit. Matrimonium quidem antiquissimum, hominisque propagationi necessarium est: vincit tamen dignitate virginitas. *Sicut*, ait Nazianzenus *anima, corpore, cœlum, terris; perpetua, caducis; imo Deus, homine est nobilior.* Fœminæ dignitas à marito, cum quo vna caro est, pēdet. Rusticus, rusticam; Comes, Comitissam; Rex Reginam; Imperator facit Imperatricem. Porro virginum maritus, quis: nisi Deus? cui illa voto nubit; accipitque cœli ius, vbi, vt Isaias ait, *præ filijs & filiabus*, & Agnum *sequetur quocunque ierit:* sicut maritum, vxor. Virginitatis dignitas, ineffabilis est: etsi enim Sacramentum non sit, vt matrimonium, est tamen multo excellentior. Matrimonium Sacramenti rationem habet, quia coniunctionem significat Christi cum Ecclesia. Virginitas vero multo quid habet amplius: homines enim Christo coniungit: ita vt, propter datam fidem, Christus in eos perpetuo intendat, eosque, vt vxorem, maritus à malo defendit, in temporalibus, & spiritualibus nunquā deserit, ita vt quietius, liberius, iucundius, ac beatius illi, cum ipso viuant: quam cum Rege, Reginarum vlla. Alijs ergo de causis, miraculū hoc in nuptijs factum. *Primo*, Vt doceat, teste Cyrillo, assumptam à se humanitatem, & fide indissoluta sociatā, vt ex ea filiam pariat: nempe, Ecclesiam. *Secundo*, Quia status hic numero, & antiquitate alios, in terris, vincit: eratque, quam alij, minus reformatus: ex cuius reformatione splendor Ecclesiæ multum pendet. Parentum enim in liberos negligentia, vel impietas, omnia fere mala Ecclesiæ inuexit. *Tertio*, Vt coniugatos, ante omnes, ad se alliceret: cum enim tot sint horū solicitudines, quibus à Deo auocentur: ostendere voluit Christus, eos ad se tanto debere recurrere frequentius, quanto amplius impediuntur. *Quarto*, Vt vitæ Christianæ ostenderet facilitatem: neque enim ea in vultus asperitate, & tristitia, sed in animi consistit hilaritate vera, quæ etiam corporis recreationes non

Quæstio.

Virginitatis dignitas.

Nazianzen. carm. de virg.

Maritus Virginum. *Isai. 56. 5. Apoc. 14. 4.*

Virginitas matrimonio collata.

Responsio ad quæst. supra positam.

1. *Cyr. 2. in Io. cap. 26.*

2.

3.

4. Christiana vita in quo?

non excludat: si fiant, *secundum faciem S S.* Admittuntur autem hæ recreationes in matrimoniali statu magis, quam in alijs; partim, ob spem prolis, quæ matrimonium suasit; partim, vt nuptiarũ hilaritas, præcedẽtis otij, & gaudij quasi epilogus sit; sicut dies carnium claudimus Bacchanalibus. Nam post nuptiarum dies irreparabilis ille thesaurus amittitur; admittuntur in familiam curæ, labores vteri, & partus; sollicitudo educationis, imperia mariti: qui si bonus, metuis ei mala: sin autem, ipse malum præsens, & pene perpetuum: cuius finis, disiunctio, & fœcunda debitorum hæreditas. Magna itaque Christianis omnibus matrimonio iunctis necessitas, Christũ, B. Mariam, omnesque sanctos aduocandi in domum suam: vt minuant distractiones, leuent curas, in filijs instituendis, educandisque opitulentur, atque in lata hac via quam ambulant multi, gressus eorum sic dirigant, ne cum multis, in viam abeant perditionis, sed cum paucis, semitam teneant salutis, Amen.

Iudith 16.14

Matrimonij incommoda.

Christus à sponsis & nuptis aduocandus.

ORATIO.

O *Domine Iesu Christe, reuera Dei ac Mariæ fili, Ecclesiæ sanctæ atq; animarum nostrarum sponse, qui cum Matre ac discipulis ad pauperũ sponsorum nuptias descendere dignatus es, ostendens te pauperes impensiori quam diuites cura complecti; cum si plus in terris inueniant solatij, quam isti, qui in te solo confidunt atq; ad te confugiunt: preces carissimæ Matris exaudisti, ac primum tuum in eius gratiam fecisti miraculum, supra naturam aquas in vinum cõuertens, ne noui-nuptos aut indigentia inuolueret, aut verecundia; vt cibum quem tibi, matri, discipulisq; tuis præstiterant, reciperent magno cum fœnore, vt lenires Matrimonij difficultates tua benedictione, vt refocillares vino optimo inuitatos, & maxime vt diuinam tuam manifestares gloriam, & homines ad fidei obedientiam pertraheres. Quæsumus te cum comitatu tuo sub nostrum tectum concede, matrimonia omnia benedic & reforma; vt omnes Sacramento suo, in quo sunt, digne viuant, se mutuo amẽt, iuuent, opitulentur, vt filios suos in Ecclesiæ sanctæ ac cœlestis regni augmentum, omni virtute excolant. Voca innuptos ad aliquod laudabile vitæ genus, in quo tibi maxime deseruiant. Qui te elegerunt sponsum, tibiq; castitatis*

vota fidem dederunt, singulariter habe commendatos: nec ab eis recedat oculus tuus, sed in omni discrimine tuere, & quo tibi virginitatis fide sunt coniunctiores, eo vberius S. Spiritu tuo perfundantur: vt ad spiritualem, quam in ipsis desideras, pertingant perfectionem. Exclude omnibus Christianorum ædibus omnes Luxuriæ species, Da gratiam vnicuique ad castitatem, secundum status sui exigentiam, cogitatione, verbis, ac operibus custodiendam. Matrem tuam exaudi pro nobis deprecantem, eamque vt pro nobis oret excita, qui vitæ sordibus ac spurcitia eius nos intercessione facimus indignos. Aquam nostram in vinum, id est, algidam voluntatem, in cor ardens commuta: vt ex corde tibi amorem, laudes, obsquia impendamus Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto, in æternum regnas, Amen.

DOMI-

DOMINICA III.
POST EPIPHANIAM.

Euangelium Matth. 8.

N illo tempore cum descendisset, Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum tetigit eum, dicens: volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: vide, nemini dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti, & offer munus quod præcepit Moyses in testimonium illis. Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Ait illi Iesus: ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: vade, & vadit: & alteri veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij au-

lij autē regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Compendiosa Euangelij Exegesis.



Vm discipulos quosdam sibi adunasset Iesus, in monte Galileæ, qui ex S. Ieronymi sententia Thabor fuit, pulcherrimum habuit ad ipsos sermonem. Vnde descendens cum multa assectantium turba, ac ciuitatem, vt S. Lucas refert, ingressus, obuium habuit virum lepra plenum, qui in genua ac faciem prostratus magna ipsum fide adorauit, dicens: Domine si vis potes me mundare. Id est, Eum te sentio, qui necesse non habeas pro sanitate mea, quæ tibi in manibus ac potestate est, vlli supplicare. Atque ideo obsecro te, vt ad tuam gloriam, ac salutem meam, de me pro arbitrio statuas. Non dico munda; sed me tuæ trado voluntati, ac tua fretus misericordia, necessitatem solummodo meam aperio. Iesus leprosi huius horrorem ac humilitatem respiciens, misericordia motus manum extendit, eaque ipsum tetigit. Vt carnis suæ diuinitati vnitæ virtutem, ac supra legem se esse ostenderet, quæ ob immunditiam lepræ vetabat contactum. Non enim ea contaminatus est Christus: quin imo dicens: *volo, mundare.* Efficacibus eum sanauit ac mun-

Luc. 5. 12.

mundauit verbis: declarans ſimul benignitatem, qua ſtatim: & potentiam, qua verbulo ſanitatem operabatur. Quo in conſpectu ſequentium populorum ſic mundato, mandauit ei Chriſtus: Caue cuiquam te per me mundatum dixeris, priuſquam Ieroſolymis ſummo te ſtiteris ſacerdoti, eique exhibueris temetipſum. Sacerdotum enim Moſaicæ legis, ex Dei conſtitutione, erat examinare purgationem lepræ, num vera eſſet; eaque tali depræhenſa, approbabant, & purgato inter homines agendi habitandique dabant poteſtatem, quo donec muneribus ac ſacrificijs certis teſtimonium hoc impetraſſent, prohibebantur. Præcipit itaque Chriſtus oblationem hanc fieri, in teſtimonium ipſis, id eſt, vt veræ mundationis, ac humillimæ obſeruantiæ, Chriſti darent teſtimonium, qui nec legem tranſgredi, nec ſacerdotes ſacrificijs ſuis voluit fraudari.

Inde in Emporium Capharnaitarum digreſſus, ethnicum quendam inuenit Centurionem; cui ſupra modum carus, ac fidus periculoſiſſimo morbo decumbebat ſeruus. Centurio, Chriſti in vrbem cognito aduentu, primos ac ſeniores Iudæorum ad ipſum ablegauit, vt ſanitatem ſeruo exorarent. Iudæis ille erat acceptus, quod Synagogam exſtruxiſſet ipſis; vnde & pius fuiſſe colligitur. Venerunt itaque ad IESVM, atque eius nomine, vt illuc venire ac ſeruum curare dignaretur, rogarunt. Etſi à Centurione in mandatis non haberent illuc Chriſtum accerſere, ſed hoc tantum indicare: *Seruus meus iacet in domo mea paralyticus, & malè torquetur.* At Iudæi,

Centurionis fidem non edocti, hæc de ſuo, præſuppoſita ipſius intentione, addebant. Imo & hoc. *Dignus eſt vt hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram*, id eſt, nationem Iudaicam quamuis ipſe gentilis ſit, imo *& Synagogam ipſe ædificabit nobis*, vbi per Sabbatha ac feſta legitur atque explicatur lex Moyſi. Atque ideo vt noſtri cauſa hoc ipſi compenſes meretur. Oſtendebant ſuam illi arrogantiam, non ſecus ac ſi ipſi digni fuiſſent in quorum gratiam Centurionis culmen ingredi, ac ſeruum reſtituere Chriſtus deberet. Ieſus, tum vt amorem ſuum in Iudæos, tum vt magnam Centurionis manifeſtaret fidem, reſpondit: *Veniam & curabo eum*. Atque illos continuo comitatus eſt: ac cum iam appropinquaret ædibus, comperto aduentu eius, ac opinioni ſuæ Iudæorum ſeniores minus ſatisfeciſſe, de amicis ſuis rurſum quoſdam cum his mandatis ad Ieſum miſit Centurio. *Noli vexare te Domine*, id eſt, ne huc veniendi laborem ſumpſeris, *non enim ſum dignus vt intres ſub tectum meum*. Homo peccator ſum, & gentilis, indignus qui à tanto Domino, Dei viuentis filio, domi inuiſer. Iudæi enim, ne immunditiam ingreſſu contrahant, gentilium habitacula declinant. Si ergo Iudæorum ingreſſu, quanto magis tuo, O Domine, ſum indignus. Et huius meæ conſcius vilitatis ipſe ego, etſi ſerui mei ſanitatem peroptem, ad te venire, & te orare non præſumpſi. Et ſicut, vt huc ingrediaris, aut ego ad te veniam, dignus non ſum; ſic nec vt fiat hoc, neceſſe: Credo enim quod verbo vno inde ſeruo valitudinem poſſis reddere hic exiſtenti. Quod ex me,

me, qui homo sum alienæ potestati subiectus, non difficulter conijcio. Quamuis enim tribuni ac Imperatoris mei sim subditus, habeo tamen sub me famulos, ac milites; qui statim mea exequuntur imperia. Si dico vni veni, venit; si vade, vadit; fac hoc, facit; quamuis ego nec manum isthuc nec pedem moueam. Quanto magis tibi summo creaturarum omnium Domino, nemini subiecto, obediunt ad nutum omnia. Mandare potes Angelis qui mandata facient: imo morbis vt cedant, sanitati vt succedat imperare, & fiet quod iusseris.

Audiens hæc IESVS miratus est, id est, vultum ac speciem sumpsit admirantis: quoniam in eum qui Deus, & omnia præsciebat, imo & fidem hanc, quam mirari videbatur inspirauerat, admiratio cadere non poterat. Admiratio ex inopinatis ac causæ ignoratione prouenit. Vultum itaque suum conturbauit, gestu admirantis, & dixit: *Non inueni tantam fidem in Israel.* Id est, inter Iudæos, quibus concionor, neminem repperi qui fidem tantam, quantam hic Centurio, prodiderit. S. Dei mater hac propositione nō comprænditur, cuius fidem multo ante multo cognouit maiorem. Forte etiam comprehendit Apostolos, qui illuc vsque fidem tantam necdum exhibuerant; imo qui & modicæ fidei nonnunquam erant redarguti, & forte nec ipsos, de alijs loquens qui familiares ipsi non erant.

Ad excitandam autem in hominibus fidem, addit; Amen dico vobis, ex omnibus mundi plagis gentiles confluent, plurimi, qui Patriarcharum

veterum fidem æmulati, cum ipsis accumbent in regno Dei, ac lætabuntur, & requiescent ibi cum ipsis, etiamsi ex ipsis non prodierint: & filij regni, id est Iudæi, in Dei regno, id est, terra promissionis geniti, vbi notus Deus, ac verus Dei cultus, quibus cœli hæreditas tanquam Patriarcharum posteritati videbatur deberi, de sanctorum & fidelium numero, quibus accensebantur, eijcientur in gehennæ tenebras, non mentis & internas tantum, tenebricosæ scilicet ac obscuræ deformisque animæ, sed externas etiam: nam lucem ignis inferni non dabit, nisi quantum ad damnationis socios conspiciendos, ad maius ipsorum tormentum sufficiet. Magnus etiam in inferno eiulatus ac fletus erit, ob intolerabilia tormenta; stridor dentium, ob ingentem terrorem, quæ iam omnia spiritualiter in damnatorum animabus, sed post diem iudicij corporaliter etiam in ipsorum corporibus locum habebunt. Amicis dein tanquam Centurioni præsenti respondit. Vade in domum tuam, & secundum fidem tuam seruo tuo fiat. Non enim intercessiones tantum aliorum, sed & bona opera alijs prosunt.

Docu-

Documenta octauæ Concionis.

CVM *descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.* Euangelium hoc bipartitum est. parte priori de mūdatione Iudæi cuiusdam à lepra, posteriori de curatione agitur serui Centurionis hominis gentilis. Quod Euāgelium ita prope à Natiuitate proponitur, vt sciamus Christum in hunc mundum venisse. *Primo*, ad Iudæorum, dein ad salutem ac vocationem gentium: non quam ipse per se viuus, sed quam per Apostolos, aliosq; procuraret Iudæos, imo & per ipsos postmodum ex gentibus ad Christianismū conuersos; qui mundum postea vniuersum ad fidē adduxerunt. Clarum est hoc ex Iudæorum pro Centurionis seruo intercessione; ac postea gentilium aliorum, amicorum videlicet ipsius, ad Christū cōcursu. Multo tempore in monte, cum Apostolis suis, de perfectione edisserens consederat, quæ captum superabant vulgi. Postea descēdit, magnam hominum ponè trahens multitudinē. Indicans. *Primo*, paucos antequā ex editissimo cœlorum mōte in hanc vallem descenderet, ipsum secutos. Notus tantum erat cœlis & Angelis: Iacebat genus humanum peccatis suis, quę claudicare ipsum fecerant, plane euigoratū ac impotens, assimilatū Miphiboseth, qui ætate tenera lapsu pedes ad eundum fecerat inutiles. Et sicut impijssimus rex Adonibesec septuaginta regibus , micas sub mensa ipsius colligentibus, summitates manuum ac pedum præciderat: ita & diabolus peccatis abstulerat potestatem omnem bene operandi , & bono animi affectu ad Deum excurrendi. In cœlum ascendere nemo poterat. Christo accersendi eramus descendenti, atque ita secutus est eum mundus , & fidem amplexatus est. Cum enim ex summa cœlorū gloria, ad ligni crucis confusionem descendit, omnia traxit ad semetipsum; non ad fidem vtique tantum, sed etiam ad crucem. cum in odorem meritorum ipsius suauissimum, innumerabiles omnis conditionis, omnis sexus homines , cucurrerunt ad martyria, ad mundi contemtum, ad vitæ austeritatem, &c. *Secundo*, quod in Testamento veteri, de monte loquens, horrore populum impleſ-

Margin notes: Cur hodie hoc Euangeliū proponatur. — Quomodo gētes Christus vocarit — Christi descensus de mōte quid? — 1. — 2. *Reg.* 4. 4. — *Simile.* — *Iudic.* 1. 7. — Christi de cœlo descēsus quid operatus sit. — *Ioan.* 12. 32. — 2.

Alter in nouo aliter in veteri lege locutus est Deus. *Exod.20.19. Heb.12.19.*

plesset dicentem Moysi: *Tu nobis loquere, & ne loquatur nobis Dominus.* omnia enim ibi terribilia, adeo vt & ipse tremeret Moyses: In nouo autem Testamento plenus est gratiarum, & vocans nos, in medium venit nostrum, spondens auxilia, onerum leuamina, præsentiam suam, imo sanctissimi Corporis sui cibum.
3. *Tertio*, quod pauci ipsum ad perfectionem sequerentur Euangelicam, ad vitam religiosam, paupertatem, castitatem, sui abnegationem, &c. sed plurimi ad communem Christianorum vitam, Dei mandata seruantes, dante ipso vt possent gratiam & fortitudinem; quod sanitate eorum quos infra sanabat, significatur.

Quo pacto qui lucrandarum animarũ studio insistere debeat.

Dice hic *Primo*, bonam methodum ad proximi tui lucrandam animam. omnia imprimis suo tempore fac; sed ante omnia in montem (id est) ad meditationes ascende: ibi cum Deo de cœlestibus colloquere, id est, de vitæ perfectione, de modo ad eam perueniendi, ac animum ad perfectissimarum virtutum exercitia bono proposito firma. Postea descende, proximum iuua, & humiliter cum illo age. ea enim virtutis istius vis est vt omnium animos penetret, & quemadmodum ad valles aquæ defluunt, ita ad humiles Doctores, populorum multitudines. Ita mundum conuerterunt Apostoli; qui vt mundi purgamenta, & omnium peripzemata, vt S. scribit Paulus, abijciebantur, & in omni humilitate ac mansuetudine bonum reddebant pro malis.

Simile.

1.Cor.4.13.

Omnia postponenda auxilijs proximorum.

Si tamen in spiritualibus occuparis exercitijs, vt precibus, meditatione, studijs, & proximi tui sentis necessitatem depone de manibus omnia, ac ad ipsius opem accurre: hoc enim Deo meditationibus tuis gratius. Cum in monte Sinai precibus ac meditationibus Deo loqueretur Moyses, iussus est statim ad populum qui peccauerat descendere, eumque conuertere ac corripere.

Exod.32.7.

Exempla.

In chronicis Minorũ.

Florentiæ in Italia S. quidam Minorita fuit, Acursius nomine, D. Virgini admodum deuotus; cui etiam ipsa apparuit, ac amicissimè in infirmarij Monasterij Oratorio deprecanti locuta est. Magnam ipsius præsentia huic dabat consolationem: at cum iam sermo vtrimque esset iucundissimus, ægrum in infirmario grauiter audijt ingemiscentem, statim relicta Dei genitri-

nitrice ad ipsum iuuandum surrexit; ac reuersus commendatus est de hoc summopere ab ipsa, quod suam deuotionem proximi necessitati posthabuisset. Prima enim in omnibus debet esse charitas. Disce *Secundo*, Christi cum vulgo non tantum præstolari ad te descensum, quin ipse ad eum ascende sursum. Si enim hic quocunque euntem sequaris, sequeris & postea cum virginibus. Te illi accommoda, nec vt ipse te sequatur cupias. Cum vocem eius audieris ad bona te monentem, caue dixeris: iam hoc importunum est, atque intempestiuum. Sicut enim à Rege vocatus à talibus abstineres, & protinus omnia de manibus deponeres, voluntati ipsius facturus satis: ita multo maiorem debes Deo reuerentiam atque obedientiam, & cum B.Paulo Apostolo respondere: *Domine quid me vis facere? paratum cor meum Deus* ad tuum seruitium.

Apoc. 14.4. Vocationi diuinæ accomodanda auris.

Actor. 9.6. *Psal. 107.1.*

II. *Et ecce leprosus veniens.* Sanctus Lucas leprosum hunc in ciuitate, Capharnaum scilicet, ad Iesum venisse narrat. Leprosis in ciuitatibus, ne homines inficerent, habitare cautum erat. Quod & modo in Ecclesia seruatur, Concilio Lateranensi & Alexandro Tertio Papa testantibus. Non ita tamen, sicut nec iam, prohibebantur ciuitatibus, quin vijs vti possent publicis. Videtur itaque leprosus sic Christo in plateis ciuitatis factus obuius. Quidam eum opinantur ciuitatem necdum fuisse ingressum, atque sanctum Lucam interpretandum, circa aut prope ciuitatem. Vt cum luctaretur in agro Ierichontino Iosue cum Angelo, Hebræus legit luctatum eum in Iericho: fieri enim dicuntur in vrbe quæ ad portas aguntur. Non voluit Deus vllam esse leprosis cum sanis conuersationem, idque duabus de causis. *Prima*, Quia lepra morbus est fœdus admodum & contagiosus, horrorem & nauseam spectantibus incutiens. huic præceptum erat in Leuitico vt leprosi signum quoddam, quo dignosci ac vitari possent externum circumferrent; vt & hodie adhuc discernuntur. Veste illis eundum erat lacera, aperto capite, velato ore, ne halitu nocerent, & clamare debebant *immundi sumus.* Eandem

Luc. 5.12. *Num. 5.2.*

De Ecclesijs ædificãdis c. 2 de coniugio leprosorũ c. 1.

Iosue 5.13.

Duabus de causis noluit Deus vt leprosi cum sanis conuersarentur.

1. Ne alios inficerent.

Signa leprosorum.

Leuit. 13.45.

2. Vt hinc discamus quantopere peccata deuitãda sint.

Eandem ob causam hodie etiam conuersatione, domicilijs, ac vrbibus Christianorum arcentur. *Secundo*, Vt significaretur quantopere peccata vitanda essent Christianis, & consortia peccatorum, ne ijs seducantur. Nam vt ex Ethnico citat B. Paulus Menandro: *corrumpunt mores bonos colloquia praua, & sicut qui tangit picem inquinatur ab ea: ita & qui communicauerit superbo induet superbiam.* Hinc suadet Salomon: *Ne ambules cum viro iracundo, ne forte discas semitas eius.* Idem in omni peccatorum genere locum habet: nam cum luxuriosis luxuriosus, cum inuidis inuidus, cum gulosis eris gulosus. Atque ideo optimum esset, vt quemadmodum in ciuitatibus quibusdam laniones, & qui corium præparant, plateas habitant à populo semotas, ne sordes eorum ac fœtores participentur: ita & peccatores qui in ciuitatibus ad maiora mala vitanda permittuntur, vt meretrices, vsurarij, loca habitent discreta, quæ tanquam infamia declinarentur, nec vllis meretricibus aut vsurarijs publicis, inter ciues honestos locus daretur. Peccatores reliqui, qui mala maiora non impediunt, aut ad frugem oporteret reduci, aut cum leprosis & infectis expelli; hæreticos maximè, quorum adeo noxium, abominabile, & contagiosum est malum, vt paucorum annorum spatio integras perdant regiones: qui etiam lepræ morbo rectius quam vllo alio notantur. vt bene explicat sanctus Augustinus. Vt enim lepra cordi verum non causat morbum, sed turpis quædam est ac vlcerosa in sano corpore scabies: ita nec ignorantia, nec infirmitate errant hæretici, sed malitia. Sana quædam Ecclesiæ dogmata retinent, sed ijs suos errores admiscent. Et sicut ex omnibus, quos curabat, infirmos nullos nisi leprosos misit ad Sacerdotes: ita peccata nulla sunt, quibus ita Ecclesiasticis aduigilandum est, atque ad hæreses. Reliqua enim peccata vt plurimum omnibus sunt nota, atque à quouis vel pia admonitione, vel blanditijs & obsecrationibus, vel minis corrigi possunt. sed hæreses verbo Dei & agnoscuntur, & conuincuntur argumentis, quod Ecclesiasticorum, non quorumlibet est hominum. Interponere tamen etiam ad hæreticorum vindictam auctoritatem suam sæculares

1. Cor. 15. 33.

Eccli. 13. 1.

Prouer. 22. 24

Simile.

Quales peccatores tolerandi & quomodo.

Lib. 2. quæst. Euangelicarum cap. 46.

Hæreticorũ ac leprosorũ comparatio.

Hæresis omnium malorum maximũ curæ.

res debent Magiſtratus, vt iura ipſis præcipiunt Imperialia. Eccleſiaſticorum eſt hæreticos declarare, atque vt tales ab Eccleſiæ corpore abſcindere: Secularium tum in eos manum mittere, & pro antiquo iure de illis ſtatuere. Tanto enim ad hæreſim puniendam, ac legum executionem ſunt obligatiores, quanto peccatum illud præ reliquis flagitijs maius eſt, & damnoſius. Ipſum enim Chriſtianitatis fundamentum, fidem nimirum, deijcit: directe Deum & Eccleſiam impugnat: perdit & occidit animas, & omnis mali cauſſa eſt. vt non tantum ex veterum hiſtoricorum ſcriptis, ſed & experientia quotidiana clariſſimum eſt. Hæretici hi ſecundum figuram veterem incedunt capite diſcooperto: quia tegmen perdiderunt fidei ac ſapientiæ. Veſtes eorum ſciſſæ, quia ab Eccleſia ſe diruperunt, & inter ſe in varias ſtatim ſectas diſtrahuntur. Os ipſis obturandum eſt, nec permittendum ipſis loqui: ne hæreſis graueolentia malum quis contrahat. Vbi non expelluntur, agnoſci ſaltem & tanquam tales indicari debent omnibus. Vt enim bene de amico meretur, qui hominem ipſi peſte laborantem, vt eum vitet, monſtrat: Ita non detractionis peccatum, ſed charitatis officium eſt, hęreticos occultos vt caueantur, proximis indicare. peſſimeque agunt qui hæreticos non deferunt, nec vitant, nec vt ab alijs vitari poſsint indicant. Grauius autem delinquunt qui eos, quaſi ſine ſcandalo iuuant, in republica ſua tolerant Sæculares Magiſtratus. Scandali ſatis eſt, notorium eſſe hæreticum. Sic enim de diuinis & Eccleſiaſticis rebus non aliter quam hæreticus loqui poteſt. Grauius inſuper peccatur ab Eccleſiaſticis ſuperioribus, quibus animarum cura credita eſt, ſi ad hæreticos nec agnoſcẽdos, nec cõuertendos, nec deferendos animum & operam adijciant. Sanguis enim animarum de manu ipſorũ requiretur. Atque omnes hi in Dei peccant voluntatem, qui falſos accuſari & deleri imperauit Prophetas quoſcunq;, ſine diſcrimine, proprios etiam filios, parentes, fratres, ſorores, viros, vxores, propinquos, quos vt nos ipſos amamus. Nota verbum, *Ecce*, quod in Scriptura ſemper habet emphaſin. Hic *Primo*, mirabile quid in quo leproſum imitari debeamus denotat. Longè à Chriſto aberat, ſed ad Chri-

Codice de hæreticis & Manichæ.

Magiſtratui hæreticorũ vindicta incumbit.

Hæreticorũ molitiones & fructus.

Leuit. 13. 45.

Leproſorũ habitus figuratè quid.

Simile à peſte infectis.

Grauius Deũ offendunt qui eos in Rep. tolerant.

Deut. 12. 3.

Ecce quam Emphaſin habeat.

Primo.

Christum appropinquabat; nec adeundi ipsum negligebat occasionem, nec vultus sui erubescebat deformitatem, quo minus in tot populorum, ipsum etiam declinantium, veniret conspectum. Peccata tua te à Deo longè diuiserunt: quære eum dum tempus est, nec occasionem de manibus emittas. Post tempus enim hoc, in æternum vltra nō erit alterum. Nec homines timeas, qui in peccādo nec Deum timuisti, nec sanctos omnes. quin & in multorum præsentia conuertere; vt
2. multorum precibus iuueris. Significatur hic *Secundo*, Christi benignitas, qui amicissime leprosum hunc excepit, & sine mora vno verbo sanauit: docens se in eorum subsidia propensissimum, qui ab hominibus despecti humanis destituuntur
3. solatijs. *Tertio*, Scripturas sanctas inter pauperem & locupletem, Dominos, ac Reges, nihil distinguere: dicens enim: *Ecce leprosus veniens*, eadem phrasi vtitur qua in trium Regum aduentu: *Ecce Magi venerunt ex Oriente.* docens nos pauperum atque diuitum obsequia, Deo ęque cara: quamuis pluris faciat mūdus magni alicuius laborem exiguum, quam pauperis immensum. Cuius ratio est, quia exetriora mundus, interiora animæque nobilitatem considerat Deus. quæ, quāto coram Deo bonis operibus est ornatior, tanto labor eius Deo est acceptior. Clarum hoc est ex pauperculæ minutis duobus; omnibus maximisque diuitum donarijs à Deo prælatis. *Luc. 21. 2.*

III. *Adorabat eum dicens.* Non internum tātum, sed & externum leprosus hic Christo cultum exhibuit, in genua & in faciem humi prostratus. qui exterior cultus ex interno mensurari & æstimari debet. Externa enim, quam corpore præstamus, reuerentia non Deo tantum, sed recte etiam hominibus fit. Ita Regibus, parentibus, præceptoribus, flectitur genu. Ruth vidua iunior, in terram procidens, diuitem Booz adorabat. Ita & Dauidem Abigail; Miphiboseth, Ioab; ita Eliam Prophetam Addias: ne idololatriam credas si Catholicos ante imagines, aut sanctos, genua curuare videas. Veri adoratores in spiritu sunt (ait Christus) nimirum cum Deo totos nos vt Creatori, ac summo subijcimus Domino. ex qua interna adoratione, latria est ac cultus soli Deo debitus, quidquid exterius reueren-

Deus externo etiam cultu colēdus.

Ruth. 2. 10.
1. Reg. 25. 23.
2. Reg. 9. 6.
3. Reg. 8.

Ioan. 4. 23.
Quid latria sit & per quid continuatur.

uerentiæ exhibes; imo si vel tantum aperias, vel leuiter inclines caput. Quando ille internus cultus coniunctus non est, libere externum omnem honorem creaturis, vt sanctis, ac hominibus, habemus. Leprosus hic Christum non vt hominem, sed vt Deum veneratus est; ex verbis eius colligitur, agnoscentis sanitatem suam in ipsius manu esse, nec ipsi esse necessarium vllum pro ea alium interpellare, quod solius vtique Dei est.

Duo ab hoc disce leproso. Primum, non corde tantum, sed & corpore adorare Deum. agnoscens per hoc *Primo*, non tantum animæ, vt Manichæi volebant, sed & corporis tui auctorem esse Deum. *Secundo*, declarans internum tuum cordis cultum, quod nimirum Deo te totum substernas, ac tradas; quod cor tuum ipsi vnitum cœlestia cogitet, quod ex animo doleas, ac pœnitentiam pro peccatis facere cupias, sicuti corpore in terram iaces proiectus, aut genuflexus, complicatas ad cœlum manus extendis, & pugno pectus tundis. Vt enim mærentium lachrymæ, indicia sunt mæroris: ita & hæc externa reuerentiæ signa, ex interna spiritus dispositione proficisci debent. *Tertio*, Vt internam desiderans sentire possis cordis motionem. Non raro enim fit (teste Augustino) vt interior exteriori corporis reuerentia augeatur. Secundum quod hinc discas est. Christum in Venerabili Eucharistiæ Sacramento nobis præsentem, tanquam verum Deum ac hominem adorare; etsi ea de re præceptum in Scriptura non habeamus expressum, & à Lutheranis non vt adoretur, sed vt manducetur ibi præsens esse dicatur. Cum enim & Scriptura, & recta ratione dictante Deum didicerimus adorandum; id vbicunque sit, nisi expresse certa de caussa prohibeat, faciendum est. Sicut Regi regius honor, nisi ob caussas ignotus latere velit, debetur. Christus Deus est vbicunque sit, ac vbique locorum in Eucharistiæ sanctissimo Sacramento Deus agnosci vult, & reputari. Nunquam à se latriam prohibuit, quin vbique admisit; in præsepi à tribus Regibus; in platea à leproso; in ciuitate à Iairo; in domo à Chananæa muliercula; in cruce à latrone; imo in obsessis à Dæmo-

Duo ab hoc leproso discenda.
1.
2.
3.
Lib. de cura pro mortuis c. 3.
Secundo disce.
Deut. 6. 13.
Matth. 4. 10.
De adoratione Christi in Venerabili Sacramento.
Matth. 2. 11.
Luc. 8. 41.
Marc. 7. 24.

Luc 23.42. Luc 8.28. Epistol. 21. ad Honoriũ c. 27. homil. 24. in Epist. 1. ad Corinth. Libr. 6. de sacerdotio.

Dæmone ipso. Quid ergo Lutherani hæreticè insaniunt, Venerabile Eucharistiæ Sacramentum adorandum aut venerandum non esse. In quo tamen Christum Deum ac hominem confitentur. Omnes Christiani hoc Sacramentum, antequã sumant, adorant inquit Augustinus. S. Chrysostomus, non minus à nobis in altari, quam à Magis in præsepi Christũ docet adorari. Imo ipsos etiam Angelos aliquando visos refert, cum omni reuerentia ad altare in Eucharistia Christum adorantes. & quãtum ad adorationem angelorum, eam scripto etiam Sophronius Episcopus Hierosolymitanus reliquit testatam. Bruta ipsa impios aut exemplo, aut diuina vindicta, Dei cultum docent hæreticos. S. Bonauentura ouiculam scribit Asisij in Minoritarum Cœnobio agentem, templum ingredi, & in eleuatione flexis genibus Eucharistiam adorare solitam. Horribile quid Thomas Waldensis, circa annũ millesimum trecẽtesimum octogesimum quartum, oculatus testis refert accidisse. Londini in Anglia à S. Cantuariensi Archiepiscopo D. Thoma Arundelio, sartor quidam in templo S. Pauli, Eucharistiã monebatur adorare: qui renuens, respondit vt hæreticus, Araneus hoc pane venerabilior est. Et ecce, magnus de templi fornice delapsus ad os eius araneus, omni inspiciente populo illuc irrepere laborabat; atq; ita miser exanimatus hæreticũ ad gehennam spiritum efflabat. Nulli vnquam aut Lutherano, aut Caluinistę, aut hęretico credideris; sed Deum tuum interiori tui commendatione, atq; omni quẽ concipere vales externo honore venerare. Maiore enim qui in cœlis ab Angelis omnibus & sanctis adoratur cultu dignus est, quam omnes homines aut pręstare, aut cogitare sufficiant.

In prato spirituali c 199. In vita S. Francisci. c. 8.

Vltio in Eucharistiam inhonorantem. Lib. contra Ioannem VVicleff.

IV. *Domine si vis potes me mundare.* Efficax oratio, plena fide, & profunda humilitate. *Dominum* appellat, non autem *suum Dominum*. significans eum omnium Dominum, & creatorem, qui omnia vt sua posidet, nec à se quidquam alienare potest ita, vt eiusdem herus & Dominus non maneat. Nec dicit: munda me. sed; *si vis, potes me mundare*: tribus de causis. *Prima*, vt fidem suam, Christianæ vitæ fundamentum, ostenderet: nec fidem quidem vulgarem, sed fidem di-

Tribus de causis hic leprosus cõditionaliter orat Dominum. Prima.

uinæ Omnipotentiæ: qua cum S. Propheta Dauide creditur eum quidquid voluerit posse, & apud eum nullum verbum esse impossibile, vt S. aiebat Angelus Gabriel. Ita hanc ab hominibus inquirere solet fidem Christus. Interrogans *Credis me hoc tibi posse facere.* Quos in fide hac inueniebat infirmos, arguebat: quos solidos, laudabat. Cuius ratio est necessitas fidei huius.

Psal. 113. 11.
Luc. 1. 38.
Matt. 9. 28.
Ioann. 4.
Matt. 14. & 17.
Matth. 15.

Fides de omnipotentia Dei non tantum est proficua sed etiam necessaria quod probatur.

Necessitas enim fidei de diuina Omnipotentia, atque vtilitas, exinde patet quod præcipua fidei nostræ mysteria in hac fundentur Dei omnipotentia: Ea enim non tantum cœlum & terram, & quæ eorum ambitu continentur; ex nihilo creauit; huc vsque conseruauit: sed eadem in vnam personam diuinam & humanam copulauit naturas. Dei filius passione ac morte sua fortem alligauit diabolum: Sacramenta instituit, in quibus externis ac corporalibus signis attingit & mundat animas: panem etiam & vinum, paucis à sacerdote prolatis verbulis, in corpus & sanguinem suum transubstantiat. Corpus idem, in cęlis manens, in omnibus constituit Ecclesijs, ac iustam habens vitilis extensionis quantitatem, sub hostia exigua; in qua sine pane & vino, sole panis ac vini sint species. Omnia hæc sub fidem nostrā cadunt: nec creditu grauia sunt attenta Christi omnipotentia. cuius opera (teste Paulo) ingenij nostri ac cogitationū vires longe excedūt. Pleræq; hæreses ex huius articuli de omnipotentia procedūt negatione. cū nasuti homines nihil nisi quod capiunt credere volunt. Ariani capere non poterant quomodo Dei filius carnem assumeret: Nestoriani quomodo fœmina Dei Mater existeret. Moderni hæretici, antiquorum quorūdam simiæ, quomodo sine idololatria sancti adorentur atque imagines, quomodo Sacramenta gratiā conferant, quomodo idē corpus sit in pluribus locis. Atq; ita aiunt Caluinistæ quod plura Deus non possit, quam actu velit aut faciat. Vnde infertur fecisse atq; facturum extremum potentiæ Deū. Quæ ingens est cōtra scripturas blasphemia: eæ enim Deo nihil impossibile apertè asserunt, exprimentes multa etiam quæ posset, & nunquam tamē facturus est. qualia sunt de lapidibus suscitare filios Abrahæ, Camelū per foramen acus transire. S. Petro dicebat Christus;

Christus integre in cœlo & sacramento.

Eph. 5. 20.

Fides de omni potētia est articulus primarius.

Caluin in catechesi.

Luc. 1. 37.

Matt. 3. 9.
Matt. 19 24.
Matt. 26 53.

ſtus, quod duodecim angelorum legiones, contra Iudęos ſibi mittere poſſet Pater. quod nunquam factum, &c. Fides hæc probis pariter atque improbis vtilis eſt. Cum enim aperiantur iuſti, ad Deum omnipotentem, cuius virtus circumſcribi nequit, habent perfugium; qui eos ex omni anguſtia, ſicut ſuos mirabilibus ſolet modis, eripere valeat. Cum ambitioſiſſimi Aman inſtinctu, ab Aſſuero rege exijſſet edictum de Iudæis internecione tollendis, & humana omnia præcluderentur effugia; his verbis Mardocheus precatus eſt: *O Domine omnia in ditione tua ſunt poſita, & non eſt qui tuæ reſiſtere poßit voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael.* Ad eundem modum in tuis orabis ærumnis. O Domine, magnæ me circumſtant anguſtiæ, ex quibus exitum nullum inuenio: atque ideo ad te, qui omnia potes, accurro. obſecro te omnipotentia tua me adiues: te enim cuſtode quis mihi noceat? Improbi etiam cur timeant habent, cogitantes quomodo puncto temporis in iniquitatibus perire, ipſo permittente poſſint, ac repente mori, & in infernum præcipitari. Quo minus enim fiat nec illius impotentia, nec ipſorum merita impediunt, ea vtique pœnam merebantur; ſed illius benignitas, quæ eos ad pœnitentiam adducit. Quæ vbi non ſubſequitur, & conſummata fuerit malitia, non parcet ſed retribuet illis iram, quam ſibi theſaurizauerunt, ait S. Paulus, id eſt, varijs, maximis, atque ineffabilibus æternum torquebit cruciatibus. Altera cauſſa eſt, vt nos modum à Deo petendi doceret. ſi enim temporalia petas, ſemper ſub conditione poſtula; ſi nimirum ſalutaria ſint, aut tibi placet. nihil enim ipſi niſi animarum noſtrarum placet ſalus. Eadem precandi formula in horto vſus eſt Chriſtus. *Pater omnia tibi poßibilia ſunt: ſi vis tranſeat à me calix iſte.* Nec exaudiebatur quia id ſaluti noſtræ non expediebat. ne tu repulſam in neceſſitate, quæ tibi ſumma videtur, patiens, conqueraris. Ora cum leproſo hoc; Domine ſi vis potes me iuuare. Scio te omnia bona velle; hoc itaque ſi non velis, bonum mihi non eſſe omnino credam. Si ſpiritualia petas dona animæ, humilitatem videlicet, manſuetudinem, ac alias virtutes, conditione hac, ſi vis, nihil eſt opus. Deus enim illa vult, ſed tu non vis ipſe. temporalia vis, & exa-

Probatur vtilitas fidei. 1.

Eſth. 13. 9.

Rom. 2. 4.

2. Temporalia quomodo petenda

Mar. 14. 36. Luc. 22. 42.

In ſpiritualibus à Deo muneribus petendis quo pacto orandum.

ex animo petis, & Deus ea semper non vult. Spiritualia donare paratus est, & tu quantumuis ea labijs postules, cor tamen (vt patet) ab ijs longe est: quandoquidem ad adipiscenda illa non laboras. Quando à Deo temporalia petis, operam simul omnem addis, cum sollicitudine laborem & opera iungis. Idem in rerum spiritualium votis cura. *Tertia*, hæc à quibusdam assignatur ratio. Quod leprosus, peccatorum typus, petere non fuerit ausus munda me, sed si vis, potes me mundare. quia peccatorum mundationem non tam paruo quam reliqua omnia, quæ vnico habebat verbo, adeptus sit Christus. Omnia enim verbo vno creauit, sed peccatorum remissionem sanguine suo redemit. Quis tantum flagitare fuisset ausus? Quis medico proponere audeat, vt morbo pellendo, ipse mortem ac sanguinem suum, tua remedia esse faciat. In Apocalypsi S. Ioannis nemo inuentus est, qui librum, id est, cœlum aperire posset. Quod S. Ioannes flebat vehemẽter. ac nemo Dei filiũ vt eius rei caussa moreretur, sollicitare præsumsit. Ipsum posse sciebant omnes, sed nimis magni ea res momenti. Atq; ideo ipsemet dicebat: *volo*. Venit ad nos, à nemine incitatus, aut monitus, atque per se, sanguine ac morte sua nos sanauit. At cum iam & persolutum lytrum, & morbis aptata sunt pharmaca, vt animam tuam sanet ac mundet libere deprecare.

Quare sępe ea non impetremus.

3.

Simile.

Apoc. 5. 4.

Extendens Iesus manum suam tetigit eum dicens. volò, mundare. Poterat verbo suo, sine attactu leprosum hunc sanare Christus. imo & sola voluntate, sine verbo. sed manu sua tangere ac palpare ipsum voluit. vt doceret nos *Primo*, per carnem ipsius omnem nostram procedere salutem, in qua plenitudo diuinitatis habitat corporaliter (vt Sanct. ait Paulus) quæ omnis boni caussa exstitit meritoria. *Secundo*, quod fœditates nostras non horreat, quantumcunque turpes atque execrabiles, dummodo opem imploremus. Venies itaque ad eum, & idem sanctissimum corpus in Eucharistia suscipies, quoties in te siue animæ, siue corporis, infirmitatem senstis. Hæc enim viuifica est caro (vt in Concilio Ephesino aiunt Patres) quæ vnit nos secum, & anima atque corpore nos transmutat, sicut fermentum farinam cui immergitur

V.

Quare Christus leprosũ hunc cõtactu manuum sanare voluerit.

Primo.

Coloss. 2. 9.

Secundo.

Epistol. ad Nestorium.

Libr. 4. in Ioan. c. 17. totam fermentat, vt pulcre Cyrillus Patriarcha Alexandrin. Quandoquidem igitur quotidianas in te depræhendis infirmitates, singulis saltem septimanis, diebus nimirum Dominicis, Corpus hoc sanctissimum suscipies: vt animam corpusque tuum tangat, ac sanet. *Communio hebdomadaria necessaria.* totius enim septimanæ decursu multa eueniunt quæ infirmitatem tuam renouant; adeò vt cœlestis Medici præsentia, & diuinorum medicamentorum applicatio, singulis tibi necessaria efficiatur diebus Dominicis. Magnitudo peccatorum tuorum, & multitudo defectuum non te terreat. non enim considerabit illa CHRISTVS: tantus in illo tui est amor vt quo deformior sis eo te libentius sanet; tanta virtus vt quodcunque velit possit. *Ioan. 11. 43.* Nemo fœdior fuit Lazaro, qui in sepulcro quatriduanus fœtere cæperat: nullius vita ac salus desperabilior: aperiri tamen putidum præcepit Christus monumentum, ac verbo vno vitam sanitatemque perfectam ei restituit. Quo diutius differs, morbus & diabolus in te præualescunt magis. Quo medicamentis frequentius vteris, sanitas celerior adueniet. *Luc 6. 19. Matt 14. 36. Marc. 6. 56.* Testantur S. Euangelistæ, quod omnis turba quærebat eum tangere, & qui tetigerant sanabantur ab vniuersis languoribus suis. Quando Corpus hoc in sacramento manducas, non corpore tantum tangis exterius, sed & anima efficaciter ac interius.

3. *Tertio*, attactu leprosi docet nos Christus pauperes, ægros, ac miserabiles, deformitatis horrore non deserere, sed libere ministrare atque succurrere. *Epistol. 30. ad Occean. cap. 2.* Sanctus Hieronymus de Nobili Romana testatur Fabiola, quod erexerit hospitale in quo ægros, læsos, vulneratos omnes; pauperes, vlcerosos, & purulentos de plateis collectos excipiebat, ministrabat, proprijs manibus vulnera lauabat, & Christi amore omnes sordes mundabat. *Libr. 5. hist. cap. 18.* Idem & Placilla Theodosij Imperatoris vxor (vt Theodoretus refert) factitauit. Quo ministerio miracula aliquando, ad declarandum huiusce charitatis ac victoriæ sui ipsius meritum, acciderunt. *In vita B. Basilij Magni tom. 1. Surij die 1. Ianuarij.* Sanct. Amphilochius Episcopus de venerabili quodem refert Anastasio, qui cum vxore quadraginta annis seruarat Virginitatem. hic in domo sua leprosum clanculum in conclaui alebat, ac ei cum vxore sua ministrabat; qui adeo lepra erat plenus vt vocem ei adimeret.

meret. Sanctus Basilius Episcopus arcanum hoc Dei reuelatione didicerat, atque eo veniens cubiculum istud ingredi volebat. Prohibebat eum Anastasius, locum dicens inidoneum: sed Basilij verbo sponte pandebatur ianua. Leprosumque adspiciens Episcopus, vna nocte apud ipsum solus pernoctare voluit. Quod & factum, & oratione ac ministerio Episcopi leprosus sanatus ac mundatus est. Discis *Quartò*, peccatores, qui leproso hoc significantur, sine Christi contactu à peccatis mundari non posse, minime autem hæreticos, etsi enim ipsos argumentis, quod facile est, conuiceris; conuerti tamen nolunt, eò quod fides peculiare Dei donum sit, quod à solo Deo infunditur, ac animam emollit obduratam. *Quinto*, Sacramentorum doctrinam paulatim instillare volebat Christus, quę diuinis verbis, ac exterioribus signis conferuntur, ac animam mundant. sicut leprosus verbis tanquam forma, attactu tanquam materia mundatus est. vt nihil dubites quin in sacramentis id quod significatur accipias; gratiam videlicet, remissionem peccatorum, fortitudinem, &c. si dispositus bene accedas. Doceris *Sexto*, diuinam gratiam solis membris corporis Christi, id est, Ecclesiæ concedi. Ideo quãdo in Confessione peccatoribus impenditur absolutio, aut ab excommunicatione quis absoluitur, manum ipsius capiti imponit sacerdos, vt declaret ipsum tunc fieri viuum Ecclesię membrum, atque ad participandum influxum meritorum Christi, & communionis Sanctorum, idoneum. *Septimo*, bene notandum, non dicere nudè Euãgelistam: *tetigit eum*. Sed addit *extendens manum suam*. vt doceret Christum extendendo in Crucis patibulo manus, omnia nobis bona promeritum, vt in omni tribulatione sua ad Deum te recipias crucifixum, ex cuius vulneribus tanquã fontibus, vbertim omnia bona scaturiunt. Christus leproso duobus respondit verbis. Primum, *volo*, alterum *mundare*. ipse enim duo etiam dixerat. prius, *vis*: posterius *potes me mundare*. Doceris hic in verbis parcimoniam & prudentiam. quod duobus expedire potes verbis, tribus ne facias; tertium enim otiosum erit, ac de eo reddenda ratio. Parcos imitare mercatores, qui asse non redimunt quod deunce possunt. ori tuo eam, quam ipsi marsupijs, pone custodiam:

Leprosus horridus fouetur clã apud Anastasium quendam. Morbidos quoslibet B. Basil. insigni charitatis affectu complectitur.

4.

5.

In quolibet sacramento requiritur materia & forma.

6.

Gratia non inuenitur extra Ecclesiam.

7.

Parce loquendum.

Simile.

diam: ne in vanum quid inde egrediatur. *Primum* Christi verbum est *volo.* id nimirum quod volebat leprosus. qui volebat sanitatem, & Christus vult curationem. Sanctus Paulus inquit: *voluntas Dei sanctificatio nostra, qui vult omnes salvos fieri*, quæ voluntas tum efficax fit; & effectum sortitur, quando idem & nos volumus. Quotidie dicis; homo peccator sum, sed cupio me emendare, peccata relinquere. Deus est paratus remittere, quid igitur caussæ cur vitam non emendes? Non in Deo, sed in te defectus est; qui non voluntatem, sed velleitatem habes, ac desiderium imperfectum. Quæreres alioqui quæ negligis media. Christus mundare te vult, id est, peccata tua remittere: vade ergo ad Confessionem, ibi remittit peccata. Tuam vult sanctitatem: Corpus igitur ipsius sacrosanctum, omnis sanctitatis principium, frequenta. Hæc ideo differs quia necdum tibi sincera est voluntas.

1. Thess. 4. 3. *1. Timo. 2. 4.*

Velleitas quid sit.

Secundum verbum, *mundare*, Quo docemur quidquid ad vtilitatem proximi possumus non differre, sed facere statim. Si ad te veniat pauper dicens humillime si vis, potes iuuare, responde volo; & opere voluntatem hāc confestim comproba. aperi statim loculos, & da quæ prosit, eleemosynā. In bonis tantum velis quantum potes. *Quodcunque potest manus tua instanter operare* (inquit sapiens) *nam nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia sunt apud inferos quo tu properas.* In malis caue, quod possis, feceris: ne maledictio Achab te inuoluat, qui impie Iezabelis vxoris instigatione vineam innocentis Naboth inuasit, ac possedit. Ne similis efficiaris atheis, Politicis, ac Machiauellistis; qui nec iudicium Dei, nec infernalium tormentorum perpetuitatem timentes, aut considerantes, furto, rapina, dolo, persecutionibus, ac diabolico astu, quidquid homines latere potest, ad sui honoris ac rerum temporalium incrementum pro viribus agere non formidant. Cogita quantum seipsos præ alijs decipiant isti, qui nonnunquam etiam in hac vita, semper autem in futura pœnas luunt.

In exercendis virtutibus tātum faciendum quantum possumus.

Eccl. 9. 10.

In malis factis ne exerceas tantum quantum potes.

3. Reg. 21.

Fraudes Politicorum.

VI. *Et statim mundata est lepra eius.* Momento temporis homo hic à Christo sanatur. Deus enim qui in virtute actiua infinitus

tus

tus est, infinitus etiam est in agendi celeritate; sine tempore, in ictu oculi, in instanti, nisi inueniat obicem operatur: Cœlum & terram in instanti creauit, & Christus ægros sanauit, mortuos suscitauit, aquam in vinum conuertit, ac alia externa in momento perfecit miracula. In sananda anima non est tam breuis. Illic enim à nobis, qui ad eam rem concurrere debemus, aliquando impeditur. Corpus sine nostra exornat industria; pulcritudinem, quantitatem, speciem per se tribuens, sed ad ornamenta animæ nobis cooperandum est. Momento temporis, si solus ageret, sole radiantiorem efficeret eam Deus: at quia nostra cooperatio requiritur, per nos retardatur quo minus opus tam cito expediat. Quædam per se in anima nostra solus causat, eaque in instanti: vt gratiæ infusionem, peccatorum remissionem: at in passionibus ac affectibus nostris frangendis, edomandisque, in virtutum ac perfectionis acquisitione, nobis collaborandum est, & quia in labore hoc pigri sumus ac tardi, idcirco animæ nostræ ornamenta & pulcritudo diu est sub manibus.

Cur Deus in instanti operari possit.

Cur animas sanet paulatim.

Ex ijs omnibus quæ hic leprosus fecit disces quid ad emundationem animæ tuæ te facere oporteat. *Imprimis.* Christi præstolabatur de monte descensum, in quo multa de perfectione disseruerat. imo expectabat donec post descensum (vt S. Lucas ait) ad populum absoluisset concionem. Christus ex Cœlorum monte in vallem lacrymarum, per incarnationem suam descendit. Itaque quod aduentum eius expectemus non est. Quotidie enim in Venerabili Eucharistiæ Sacramento adest nobis, & nunquam à nobis recedet. Per doctores suos concionatur nobis; illos audi, atque per eos commouere, & à concione statim ad eum sanitatem petens propera. *Secundo*, leprosus ad magnam veniebat populi frequentiam, qui procul dubio misericordia moti pro & cum ipso sanitatem flagitarunt. Bonum est inter piorum congregationes preces suas fundere, qui deuotione, charitate, ac orationib. suis, nostras promouent & iuuant. *Tertio*, ipse per se veniebat, lepræ sæ sentiens miseriam & fœditatem. Tu autem ne expectes donec aut pudore, aut Ecclesiæ præcepto, ad confessionem compellaris, aut alia quapiam necessitate.

Quid in homine requiratur vt secundum animam mundetur.
I.
Luc. 5. 12.

2.
Vtile in cõmuni preces fundere.

3.
Sponte ad confessionem properandum esse.

Animæ tuæ deformitatem adſpice, & pulcherimam mundi creaturam, quam ad imaginem ſuam condidit Deus, ſordibus & ſimilitudine diaboli imbutam confundere; ac Dei vltionẽ time, cuius in baptiſmo filius, nunc autẽ capitalis factus es inimicus. Conſcientiã tuam ingredere, expende peccata, atq; examina diligenter magnitudinem, malitiã, turpitudinẽ eorũ, vt
4. æquum eſt pondera ad pondus ſanctuarij. *Quarto*, in terram procidit, & Chriſtum adorauit. Cum profunda ad Chriſtum
5. humilitate accede, atque omnium te peſſimum æſtima. *Quinto.* Orabat Chriſtum. *Si vis, potes me mundare.* Accede ad eum ſpe firma, ac gratiam ipſius, & de peccatis contritionem poſtula. quæ in eo ſita eſt, vt doleas propter Deum offenſum, bonum Dominum, ac benignum Patrem, firmum concipiẽs emendationis propoſitum, atq; mortem præeligens cuilibet
6. culpæ mortali. *Sexto*, Chriſti accepit conſolationem. *volo, mundare:* atque præceptum ſacerdotibus ſe oſtendendi. Et tu Dei inſpirationes attende, & quæ fides Catholica præcipit, age. Vade ad confeſſionem, & ſacerdotum miniſterio plenam peccatorum purgationem depoſce.

VII. *Et ait illi Ieſus; vide, nemini dixeris.* Primũ hoc eſt, taciturnitatis ſcil. & ſilentij, poſt mundationem præſtitam mandatũ. Quæritur hic inter doctores cur inhibuerit Chriſtus leproſo huic miraculi tanti annunciationem. Reſpondetur varie. Primo, vt verbo atque facto humilitatẽ doceremur. Superbire ſolemus duobus. *Primo*, De ijs quæ poſſidemus; vt forma, ingenio, eruditione, diuitijs, dignitate, nobilitate. De quibus Sanct. Paulus: *quid habes quod non accepiſti? ſi accepiſti; quid gloriaris quaſi non acceperis?* Deus vult vt dona ſua agnoſcamus, & ijs cum gratiarum actione, ad noſtram & proximorum ſalutem, vtamur: non autem vt de ijs efferamur. Præcipiebat itaq; leproſo huic nemini indicare hanc ſibi à Chriſto factam gratiam, ac miraculoſe perfectæ redditum ſanitati; in perſonam ipſius tanto collato miraculo. *Secundo*, de ijs quæ agimus. Vt Nabuchodonoſor dicens: *Nunquid hæc eſt Babylon, quam ædificaui in fortitudine manus meæ?* Qui ſtatim propter hanc arrogantiam in beſtiæ ſpeciem transformatus eſt. Ideo Chriſtus interdicens hic leproſo, & alibi Iairo, cuius ſuſcitarat à mortuis filiam, miracula

[Margin notes: Quæſt. cur leproſo ſilẽtium imponatur. Reſpondetur 1. Homines duabus potiſſimum in rebus ſuperbire ſolent. — 1. *1. Corin. 4. 7.* — 2. *Dan. 4. 27.* — *Marc. 5. 43.*]

cula prædicare; docere nos voluit opera nostra bona, maxime quæ supra communẽ cursum facimus, quoad eius fieri potest, cælare. Duplicis enim generis sunt opera bona. *Primi*, ea quæ communiter Christiani, quisque pro gradu suo, faciunt. vt ieiunia indicta seruare, Dei atque Ecclesia præcepta custodire, secundum vocationem suam vestiri, Religiosos Ecclesiastico, laicos honesto habitu &c. Hæc irrepræhensus corã omnibus facias, imo ad hoc teneris: quia (vt decet) nihil singulare habẽt aut eminentiæ, nec ea agens occasionẽ inuenis superbiæ: quia non aliud quam quod debes facis, & si non faceres alijs scandalo ac offendiculo fores. Ita pręcipit Christus *vt luceat lux vestra coram hominibus, vt videãt opera vestra bona, & glorificent Patrẽ.* *Secundi* generis sunt ea, quæ quilibet ex particulari sua exercet deuotione, vel in gestando cilicio, vel in arctiori ieiunio, vel in alijs pœnitentiæ aut misericordiæ operibus. In his caussam superbię inuenit homo; sicut et Pharisei, quos Christus repręhendebat: atq; ideo melius in occulto quã in oculis aliorum fiũt. Huc miracula spectant, quæ per hominẽ Deus operatur. etsi enim certa non sint signa sanctitatis eius per quem fiunt, quia multi etiam post præstita miracula damnantur, vt inquit Christus: habet tamen imperfectus in ijs vnde glorietur; persuadens sibi ad suę sanctitatis testimonium à Deo fieri, quę ad fidei fiunt firmamentum. Atque ideo sancti, ne populari laude efferrentur, miracula sua sibi imputare non solent. De quibus multa S. Gregorius ad Augustinum, plurima in Anglia, quo destinatus erat, miracula operantem. Quãdo igitur huic leproso imponit Christus silẽtium; docet nos omnem ex bonis diuinisq; operibus declinare honorem & gloriam: eorũ enim Deus principalior, quam homo caussa est; atq; ea manifestabit facile, cum honori suo seruient. Secunda responsio est S. Hilarij, vt publicatione miraculi alijs leprosis & ęgris non daretur stimulus veniendi ad Christum, & poscendi etiam sibi sanitatem: non quod sanare infirmos nollet ad se venientes, sed quod doctrina sua fidem illis infundere, ac fide sanare mallet, quã curationis fama ad se trahere: sicut medici periti, quibus ad morbos tollẽdos manus est fortunatior, magis sollicitari solent. Christus semper respiciebat animas; atque ideo

Duo bonorum operũ genera.

I. Qualia bona opera manifeste agere deceat.

Matt.5.16.

2. Qualia occulte.

Matth.6.per totum.

Mat.7.22.23

Sancti cur miracula sibi imputare non soleant.

Libr.9.ep.51.

Respondetur 2. cum S. Hilario.

Simile.

quandocunq; corpori aliquid deest, animam prius tuam attende; cuius profectui, si postulata conueniant, compos facile eorum fies. Tertia responsio S. Hierony. est, qui ait non fuisse leproso necesse verbis sanitatem proclamare, vbi manifestissima rerum erant testimonia, ipsa sanitate præcurrēte. Mauult Christus opere, quam ore sua dona iactari. Ostendere vis populo diuitias, auctoritatem, sapientiam, aliaq; à Deo tibi donata: paucis id verbis, sed multo opere demonstra. largire liberaliter, pauperes tuere, ignorantes instrue, atq; proximi vtilitatem ea expende. Quarta est Gregorij Emisseni. Christum illa prohibitione voluisse indicare infames & publicos peccatores, qui per leprosos significantur, non esse ad sacerdotij dignitatem assumendos, cuius est Diuina opera prædicare, atq; explicare plebi. Atq; ideo vt homo iste, de quo dæmonia eiecerat multa, ipsum sequeretur non permisit. Et instruens S. Paul. discipulos suos & Timotheū Episcopum Ephesi, & Titum Cretæ, quales ad presbyterium admittere deberent: monet eos vt irreprehensibiles, ac boni testimonij homines deligant. Sublime.n. est sacerdotum officium: quorū est Deū laudare quotidie, orare pro populo, instruere plebē, & tanquam cōmunes Parētes ac magistros in omni virtute erudire, & summum, quo nec in cęlo nec in terra maius est, obire ministeriū: Consecrare videlicet Corpus Christi, filij Dei, atq; illud Deo Patri pro viuis & defunctis offerre. Non itaque abs re est neminem ad muneris eius admittere dignitatem, qui non ab infantia, aut à multis saltem annis, in omni virtute studium atq; exercitium collocauerit. *Quinta* responsio, quam supra secuti sumus, est. non impositum leproso silentium perpetuum, sed temporaneum; scilic. vsq; dum sacerdotibus se exhibuisset, & munditię obtinuisset testimonium approbatum. Si enim prę-uenisset emūdationis huius fama ad sacerdotes, Christo semper iniquos; confinxissent forte, ad eleuandum miraculum atq; negandum testimonium, de corde suo aliquid. Atq; hinc attende prudenter agere cum omnibus, maxime cum ijs qui te oderunt; vt iuste repræhensionis nihil in operibus tuis inueniant. Quærentibus enim subtrahendæ sunt, vt exemplo suo S. Paulus docet, occasiones.

Respondetur 3. cum B. Hierony.

Quomodo optime diuina dona prædicētur.

Quarto cū Euseb. Emisseno. Respondetur.

Quales repellendi à sacerdotio. *Mar. 5. 19.* *1. Timo. 3. 2.* *Tit. 1. 7.*

Officia sacerdotum.

Quinto cū Authore alijsque.

Ex authore operis imperfecti in Mathæum.

1. Cor. 11. 12.

VIII.

Sed vade, ostende te sacerdoti. Multæ caussæ fuerunt cur ad sacerdotes leprosum hunc Christus ablegarit. *Prima*, vt humilitatem, inquit S. Hieronymus, sacerdotum veneratione doceret, quorum est lepram inspicere ac diiudicare. Christus veteris Testamenti sacerdotibus semper honorem haberi voluit debitum, propter Deum Patrem, cuius illi erant ministri, quia honorẽ ac contumeliã seruis factam, domini suam computãt. Ideo cum peccata reprehenderet nunquã sacerdotes, sed scribas & Pharisæos nominatim taxabat. Noui testamẽti sacerdotes, quorũ multo dignior est functio, à quibus Imperatores ac Reges genuflexi peccatorum suorum remissionem supplicãt, ampliorẽ longe honorem merentur. Seuer. Sulpitius S. Martinum Magistrum suum scribit, à Maximo Imperatore inuitatum accubuisse. Porrigitur Imperatori vini patera, Imperator præ reuerentia S. obtulit Martino, sibi ab ipso sperans propinandam. At S. Martinus cum bibisset ex latere assidenti porrexit sacellano: reipsa ostendens, inquit Sulpitius, in ista mensa ab Episcopo sacerdotem esse secundum. atque ita æquum esse nihil offensus probauit Imperator. De sacerdotum veneratione hunc in secundo Matisconensi Concilio, quod in Gallijs circa annum Domini 588. celebratum est, habemus Canonem. *Vt si quis secularium, quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsq; ad inferiorem gradum honoris veneranter illi colla subdat. Et siquidem ille secularis equo vehitur, clericusq; similiter, secularis galerũ de capite auferat, & Clerico sincere salutationis munus adhibeat. Si vero Cleric⁹ pedes graditur et secularis vehitur equo sublimis, ilico ad terrã defluat & debitũ honorẽ prædicto Clerico exhibeat, &c. qui vero hæc transgredi voluerit ab Ecclesia suspẽdatur.* Ea quondã sacerdotũ solet esse reuerentia. Secũda facti ratio est, vt se legem ostenderet obseruare (inquit Chrysostom.) etsi non esset sub lege, tãquam auctor eius ac legislator. Nemini ponere voluit offendiculum, atq; ideo multa, quę nõ tenebatur, fecit. censum dedit, circumcisionem suscepit & cæt. vt & nos in omnibus ædificationis proximi satagamus. Nam, vt S. Paul. habet. *Omnia mihi licent ea vtique quæ vetita non sunt, sed non omnia expediunt. Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Obtinuisti dispensationem carnes

Quinq; ob causas Christus leprosum ad sacerdotes ablegat.
Primo vt nos humilitatem doceret.

In vita eius.

Quãtum B. Martin. sacerdotio tribuat.

Canon. 15. De veneratione sacerdotum.

Secundo vt legem obseruaret.
Hom. 26. in Matthæum. Matt. 17.

1. Cor. 10. 23. Rom. 14. 20.

Nemini dãdum offendiculũ.

carnes in quadragesima comedendi, clam comede: neq; enim omnibus tua aut necessitas constat, aut facultas. Idē & in alijs, quæ mali speciem habent, cura: etsi reuera tibi mala non sint.

Tertio vt sacerdotes rite fungerentur suo officio.

Apoc. 19. 16.

Tertia ratio est. Vt officio suo fungerentur sacerdotes: neminē enim à munere suo impedire vult Christus. Supra cæsarem erat & sacerdotes vtpote Rex Regum, & Dominus dominantium. singulis interim partes suas reliquit saluas ac integras, sicut & hodie in Ecclesia, cuius caput est tam in temporalibus quam in spiritualibus. Regibus iustitiam ac gladium, sacerdotibus populi commisit regimen spirituale. Sacerdotum veteris legis erat inter lepram & non lepram discernere; sicut & iam recta à malis dijudicare, venialia à mortiferis peccata distinguere, sacerdotum est. quę omni diligentia discenda sunt: & qui sacerdotium desiderant, à primis annis studio, atq; vitæ sanctitate illuc se componere deberent, vt eruditione possideant scientiam, ac vitæ sanctitate passiones, ac pronitates vitiosas intellectum crebro obscurantes, compescant. Rudes ac malæ vitæ sacerdotes populi noxæ sunt; vt manifestum ex filijs Heli Ophni & Phinees, imperitis ac improbis sacerdotibus.

Qui aspirāt ad sacerdotium quid scire debeant.

1. Reg. 2. 12.

Quarto vt leprosus hic cæteris hominibus cohabitare posset.

Quarta Theophylacti est ratio. vt nimirum habitatio cōcederetur leproso huic intra mænia, quod, antequam suo calculo summus sacerdos mundationem approbasset, erat illicitum tum temporis. Christus non vult solui leges. Excommunicatus es ab Episcopo tuo, & clanculum à Confessario tuo legitime absolutus, tanquam non absolutum foris te exhibe. Quod enim in anima tua salutis tuæ causa peragitur, innotescere non debet omnibus antequam publice absolutionem obtineas.

Quinto ne sacerdotes legitimam excusationem apud Deum possent prætexere quod ad Christi fidem conuersi non essent.

Quinta (secundum S. Hieronymum, & Bedam) ratio est vt inexcusabiles apud Deum essent sacerdotes, doctrinam Christi respuētes. Cum enim miracula ab eo in testimonium doctrinæ patrata, sua confirmabant auctoritate, doctrinam simul eius tanquam diuinam admittere tenebantur: certi, à Deo in attestationē falsi miracula edi non posse. Atq; ita contra conscientiam propriam se Christi abijcere doctrinā, & ex mera peccare malitia faciebāt manifestū: Docemur nos cōscientiam, & veritatem agnitam, Iudæorū & Hæreticorū exemplo, non impugnare, quod in Spiritum S. peccatum est.

Cum

Cum leprosi à sacerdotibus inspicerentur atq; examinarẽtur, toti comparere debebãt, sine vllo velamine nudi, nequid vsquã lepræ oculos lateret. Fuit hæc Sacramenti Confessionis figura, in qua coram sacerdote totam nudare debemus ac retegere conscientiã, si medelam ac purgationem consequi, per ipsum cupiamus, ac quo Cõfessio est apertior eo est & vtilior. Tribus enim modis animum in confessione aperimus. *Primo*, solũ peccata mortalia referẽdo, quę occurrunt; cũ numero ac circumstantijs eorũ quæ speciem mutant, post diligens quantum fieri potuit conscientię examen. Atq; hoc necessitatis est. Cum enim horum quid sciens volẽsque, vel pudore, vel metu, vel alia ratione subtices, peccatum nullum remittitur, sed nouũ sacrilegij cumulatur ad pristina. Atq; hæc apertio sufficiens est. Peccata.n.mortalia, quæ gratia diuinam tollunt atq; impediunt, solum confiteri obligamur. *Secundo*, peccata etiam enumerando venialia, ac maximè grauiora: parua.n.sine quibus non viuitur, nihil necesse est scrupulose recensere. Atque qui hoc modo confitentur, tribus de caussis multo quã priores sanius agunt. *Primo*, quia etsi alijs etiam vijs peccata remitti possint venialia, vt aquæ lustralis adspersione, precibus, benedictione sacerdotis, &c. certior tamen est longe per confessionem ac sacerdotis potestatem impartita absolutio. *Secundo*, quia non semper mortale, an veniale peccatum sit agnoscitur. Circumstantia aliquando aggrauat, vt mortale fiat quod alias leue, aut nullum peccatum foret, vt acum auferre sartori, qui plures non habet: vnde aut vehementer excandescit, aut patitur damnum. S. Bernardus nugas in ore sacerdotum dicit blasphemias. dicere fratri fatue, gehennã mereri ait Christus. *Tertio*, quia melius venialia declinat peccata homo, cum ea confiteri consueuit: tum propter conscientiæ examen, tum propter verecundiam, ne eandem semper cantionem recantet, maxime si grauiuscula sint: cautionem enim tum adhibemus maiorem, & diuina flagitamus auxilia. *Tertio*, non peccata tantum enumerando, sed cum spirituali parenti nihil occultantes aperimus inclinationes etiam, ac intimos defectus, passiones, assultus, cogitationes, motus & cæt. vt commodius ad per-

Sacramentũ cõfessionis in veteri lege præfiguratum.

Tribus modis potest conscientia in cõfessione denudari.

Primo cum sola mortalia exprimuntur.

Secundo quando etiam venialia, & hic modus triplici de causa superiori pręferẽdus.

1.

2.

Lib.2. de consideratione cap.13.

Matt.5. 22.

3.

Tertio quãdo libere consilia nostra cum sacerdote in confessione communicamus.

Sacerdotes non iudices tantum sed & medici.

Psalm. 102. 3.

ad perfectionem per ipsum promoueamur: sacerdotes enim non tantum iudices sunt, puniendis & remittendis dati peccatis; sed iuuandis etiam ac sanandis animabus medici: vt de Christo inquit Propheta Dauid: *qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.* Qui ita anxie curat animam suam, non temere nunc ad hunc, nunc ad istum, peccata depositurus curret confessarium, hominibus similis ruralibus, qui ad primum obuium conuolant Medicum; sed de multis vnum deliget, doctrina, pietate, charitate, conspicuum; in rebus conscientiæ, & perfectionis versatum; de Patrum Origenis & Basilij consilio. *Diligenter* (inquit Origenes) *circumspice cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius medicum, cui debeas caussam languoris exponere etc. vt ita demum si quid ille dixerit, si quid consilij dederit, facias & sequaris.*

Simile.

Qualis deligendus cōfessarius.

Hom. 2. in Psalm. 37.

In Regulis Monachorū c. 21. Matt. 3.

Confirmat idem Sanctus Basilius eorum exemplo, qui Sanct. Iohanni Baptistæ annuntiabant actus suos, vt instruerentur: facilius enim curat medicus morbum perspectum: ac quo clarius peccata tua spirituali aperis iudici, eo tibi certius à Deo remittuntur: non enim tollit peccatum sacerdos, nisi quod pœnitens confiteris. Necessum itaque est in triplici hac animi manifestatione, peccata singula clare confiteri: non palliare, non tegere, non subticere quicquam: hinc enim multorum confessiones fructus parum & damni plurimum animabus adferunt, idque nec raro accidit, nec à multis agnoscitur. Quod, vt intelligatur plenius, aduertendum est. tribus modis peccatorum confessionem non apertam esse, aut nudam: excepta etiam ea, quæ studiosè fit, aut pudore aut timore, aut alijs inualidis causis, reticentia. Primus, cum conscientiæ examen non fuit diligens. Cum enim à te quippiam, quod arcula tua custodit, postulatur; nec ibi quærere vis, sed summa tantum lustrare, nihil mouere loco, videris inuenire nolle quod petitur. ita qui conscientiam suam ingreditur, nec facta sua diligenter examinat, habetur à Deo tanquam qui peccata sua agnoscere nolit; atque ideo talis confessio vana est

Quibus modis plurimorum confessiōes inualidæ efficiantur & infructuosæ.

Tribus modis non rite quenquam confiteri.

Primo quādo consciētia non satis accuratè discutitur probatur à simili.

Secun

Secundus, cum peccata quidem proferimus, sed excusantes atque extenuantes, & hoc multipliciter accidit. **Secundo quãdo peccata excusamus quod fit varijs modis.**

Primo, naturam excusando. verbi gratia: Indoles mihi difficilis est, naturam coercere ac superare nequeo: criminantes Deum, naturæ authorem, cum Adamo dicente, mulier quam dedisti mihi sociam porrexit mihi malum. *Secundo*, culpam deriuando in Diabolum, qui nos tentat; sicut Eua in serpentem. **1.** **2.**

Tertio, deriuando in alios qui oneri nobis sunt, recensendo interim peccata aliena, atque accuratiorem peccatorum proximi, quam nostrorum facientes confessionem. vbi geminum simul admittimus delictum, superbe malum tegentes nostrum, & calumniantes alienum. **3.**

Quarto, excusando temporis breuitatem: vt vehementer fui commotus, at pusillo tempore; nihil cogitans peccatum mortale, siue diu, siue parum, in eo hæseris, mortale esse. quemadmodum qui interficit alium homicida est, siue horam, siue momentum cædi insumpserit. Omnia hæc prętexit superbia, quę protoplastos parentes coram Deo nihil purgarunt. **4.** *Simile.*

Quinto, Quidam plura quam decet, aut admiserint confitentur; vt sic quasi ex humilitate egregie se videantur accusare, atque interim confessionem nouo peccato, & veritatem mendacio tegunt: verbi gratia. deliqui in decalogum, septem peccatorum capitalium reus sum, supperbiæ, auaritiæ, &c. **5.**

Tertius, cum ea quæ mali nihil continent tanquam peccata adferimus: verbi gratia. sæpius me talis ac talis peccati impugnauit tentatio. intus ad peccata inclinatus sum: sæpius mala in animum mihi incidũt: admodum sum infirmus: non dedi quantum potui egenis: nõ prę̃stiti quantũ potui boni operis: patientiæ, humilitatis, spei, charitatis, admodum habeo repositum parum: non oraui ardentius, linguam, oculos aures non custodiui diligentius, nec omnem ad vitæ correctionem adhibui operam: ac similia quæ peccata non sunt, **Tertio quãdo confitemur non peccata pro peccatis.**

nec

nec præferunt: cum peccatum non ſit, non quantum poſſis, ſed quantum debeas facere. his adiungas qui in hunc modum ſub conditione dicunt: mea eſt culpa ſi iuraui, ſi mendacia, ſi furta, commiſi. Item quod forte aut mentitus ſum, aut diris deuoui aliquem &cæt. Hi enim non quid fecerint, ſed quid facere potuerint indicant; aut ſub dubio, ſi forte fęcerint.

Quartò quando nimis generaliter confitemur.

Quartus, cum in generalibus terminis peccata efferimus, nihil tangentes particulare, aut vt decet: verbi gratia. homo peccator ſum: quotidie pecco multum, peccatis obſideor venialibus; vixi luxurioſe nulla addita ſpecie; furatus ſum, non expreſſis furtorum numero, aut quantitate; percuſſi alios, non adiectis aut loci aut perſonæ circumſtantia. huc ſpectant qui confeſſionem ſuam palliant, atque inuoluunt; muſſitando, celeriter loquendo; aut ea verborum forma vtuntur, vt à confeſſario non ſatis intelligantur: qui merito repetere debent confeſſionem. ſæpe enim ita vt ad confeſſarium vadunt abeunt morbidi. Ac rudibus illis tutiſſimum eſt conſilium, poſt maturum ac deliberatum conſcientię examen, confeſſionem inſtituere totius vitę generalem, coram pio docto atq; approbato confeſſario: vt ita omnes priorum confeſſionum defectus ſuppleantur.

Quando nimium obſcure.

IX. *Et offer munus, quod præcepit Moyſes; in teſtimonium illis.* id eſt, fac oblationem in leuitico præceptam, vt ſuo calculo ab omni te macula purgatum ſacerdotes approbent. Diſce ſacerdotes, & alios Eccleſiaſticos, qui ſpiritualia nobis impartiunt, temporalibus iuuare atque alere medijs. non tanquam dona Dei auro aut temporali pretio poſſidentes: hoc enim ſimoniæ vitium foret, atque à Sancto Gregorio hæreſis appellatur: quia qui hoc peccant peccatum, temporalibus ſpiritualia credunt æquari pretio poſſe. ſicuti Simoni Mago Sanctus Petrus exprobrat: dicens, *pecunia tua tecum ſit in perditionem; qui exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri*. Spiritualia minima, temporalium omnium pretia ſuperant. Villicus quidam præſtantiſſimis pomis calathum

Leuit. 14.4.

Reddenda temporalia ſubminiſtrantibus ſpiritualia.

Simonia quid.

Lib. 7. ep. 11.

Act. 8.20.

cabathum plenum ad S. detulit Antoninũ Archiepiscopum florentinum, muneris aliquid ex eo sperans. nihil donauit, nihil dixit Episcopus, nisi hoc vnum, *Deo gratias.* significare volens, Deus sit merces tua. At homo spe frustratus mussitabat secum: audiens hoc Episcopus, verba hæc, *Deo gratias*, scripsit in scedula, & imposita lancibus, pomorum corbe pendit. depressit continuo lancem chartula ponderosior, ac poma leuauit in altum, significans plura recepisse, quam attulisse rusticum. Atq; ideo quandocunq; spiritualia, quis apud te seminat, libere temporalia tua, vt pecuniã & auro æstimabilia, metat: non tanquam rerum istarum pretia, sed quasi ex gratitudine, aut eleemosyna, aut ad sustentationem benefactoris, atq; ideo sacerdoti largiris pecuniam celebranti, confessionem audienti, verbum Dei prædicanti, filium tuum baptizanti, aut alia tibi Sacramenta administranti: quoniam dignus est à te, aut in totum, aut in partem, ali, qui se spiritualibus tibi subministrandis impendit. Spiritualia, quæ nec emi, nec vendi possunt, non ab anima, mente, aut spiritu nostro; sed à S. Spiritu nomen sortiuntur. eruditio enim venalis est; ac eam vendunt magistri, qui in scholis occupantur, docendo non prophanas tantũ, sed & scientias scripturæ, aut theologiæ sacras. intendunt enim ipsi auditorum erudire atque instruere ingenia: sed pretio concionari non licet. quia non tam ad cognitionem & scientiam, quam ad sanctitatem instituuntur conciones, quam per gratiam suam S. operatur spiritus. In hoc spiritualium ordine Sancta etiam collocantur Sacramenta, sacrificium missæ, preces, miracula, & quicquid Spiritus sancti donis efficitur, aut ad augmentum gratiæ diuinæ ordinatur: beneficia, item Ecclesiastica, Canonicatus, Pastoratus, Sacellaniæ, &c. quæ non tam ad necessitatem corporis subleuandam, quam ad Dei cultum instituta sunt, atque ideo in vitium simoniæ incidunt, qui pro receptione in Monasteria, alioue beneficio spiritali, vel dant pretium, vel accipiunt, quos Ecclesia anathematisat, ac beneficij iure priuat, & ad fructuum ex eo perceptorum restitutionem obligat. Prudentia itaque necessaria est ei, qui officijs, beneficijsque Ecclesiasticis intricatur, sicuti enim Deus spiritus est

In vita B. Antonini to. 3. Surij die 2. Maij.

Spiritalia omnia digniora temporalibus.

1. Tim. 5. 18. 1. Cor. 9. per totum.

Docere pretio licet.

Concionari pecuniæ causa nullatenus cõceditur.

Quæ censeantur spiritalia.

ab omni concretione liber: sic vult sua ab omni sorde libera.

X. *Et cum introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens.* Ad trigesimum vsq; annum, habitauit Christus in Nazareth apud matrẽ, sed instante prędicationis tempore, migrauit in Galilęę emporiũ, Capharnaũ. *Primo*, Quia, vt ipse testatur, Nazarethi nõ erat in honore: eò ꝙ illuc à puero familiariter vixerat. ne nos patrię sic inhęream⁹, vt si alibi sit maior vtilitas, eà discedere nolimus. *Secũdo*: Quia tradiderant Iudæi Ioan. Herodi, qui præerat Galilęæ inferiori, (in qua Nazareth erat:) transiuit Dominus ad superiorẽ, quæ & Galilęa gentiũ, cui Herodes nõ præerat. ne per Iudæos impediretur à prædicatione. vt & nos fugiam⁹ persecutiones, in tẽpus oportunũ. Elegit vero sibi Capharnaũ: tum, ꝙ ibi maior hominũ numerus, ciuiũ, & externorũ, Iudæorũ, ac Gentiũ: tum, ꝙ plura illic peccata iniustitiæ, & alia quorũ diuitiæ caussa sunt, tũ deniq; quia ob exterorũ multitudinẽ, facilius inuulgantur, quæ in emporijs fiunt. Ostendit ergo zelũ cõtra peccata, & diabolũ, quẽ quasi in ꝓpria arena aggreditur: vti & postea Apostoli, ac præcipue Petrus: qui vrbes præcipuas, vel per se visitauit, vt Romã, & Antiochiã: vel per fidissimos discipulos, vt per Marcũ, Alexandriã, per Apollinarẽ, Rauennã, per Euch. Valeriũ, Maternũ, Treuiros, Tung. & Coloniã, per Crescent. Mogũt.

Christus discessit ex Nazareth.

1. *Luc. 4. 22. & 24.*

2.

Migrat Capharnaum.

B. Petri zelus fidei.

Ingressus Capharnaũ Dominus, statim radios exeruit, eosq; quorũ parata corda, incẽdit. Lucas ait, eũ Galilęã ingressũ in *virtute spiritus*. i. nõ vt amplius quiesceret, vt antè, sed in virtute, & efficacia doceret. Erat ibi inter alios Centurio Roman⁹, qui idolorũ deprehẽsâ vanitate, Iudæorũ in vnicũ Deũ fidẽ probauit, Iudæisq; ædificauit synagogã. Hunc Christus fide illuminat, amore inflãmat, spe, & humilitate ornat. Vnus interea famulorũ eius, paralysi tangitur, cuius ille misertus, viros principes ad Christũ mittit, excusans se, vt ait Lucas, tanquã indignũ, qui ipse veniat: qui cũ à Christo impetrassent, vt vna cũ eis descenderet, amicos misit, nuntiãs se indignũ, qui visitetur à Christo: cumq; nihilominus Christus accedẽs nõ longe abesset à domo, ipse cum omni humilitate occurrit, pueri sanitatem deprecãs, & Dominum ne vlterius in domũ procedat, rogans. Nota *Primo*, Virtutes huius Cẽturionis, ne

Luc. 4. 14.

Luc. 7. 6.

milites

milites cōtemnas. Scriptura .n. quatuor centuriones cōmendat:[a] Longinum, pòst martyrē,[b] Corneliū, Cæsareæ, post Zacheū, vt Clemens ait, Episcopū.[c] Iuliū, qui Paulū liberauit à morte. & eū, de quo hic. Venerūt & ad Ioannē[d] milites, eiusque cōcionib⁹ moti, vitæ normā ab eo præscribi sibi petebāt. Præcipui vet. Test. Patres, fuêre milites.[e] Abrahā cū 318. vernaculis, qui occidit 4. Reges.[f] Iosue, qui occidit Reges 31. eorumq; terras subegit; & solē, ac lunā stitit. Dauid, fortissimus inter 37. fortes. Machabæi, & pij Reges Iuda. In nouo aūt Testamento, nō solū milites habemus fidei promotione, & sua dignitate nobiles, Imperatores, ac Reges, quales fuêre Constantinus, Theodosius, Marcianus, Carolus Magnus, Ludouicus, Sebastianus: sed & qui eandē martyrio cōsignarunt, vt 40. illos Cæsareenses, Basilidē cū socijs 20. Mauritiū, Gereonē Thyrsum cum sua legione. i. *6666*. Qui pro fide cōtra Turcas, vel hæreticos pugnat, opus virtutis eximiæ præstat: tum, quia ab vxore, liberis, omnique voluptate se abstrahit, tum, quia ob Ecclesiæ, & fidei amorem, periculo vitam exponit. vt proinde vitæ militaris stat⁹. nobilis omnino, magnæq; dignitatis sit. cuius prim⁹ dux Deus, qui[g] *Dominus* dicitur *exercituū*: Deinde B.[h] Michael. Fateor, multorum peccatis milites hodie infamari, ita vt dæmone ipso plus horroris incutiant. sed dignissimos, diabolus maxime tentat: vt in Religiosis patet. atq; proin militiæ dignitatē, ex tentationū magnitudine cognoscimus. q̄ aūt labātur multi, misericordiā à nobis, & orationē exigit: habent .n. occasiones magnas, & multas: subsidia vero parua ab Ecclesiasticis. Labor eorū nobis patientiæ speculū sit, quē ab his qui in statu gratię viuūt, Deus acceptissimū habet: & qui sic moriuntur, mortē habēt in cōspectu Domini pretiosam. est .n. violenta, voluntaria, ab amore imperata: & licet eos Ecclesia vt martyres nō celebret, quia prima eorū intentio nō spectat mortē, sed ab hoste victoriā: sunt tn̄ martyribus proximi; & fit nonnunquā, vt ardor, & patientia tanta sit, vt immediate in cęlos abeant. non tamen, vt ex Machabæis patet, id perpetuum est. offert enim illic Iudas pro militibus cæsis sacrificium, quod teste Augustino, pro martyribus offerri non licet.

a *Ioan. 19. 34 & Suri. 13. Martij.*
b *Act. 10. Surius 13. Sept. Clem. 7. cōst. c. 47.*
c *Act. 27. 1.*
d *Luc. 3. 14.*
e *Gen. 14. 15.*
f *Iosue 11. 24. & c. 10. 13.*
2. Reg. 23. 8.
Martyrolog. 9. Martij 10. Iulij. 22 Sept.
Militū bonorum meritorius status.
g *Ezec. 14. 11*
h *Dan. 10. 13. & c. 12. 1. Apoc. 12. 7.*
Dignitas eorum.
Proximi martyribus
2. Mach. 12. 43.
Aug. s. 17 de verbis Dom.

Nota *Secundo*, Centurionem hunc, nec Iudæum fuisse, nec Christianum, sed infidelem: & tamen fecisse bona, sicut & postea fecit Cornelius, vt discamus, etiam his qui in peccato mortali, bona non esse negligenda. etsi .n. nec gloriã mereantur, nec gratiã: vtilia tamẽ sunt. *Primo*, ad declinandã Dei vindictam. De Zenone Imperatore scribit Sophronius, ꝙ cũ pessimè viueret, atq; virginẽ stuprasset, cuius mater quotidie à B. Virgine sceleris huius vltionem petebat: illa huic apparens, dixerit: *Crede mihi mulier, sæpe ego, vt petis, vindictam ei intento, sed manus eius impediunt me.* erat. n. in pauperes liberalis. cum vero eleemosynas intermisit, innocentẽq; Pelagiũ virũ clarissimũ occidit; sensit irã Dei. ebrius. n. ab vxore sua Ariadne, sepultus est, vt scribit Zonaras & licet toto triduo vlulasse auditus sit, nemo tñ sepulcrũ refodit. Noli ergo cessare à bono, nã qui ficũ maledixit, ꝙ hyeme, qñ tẽpus ficuũ nõ est, fructũ nõ habuerit: maledicet quoq; peccatori, si bonis operibus careat; etsi hęc iustũ magis, q̃ peccatorẽ decere videantur. *Secũdo*, Disponũt ad gratiã, vt in Cornelio factũ, per eleemosynas, & in Rahab meretrice ꝓpter hospitalitatẽ. *Tertio*, Quia accipiũt à Deo mercedem temporalem. sic Romanorum iustitiæ dedit imperium orbis, & Nabuchodonosori, qui *seruierat* Deo *contra Tyrum*, data Ægyptus in prædam. *Quarto*, Quia facilitant hominem, vt in statu gratiæ, minus difficilis sit ad virtutẽ. *Quinto* Quia reddũt peccatorẽ alijs gratũ, vt orẽt pro eo. quẽadmodum hic ꝓ Cẽturione, rogãt Iudæi, ob ædificatã Synagogam.

Bona opera facienda et iam his qui peccarunt mortaliter.
1. *Sophron. c. 175. prati. Baronius an. 474. n. 10.*
Vide Baron. tom. 6. a. 491. num. 1. & 2.
Matth. 21. 19.
2. *Actor. 10. 4. Hebræo. 11. 31.*
3. *Aug. 5. Ciu. c. 12. & 15. Ezech. 29. 20.*
4.
5.

Nota *Tertio* Centurionem Gentilem accedere ad Christũ, post sanatã Iudęi lepram: vt discamus; & Gentiles, & Iudæos, à Christo, sed diuersimode, sanãdos. prior sanatur leprosus, à Christo præsente: dein seruꝰ, à Christo absente, ad petitionẽ Iudæorum. ita, sanati à Christo Iudæi: Gentiles vero, per Apostolos, qui erant Iudæi. Comparantur Iudæi, leproso; qui non tam æger, quam maculosus est: quia cum sana fide, habebant multorum vitiorum maculas. Puer vero paralyticus decumbit, immotus, quia gẽtes, nec fidẽ habebãt, nec opera, quibꝰ ad sanitatẽ mouerẽtur. Gratias age Deo, ꝙ maiores nostros, olim Gentiles, conuerterit, teque veræ fidei seruarit.

Iudæos & Gentes sanauit Christus.

XI. *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.*

Pueri

Pueri huius valetudo Centurionem torquet. *Primo*, ex naturali amore; qui docet, curandos prę omnibus domesticos, iuxta illud Apostoli: *Qui suorum & maximè domesticorũ curã nõ habet fidẽ negauit, & est infideli deterior.* impie ergo faciũt; qui alienis sua impendũt, & famulos, ac famulas negligunt. *Secũdo*, Quia erat ei vtilis. Sapientis verba sunt, *Seruus sensatus sit tibi dilectus, quasi anima tua. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta: quoniã in sanguine animæ cõparasti illũ.* Honesto loco eum habe, nõ vt seruũ, sed cõsanguineum. ideo. n. stipendiũ accipit, vt sudore, & sanguine suo tibi prosit. Seruus fidelis: rara auis, vt Christ⁹ docet. *Quis putas est seruus fidelis*, quẽ? &c. q. d. rarus omnino. tum, ex defectu seruorũ, qui sua quærunt: tum, ex defectu herorum, qui modum eos regendi nesciũt. Aliqui præter iurgia, deuotiones, & execrationes, nihil fundunt; alij labore diurno, & nocturno quasi chalcenteros premunt, alij animas eorũ negligunt, nescij reddendã Deo ꝓ his, tanquã ꝓ subditis, rationẽ: pręcepit Deus etiã à seruis sabbatha custodiri. & Apostolus, *Domini*, ait, *quod iustum est, & æquum, seruis præstate; scientes quod & vos Dominum habetis in cœlo.*

Centurio dolet pueri sui morbũ.
1.
1. Tim. 5. 8.
2.
Eccl. 7. 23. & c. 33. vers. 31.
Matt. 24. 45
Exod. 20. 10.
Coloss. 4. 1.

Quisquis fideles famulos quæris, infra scripta documenta ex scripturis desumpta obserua. *Primo*, Attende ne peccẽt & peccantes mone. nam, vt recte Antoninus, qui domesticorũ peccata, præsertim notoria, non videt; ipse mortaliter peccat. ꝙ si moniti nõ resipiscãt, Dauidẽ imitatus, dic: *Non habitabit in medio domus meæ, &c. ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Secundo*, Vide num Christiani sint, & Catechismũ norint; num errent in fide, num acceperint sacramentum Confirmationis, Festis, & Dominicis Sacrũ audiãt, semel in anno cõfiteantur, & cõmunicent. Sic Abraham circumcidit omnẽ domum suã, eiq; præcepit, *vt timeret Deum. Tertio*, Deuotionẽ eorum tibi innocuam noli impedire. si singulis diebus audiãt Sacrum, singulis septimanis cõfiteantur, & cõmunicent, audiantq; cõcionem; familiæ non oberit: sed proderit. Ita cum Onesimo vixit Philemon, iuxta pręscriptum Apostoli; qui ex eo tantum profecit, vt cõsecratus fuerit Ephesiorum Episcopus, vt refert Ignatius. *Quarto*, Homines illos cogita: ideoque labore nõ opprimas, nec mercedis tenuitate, aut cibi inopia.

Documenta ad accipiendum fidelem seruũ.
1.
Anton. p. 2. tit. 3. c. 5. §. 2.
Psal. 100. 7. & 6.
2.
3.
Ep. ad Phile.
4.
Igna. ep. 14.

à iurgijs caue, & probris: habent .n. tecũ idẽ pretiũ redẽptionis, Christi sanguinẽ. habent eundẽ Patrẽ eiq; fors amiciores, quã tu. quia vitæ genus habent perfectius, quodq; accedat ad vitã Religiosorũ. viuunt .n. in paupertate, castitate, & obedientia. habent quoq; vitã, tuâ tranquilliorẽ: quia pacatius est parêre, quã præcipere. Hæc si ruminarẽt famuli, nemo de sua vocatione quereretur: sed seruirẽt *Dominis suis, tanquã Christo*, & extra cænobia vitam ducerent cęnobiticã: nõ sibi solis, sed & alijs, totiq; familiæ adiumenta salutis. Ancilla Naaman ei sanitatis initiũ fuit. Seruus Abrahami Isaaco vxorem curauit. Iudithæ Abra ad Holofernis cædẽ, populiq; liberationẽ subseruiuit. possunt famuli heros, filiosq; ad virtutẽ exemplo instruere, eorũ honorẽ tueri, eisq; à Deo benedictionẽ familiæ impetrare. *Nota* puerũ hunc paralyticũ domino suo, vt Lucas ait, fuisse *pretiosum*. & disce ea quæ mundi sunt non habere in pretio. suos Deus in his, quæ etiã licite, sed præter Deũ, amãt, castigat. sic Adamo char⁹ Abel, à fratre perimitur. Abrahamo Isaaci sacrificium mandatur. Rachel Iacob dilecta, sterilis. Ioseph similiter prę fratribus dilectus, captiuus est. Dauidi genitus ex Bethsabee filius, aufertur. Testatur August. amorẽ oẽm qui præter Deũ est, aliquãdo mundandum, vt ipse ametur solus, & omnia solùm propter ipsum. Ex hac Centurionis cõpendiosa oratione, formã precandi disce. habẽt verba singula mysteriũ. *Domine* humilitatẽ significat: fatetur .n. se Christi seruum ad obsequia paratũ. *Seruus* vel *Puer meus*, (vtrumq; .n. παῖς significat) amoris nota est, qui Deo placet: tum, quia nos ei reddit similes, Deus autem sibi similes libens exaudit: tum, quia duos in vnum nectit, facitq; orationẽ cõcordiã fortiorẽ. *iacet paralyticus*. Impeditur ne veniat ipse, ideoq; ego Domin⁹ accurro. declarat hic Centurio humilitatẽ suã, qui per se præstat officiũ serui: indicatq; alterius miseriã, vt Christi prouocet misericordiam. tantus .n. est Dei in nos amor, vt si de miseria querelas tristes audiat, misericordiam concedat. sic cum Martha, & Magdal. Lazaro mortuo lacrymatur: & in Naim, vt viduam soletur, filium à morte suscitat. In dolore ad Eucharistiam cõfuge, & coram Domino cum lacrymis cor effunde, ac senties auxilium. *in domo* supple, mea: non parentũ, aut

Vita famulorum sancta.
Ephes. 6.7.
4. Reg. 5.3.
Gen. 24. per totum.
Iud. 8.32.
Luc. 7.2.
Res caducę nõ amandæ
Gen. 4.8.
Gen. 22.1.
Gen. 29. & 35
2. Reg. 12.18.
Aug. 21. Ciu. 26.
Forma orationis.
Dei amor in nos.
Tristitiæ refugium.

aut publica. decet vt corpore ægros famulos, domini iuuent, à quibus sanis iuuantur. animi vero morbos & peccata efferri iubeant.

Et ait illi Iesus: ego veniã & curabo eum. Rogatus à Regulo Dominus, vt descenderet ad filium recusat; hic vero nõ rogatus, se venturũ spõdet, ad seruũ. 1. Ad solatiũ pauperũ, qui se putãt à Deo ob paupertatẽ negligi. Deus amat omnes, magis tamẽ, quos à temporalib⁹ inuenit puriores. pauper sua sorte cũ Lazaro cõtentus, Deo gratior est, quã diues voluptuosus. neque enim diuitias Deus nummis æstimat, sed virtutibus. 2. Ob rogantium disparitatẽ. Reguli filium absens sanat, vt se Deum probet: ad seruum vero Centurionis accedit, vt Iudæis fidem eius cõmendaret, qui tanquã lege edocti, de Messia instructiores esse debebãt, quã gentes. *Nota* q̃ dixit Christ⁹: Ego veniã; verba. n. hæc ei propria sunt, cum nollet Deus sacrificia legis, *tũc dixit, ecce venio*: nempe, soluturus septẽ signacula libri, quẽ præter me nullus *in cœlo, terra, vel sub terra* aperire potest. Apud Zachariam quoq; solaturus Iudæos Deus: *Lætare*, ait, *filia Sion; quia ecce Ego venio, & habitabo in medio vestri.* in Apoc. frequẽs est eorundẽ verborũ repetitio. vt significetur, Christũ nõ semel tantũ, sed freq̃ẽter ad nos accedere. prior aduentus humilis fuit, & benignus: posterior durus, & rigidus. de quo Malach. *Ecce*, ait, *veniet & quis stabit ad videndũ eũ? quis poterit ferre diẽ aduẽtus eius?* Debebat hic nobis semper esse ante oculos. prçueniet . n. nos (præsertim mors) opinione citius, neq; de eo dicit Christus, *ecce veniã*: sed, *venio velociter, & merces mea mecũ.* Dũ viuim⁹, venit Christus ad bonos, vt consoletur: ad malos, vt minetur. neq; semper dicit, *venio*: sed aliq̃n, *veniã*: vt & in præs. Euang. idq;. 1. Quia cũ per gratiã nõ veniat ad inuitos, prænuntians aduentũ, quasi quærit cõsensum. 2. vt locũ ei præparemus dignũ. 3. Quia nõ semper est oportunitas, vt iuuemur. vlcus ante maturitatẽ aperiri nõ debet: sic Christus venturũ se spõdet ne deficiamus, differt tñ, vt magis iuuet. hinc olim Propheta, *Si morã fecerit, expecta eũ: quia veniens veniet, & non tardabit.* porro dum tardat, optimum si ipsi eum in domum nostram inducamus, sub Eucharistiæ Sacramento: in quo visitat nos, vt cum puero Centurionis sanet.

XII. Cur ad Reguli filium Dominus non iuerit, qui hic it ad seruum?

1. *Luc. 16. 20.*

2.

Ego veniam. quid?

Psalm. 39. 8.
Apoc. 5. 3.

Zac. 2. 10.
Ap. 2. 3. 16. 22

Aduentus Christi.

Malach. 3. 2.

Apoc. 22. 12

Aliquando dicitur De⁹ non venire sed venturus.

1. 2. 3.

Abac. 2.

XIII. *Et respondens Centurio ait: Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Dixerant Iudaei, *Dignus est.* Centurio autem, *nō sum dignus*, ait. Rara profecto tāta Magnatū humilitas: qui q nunc Dominū raro suscipiāt; nō humilitatis est, sed fastus. Notat Origenes Christū ad nos venire dupliciter. *Primo*, In vicarijs Ecclesię dico Superioribus. *Secundo*, In Eucharistia. addit *tertium* modum Chrys. nempe, in pauperibus: q.n. his praestas Christo facis. Superiores cum omni obedientia suscipi debent, & humilitate: dixit .n. de eis Deus, *qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* eorumque despectus ab infidelitate est, vel superbia: vt in haereticis patet, qui vno studio summum Christi Vicariū, aliosq; Ecclesiae Patres rident. Pauperum quoq; cōtemptus, vel à superbia est, vel ab auaritia. honorari debent in eleemosynis, etiā cū exteriori salutatione, quasi in eis Christū videamus. Vtrumq; hūc modū seruasse videtur Centurio: nā & Iudaeorū Superiores honorauit, eis tanquā intercessoribus ad Christū vsus: & pauperibus benefecit, dum tantū p seruo laborat. Tātum porro humilitas eius Christo placuit, vt eum nō exaudierit solū, sed & Iudaeis omnib' praetulerit: licet Gentilem. Duo humilibus praestat Deus *Primo*, vt docuit Christus, eos *exaltat.* vnde olim Sapiens, *Qui humilis est spiritu, suscipietur à gloria. Secundo*, vt dixit B. Iacobus: *Humilibus dat gratiā*, imo postulata concedit, & supra quam postulant. Dauid *ab inimicis* saluari petebat, & obtinuit longęuitatem. Salomō humilis petijt sapientiā, & additę sunt ei diuitiae, ac gloria. Latro bonus memoriā sui deprecabatur in regno. & paradisum, regnumq; ipsum statim obtinuit. Exaudiri vis, & exaltari? humiliare, da Deo gloriam de omnibus, quae habes: nihilq; te habere puta, & senties incrementa. tum, ob humilem gratitudinem; tum, ob datam Deo gloriā, qua noua beneficia emis; tum denique, quia dona tua nescis, crescit enim cum his humilitas; & quanto ditior, tanto quisque humilior: vt in Apostolo patet; qui se *primum peccatorum* dixit, & *minimū Apostolorū*: cum esset inter dignissimos. Porro quod spectat ad Christi susceptionem in se ipso, quam, vt ex Origene dictum, nos in Eucharistia facimus: excusat se hic Cēturio, vt Christus in domum suam non ingrediatur, cogitans in ea

Orig. hom. 5. in diuersa. Christus venit ad nos. 1. 2. 3. Superiores honorādi. Zach. 2. 8. Cōtemptus eorū vnde. Cōtemptus pauperum vnde. Centurionis humilitas grata. Humilium duo praemia. 1. Luc. 14. 11. Prou. 29. 23. 2. Iacob. 4. 6. Psal. 20. 5. 3. Reg. 3. 12. Luc. 23. 43. 1. Tim. 1. 15. 1. Cor. 15. 9.

in ea Christo multa displicitura, nos domos fugimus caducas, immundas, parum instructas, in domo autem Centurionis probabile est exterius nihil defuisse, sed respiciebat ad personarum dispositionem, in quibus tria hęc vitia timebat, quæ & nobis frequentia sunt, & nos Christo suscipiendo reddunt indispositos. *Primo*, Caduci sumus, quia proni ad lapsum in peccata. *Secundo*, immundi, à sorde peccati. *Tertio*, Parum instructi, à virtute, instar Pharisæi, qui cum Christum suscepisset eum audiuit exprobrantem: quod nec lotus, nec vnctus, nec osculatus ab eo esset. Ex hac Centurionis humilitate, multi se ab Eucharistiæ frequentatione excusant, dicentes cum Petro: *Exi à me Domine quia homo peccator sum*. & non cogitant Cęturionem, cùm hæc diceret, Gentilem fuisse, ac Capitaneum, cui domus plena tumultu. Petrum quoque non recessisse à Christo, sed audisse: *Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens*. Sequuntur illi potius Samaritas, & Gerasenos: quorum illi Dominum vrbe excluserunt, quia *facies eius erat euntis in Ierusalem*. Alij, ob porcorum perditionem, quos præ Christo amabant, rogarunt, vt regione eorum abiret. Prætexunt quidem raro communicantes, reuerentiam, sed reuerentia non ducũtur, nemo magis Christum contemnit, quam qui minus nouit, & visitat, sicut Regem nemo minoris æstimat, quam rusticus, qui eum nunquam vidit. Eadem illos, quę Samaritas, & Gerasenos, ratio mouet: porcorum, id est, vitiorum, prauæ cõsuetudinis, & inclinationis amissionem timent, à fabulis, osculis, saltu, luxu vestium, & cibi, quę omnia porcorum siliquę sunt. timent sibi à conscientia, & Confessario hæc vetanda: aliosque obiecturos, *nunquid & tu deuotariorum vnus es*? Alij vero *Ierusalem*, id est, collectionem, & deuotionem oderunt, amant effusiones, ac dissolutiones seculi. Nesciunt hi Eucharistiæ virtutem, & melius Zacchęum imitarentur, qui dicente Domino, *festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*: descendit, *& Dominum gaudens suscepit*, etsi Publicanus esset, id est, peccator notorius, & Pharisæi obmurmurarẽt. Atque ita tandem audiuit salutem domui suę factam, & Christo deinceps inhærens, ab Apostolis primus Cæsareæ Palestinæ Episcopus, teste Clemente, consecratur. Non venit iam Christus,

Tria impediunt dignã Christi susceptionem.

Luc. 7. 44.

Excusantes se à communione.

Luc. 5. 8.

Luc. 7. 10.

Luc. 9. 53.

Matt. 8. 34.

Prætextus refellitur.

Verum motiuum detegitur.

Luc. 19. 5.

Clem. 7. Cõst. c. 47.

Christus quomodo ad nos veniat iam.

vt iudex damnans, ſed vt pater benefaciens, & iuuans: præſentia ſua te honorat, gratia vngit, miſericordia ſanat, ſanguine lauat, morte reſuſcitat, ſplendore illuminat, amore inflammat, benignitate ſolatur, teque ſibi vnit, imo in ſe conuertit, ac bonitatis, ſapientiæ, & fortitudinis ſuę participem reddit. Venit vt adiutor, liberator, medicus, chirurgus, vt cum Deo reconciliet, debitum ſoluat, malum omne auferat, morbos tollat, vulnera ſanet. Noli ergo pro excuſatione allegare indignitatem, quanto enim videris tibi indignior, tanto vt dignior fias, melius diſponeris. Porro de dignitate hac tripliciter loqui poſſumus. *Primo*: vt ſit tanta quanta eſt dignitas ſuſcipiendi: ſic Regis filius dignus eſt Regis filia, & ſic nemo ad Chriſtum digne diſponi poteſt. *Secundo*: vt ſeruetur proportio ad vires ſuſcipiētis, ſic abſolute ruſticus, nō poteſt Regem digne ſuſcipere: ſi tamen facit quicquid poteſt, proportionaliter digna ſuſceptio eſt. Atque ita Chriſtum ſuſcipit digne, qui non peccata ſolum, ſed & inclinationes malas, & temporalium curam deponit: cum Moyſe in montem aſcendens, & nube circumdatus, ne inferiora videat. ſic B. Virgo digna fuit, quæ eſſet mater Dei, & dignitatem hanc aliqui attingūt, cum B. Carpo, qui vt refert Dionyſius, ſemper in Sacrificio Angelos vidit, ſed exiguus omnino horum numerus, imò nec Apoſtoli in cœna, eo vſque perfectionis attigerant, diſputantes de primatu, & maioritate. Eſt ergo *tertia* dignitas quæ Domino ſufficit. Si Princeps medicus ęgrum inuiſat, non tam ſui dignitatem, quam ægri morbum attendit, eique ſufficit, ſi ęgro gratus ſit, & ille morbos detegat, ſanitatem optet, ac conſilijs obtemperet; ſic Chriſto, quia ad pauperes venit, & ægros, tria hæc ſufficiunt. *Primo*, Si omnia peccata mortalia ſimus confeſſi, cum propoſito ea deinceps cauendi. *Secundo*, vt accedamus ex bono fine, non ex metu, ne putemur hæretici, neque ſpe lucri, neque ne alijs frequenter communicantibus videamur inferiores, neque ex conſuetudine, aut amore deuotionis ſenſualis, per hæc enim Chriſtus non ingreditur, ſed fures ſubrepunt. Pij vnum ex his ſeptem in Chriſto ſuſcipiendo ſpectant. *Primo*, Amorem, vt iungantur ſpōſo ſibi chariſſimo. *Secundo*, Vt à morbis, & infirmitatibus animi ſanentur. *Tertio*, Vt

[Margin notes: Dignitas triplex. 1. 2. — Exod. 19. 18. — Dion. ep. 8. — Luc. 22. 24. — 3. — Christo sufficit diſpoſitio quæ habet tria. 1. 2. — Septem motiua ſuſcipiendi Chriſtum. 1. 2.]

Vt peccatorum præteritorum accipiant remissionem. *Quarto*, Vt contra tentationes muniantur. *Quinto*, vt peculiare donũ sapientię, patientiæ, &c, impetrent. *Sexto*, vt de beneficijs omnibus Deo gratias agant: has enim agit optime, qui communicat dignissime: vnde Dauid: *Quid retribuam*, ait; *Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam & nomen Domini inuocabo*. *Septimo*, Vt proximis melius opitulẽtur. Fit enim hoc ab eis perfectius, qui Eucharistiam frequẽtant. Optimus vero omnium finis, vt conuertamur in Christum, dicturi cum Apostolo, *Viuo ego, iã non ego, viuit vero in me Christus*, sicut enim à fermento, ait Cyrillus, mutatur massa tota, & à medicina, ait Nissenus, totum corpus: ita ab Eucharistia totus homo, quæ eum melius, teste Chrysostomo, nutrit, quam infantes maternum lac. *Tertio*, requirit Christus, vt tempore susceptionis, ablegemus omnem distractionem voluntariam, quod facile fit, si post confessionem demus nos orationi; cogitantes, quãtus, quem suscipiemus, & quam viles nos. Deus est, cuius potentia creauit cælũ, & terram ex nihilo, cuius misericordia, sanguine, & pœnis proprijs redemit nos ex inferno; cuius benignitas iã nos visitat; nos, inquã, sordium plenos, & fœtoris, ac defectus, qui natura, nihil, peccato autẽ, infra nihil sumus. Verba ergo Cẽturionis nos à frequenti cõmunione non abstrahunt, sed, *primo*: Monent ad dignam pręparationem, & humilitatem, vt, quod docet Origenes, eadem hæc Centurionis verba repetamus, dicentes: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meũ, &c.* *Secundo*. Ne ex proprio arbitrio Eucharistiam frequentemus, sed ex directione Confessarij, docebit ille, quomodo primis Ecclesiæ tẽporib⁹, nõ Ecclesiastici solũ, aut virgines, vel viduę, sed coniugati quoq;, mercatores, ac opifices, singulis Dominicis Eucharistiã suscipiebant, neq; consuetudinẽ alleges pręcedentis seculi, ac posterioris æui, quando, vix ter in anno Eucharistiã homines suscipiebãt. erat.n. hoc negligentiæ eorum, ac peccati, pęnarumque præsentium initium. vide quid ante annos 300. quando festum Venerabilis Sacramẽti Vrbanus instituit; quid priori ęuo adhuc calido, fuerit in vsu: quid suasẽrint Patres, oẽs illi, ob positas supra vtilitates, cõmunionẽ frequẽtẽ ꝓbãt, & vrgẽt. Si dixisset Cẽturioni Christ⁹, *nõ sanabitur puer*

4. 5. 6.

Psa. 115. 12. & 13.

7.

Optimum motiuum.

Gal. 2. 20.

Cyr. 4. in Ioã. c. 17.

Niss. s. de Eucharist.

Chrys. ho. 6. ad pop.

3. dispositionis conditio.

Verba Centurionis docent.

1.

Orig. ho. 5. in diu.

2.

Cypr. s. 5. de lapsis.

Iusti. Apol. 2.

puer tuus nisi ego intrem: sine dubio inuitasset eum Centurio, in Eucharistia gratia clauditur, quã sine ea Deus nõ dat. Accede itaque ne volenti introire, &, vt in Apocalypsi ait, stanti *ad ostium*, & pulsanti iniurius sis, si non aperias. Amoris exigui nota est, venientem non admittere, imo periculum, vt & ipsos Christus in cælos opinione difficilius admittat, dicturus: iam ad me accurritis quia extra me nihil nisi mala & pœnæ: quod si delectationes aliquas videretis, fors & iam aduentum differretis, vt fecistis viui. Disce *præterea* ex solis verbis, vel rebus externis neminem facile vituperandum. idem petunt Samaritæ, & Geraseni, quod hic Centurio, & tamen illi vituperantur, quia cordis secreta nemo videt, semper præsume bonum, cuius malitia nõ est euidẽs. Disce *vltimo* Verbi diuini efficaciã, sanat enim, vt Cẽturio confitetur, infirmos. Accede ad illud, pręsertim post communionem, Apostolis postquam communicassent, & sermonem audissent, dictum: *Iam vos mundi estis propter sermonem quem dixi vobis.* Christus enim per Eucharistiam illuminat interius, vt sentias, & intelligas, ac vitâ exprimas doctrinam Concionatoris.

Apoc. 3. 20.

3. doc. ex verbis Centurionis. Nemo ex solis externis facile iudicandus.

4. Efficacia diuini verbi.

Ioan. 15. 3.

XIV. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo; fac hoc, & facit.* Argumentum Centurionis probat, Christum tanquam creaturæ omnis Dominum, solo iussu sanitatem dare posse. nam si mihi ait homini, iubenti obediũt serui: quanto magis tibi, supremo omnium Domino omnia obedient? Fatetur ergo Christi diuinitatem, & imperium in omnia: in quibus etiam morbos numerat, & sanitatem, quę ad Christi nutum veniunt & abeunt. Magna est humanę malitiæ nota, quod omnibus Deo obedientibus, solus ille non obediat. *Quoties volui*, ait Christus, *congregare filios tuos sub alas, & noluisti*? ac proin, *pugnabit orbis terrarum*, pro Deo *contra insensatos*, & famuli, ac serui qui hominibus hic parent, eos conuincent. Duo hic hominum genera, obedientiæ exempla *primo* Milites. Quicquid Capitaneus iubet, statim expediunt; pungnant, decedunt, eunt, abeunt: tum metu pœnę, ni faciãt, tum spe gloriæ, proin vitia militum, sunt negligentiæ ducum: qui eos non dirigunt nec cohibent. *Secundo*, Serui siue mancipia

Argumentum Centurionis.

Hominis malitia.

Matth. 23. 37.

Duo genera obedientium.

1.

2.

pia sint, siue famuli. Horum vtrique ex dominorum mãdato omnia faciunt, quia serui, non sunt sui iuris, famulus quoque, ad tempus accepto pretio cedit suo iure: ideoq; qui vel mandata negligit, vel morum austeritate Dominos, ab aliquo mãdando absterret, mercedem non meretur : cum non faciat opus , pro quo mercedem accipiat, sicut nõ meretur sartor, qui vocatus vt faciat pallium, proprio arbitrio facit togam, ex quo fit vt ad restitutionem famuli tales obligentur, si mercedem acceperint: nisi Domini, cognita eorum infirmitate, cũ eis conniueant. Ex militum, & seruorum obediẽtia discimus, quantam Deo, & Superioribus obedientiam debeamus. habet enim illa septem conditiones. *Primo* est expedita: milites enim dato mandato, nihil tardant: sic vocante Christo, statim secuti Petrus, Andreas, Iacobus, Ioannes, Matthæus, &c. & de iusto dixit Dauidi Deus; *in auditu auris* (id est statim vt audiuit) *obediuit mihi*. Cum ad Abbatem Syluanum alij conuenissent, rogarentque, cur præ cæteris duodecim, Marcum diligeret? ille cum eis singulorum cellas circuit, & vocanti nemo aperit, ad Marcum vero cum venisset , tanta fuit , huius obediẽtia, vt etiam literam l quam scribebat imperfectam relinqueret, & tunc amoris caussam alij probauere. *Secundo*, sit fortis: non languens, neque remissa. *Viriliter age*, ait Dauid, *& confortetur cor tuum*. neque enim dormiunt milites pugnare iussi. *Tertio*, Sit simplex, caussam imperij miles non quęrit. *Vt iumẽtum factus sum apud te*, ait Dauid. neque enim oneris pondus iumenta interrogant. Hæc est, toties commendata à Patribus cæca obedientia, qua homo, vt Apostolus loquitur, intellectum omnino *captiuat*. *Quarto*, Sit humilis. quia enim obediẽtia humilitatis est filia (vt contrà teste Gregorio inobedientia superbia) imperfecta est, quamdiu sine matre est , docet hoc Christus exemplo serui. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus*. *Quinto*, sit voluntaria. Iussit enim Deus oblationes solum accipi *à voluntarijs in lege*. & Gedeon 22. millia militum, quos metus aliquãtum inuoluntarios reddebat, ex castris dimisit. vita enim obedientiæ, voluntas est. *Sexto*, Sit hilaris: *hilarem enim datorem Deus diligit &*, vt rectè Sapiens: *in omni dato hilarem fac vultum tuum*. vnde

Serui aliquando tenentur ad restitutionem.

Obedientiæ conditiones.

1.

Psal. 17. 45.
Euager. p. 2. Vita PP.

2.
Psal. 30. 25.

3.
Psal. 72. 23.

4.
Greg. 35. Mor. c. 31.
Luc. 17. 10.

5.
Exod. 35.

6.
2. Cor. 9. 7.
Eccl. 35. 11.
Serm. de obedientia.

vnde Bernardus, *Serenitas in vultu, dulcedo in sermone plurimum colorant voluntatem animi obsequentis.* Qui superiori toruus est, eum à mandando absterret. *Septimo*, Sit perseuerans, qui enim
7 *Cor. 9. 24.* *perseuerauerit in finem saluus erit*, & *sic currite*, ait Apostolus, *vt comprehendatis.* Milites cum vrbem obsident, omnia moliuntur, vt triumphēt, quæ inchoata tantum sunt, nihil sunt. Christus obediuit vsque ad mortem, qui Religionem profitentur, spondent obedientiam perpetuam. Deus iudicabit non quales fuerimus, sed quales inuenit.

Tria præceptorum genera. *Nota hic tria præceptorum* genera. *Vade, Veni, Fac*, Tria enim mandat Deus & Superiores. *Primo, Vade*, vt iuues proximum in temporalibus, & spiritualibus: mandauit enim Deus cuiq;
1. de ꝓximo suo vt instruatur, moneatur, corripiatur, in morbis & miserijs iuuetur. *Secundo Veni* nempe ad Deum postquam
2. alios iuuisti, vt ad noua subsidia, ab eo per orationem prępareris, milites finito prælio corpus cibo restaurant, & arma, si
3. quid desit reparant. *Tertio Fac* hoc. Neque enim orare solum, & alios iuuare debemus, sed & in nobis laborare, ad extirpa-
1. Thess. 4. 3. tionem vitiorum, & perfectionem virtutum. *Voluntas Dei*, ait ille, *est sanctificatio vestra.*

XV. *Audiens autem Iesus miratus est.* Admirationem causat ignorantia rei, vel caussæ, quomodo ergo miratur Christus fidem
Lib. 1. de Degen contra Manicha. c. 8. Tom. 1. Centurionis, quam non ignorabat, imo quam teste Augustino ipse fecerat? Respondent aliqui, *Primo* Christum non interius, sed exterius solum miratum, vt nos ad admirationem
Cur Christus sit admiratus. prouocaret, neque enim signa eius externa erant interioris dispositionis signa, sed nostra documenta, ait Augustinus. si-
1. cut enim Deus dicitur iratus solo effectu, quia facit, quod irati solent, dum impios punit, sic & Christus mirari dicitur, quia gestus habet admirantium, vt discamus licitos aliquando boni finis intuitu gestus alios, quā qui affectum exprimāt, sic Dauid vitæ seruādæ caussa assumsit gestus insani. Hic tamē cauenda hypocrisis ne Herodē imitemur, qui propter iusiurandum tristē se finxit, cū Herodias caput Ioannis peteret, &
2. tamē animo lætabatur, ꝙ præclarū occidendi Ioannis prętextū nactus esset. *Secundo* respondent alij Christū vere admiratū, nō quia fidē Centurionis nesciebat, sed quia experientiā non habebat.

habebat. Fuerũt.n.in Christo, vt alias dixi quatuor scientiæ. *Primo*, Diuina. *Secundo*, Beata. *Tertio*, Infusa, atq; quo ad harum nullã Christus profecit. *Quarto*, Experimentalis, q̃ nõ habebat Christus nisi oportunitas, & res ipsa obiectũ exhiberet, & secundũ hãc miratus dicitur sicut medicus, etsi præsciat vim, & effectum medicinæ, tamen quodãmodo miratur cũ reipsa eũ videt, ob primã experientiã. Miratur hic Christus nõ ꝙ seculares aurũ, opes, honores, sed fidẽ, id est, donum Dei in homine Gentili, qui noluit mala corporis timeri, sed eos tantum qui possunt animã occidere, idẽ nõ vult, vt corporea stupeamus, sed solũ spiritualia, illa si vere æstimamus, putabimus parua, vilia, sordida, caduca. Mundũ vniuersum, vt refert B. Gregorius vidit S. Benedictus instar pilæ. B. Paulus omnia arbitrabatur stercora. Seculares pueri sunt quia puppis ludunt, & vmbris terrentur. Tu vero contemtibilia mundi humilitatẽ, paupertatẽ, obedientiam amplectere, & honesta mundi contemne.

In Christo sunt 4. scientiæ. *1.2.3.* *4.* *Lib. 2. dialog. c. 35.*

Et sequentibus se dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel. Tria hic ad Centurionis magnã laudẽ faciũt. *Primo* Laudatur corã omni populo satis frequẽti. Latebat ille nec ꝓ humilitate audebat prodire; Christ⁹ vero eũ publice laudat, etiã corã Principibus ad Christũ ab eo missis, vt hi eius exẽplo humilitatẽ discerẽt. Nota ꝙ dicitur Christus se cõuertisse ad sequẽtes, qui.n. Christũ sequitur aptus est, vt Deũ audiat, & licet fere posteriora videat cũ Moyse, quia discit à præeũte normã viuẽdi, aliquãdo tamẽ videt conuersi faciẽ dũ cũ Apostolo repletur cõsolatione, & sapiẽtia. Qui sibi dux, Christũ nõ videt nisi cõuertat se ad eũ: Christũq; ducẽ eligat. *Secundo*, Laudationi eius additur, *Amen*.i. *Vere*, q̃ est nota affirmãdi: significat enĩ Christus se serio loqui quomodo si nos dicamus vere doctus es. Vide vt & te Christ⁹ cõmendet, ac postea remuneret. *Tertio* Præfert eũ Christ⁹ omnib. Iudæis quos eo vsque docuerat, in quib. se negat inuenisse tantã fidẽ. Videtur Leprosus paulo pl⁹ ꝓfessus dũ sola volũtate Christi se mũdari posse credit, cũ Cẽturio verbi mẽtionẽ faciat. sed credit hic etiã absentes iuuari posse, idq; profitetur ꝙ de leproso nõ legimus. Aliqui fidẽ Cẽturionis dicũt tantũ proportionaliter fuisse maiorẽ, nã etsi Iudæorũ aliqui, vt Ioãnes Bapt. Apost. & fors alij haberẽt fidem absolute maiorẽ: erat tamẽ maius ꝙ Centurio, homo Gẽtilis,

XVI. Commendatur, Centurio à tribus. 1. *Exod. 33. 2. Cor. c. 10.* 2. 3. Quomodo Centurionis fides maior Israelitarum.

ignarus Scripturæ & Legis, ac Messiam non expectatat sine magnis motiuis, crederet quam quod alij à lege instructi. sicut si peroraturus coram Rege rusticus, an alphabetus aliqualiter bene peroret dicitur optime declamasse & melius exercitatis Oratoribus, quia maius quod ipse solo naturæ ductu, sine cultura artis tantum præstiterit, quam quod Oratores optimi faciant aliquid beneficio artis & vsus, vel si aliquorum fides interna fuerit, maior nullius tamen professio fuit tam digna. Christus vero non sistit in fide interna sed professionem requirit: nam *corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. & Iacobus *fidem* ait, *per opera ostendi*, ne vel abesse putetur, vel mortua sit. Vitam hominis opera indicant, vt respiratio, ac motus, hic fidei vita ex operib⁹ cognoscitur. Si ad Christianos veniat Christus, qui dicunt se fidem habere, sed operibus eam negant, pleni superbia, ira, luxu, &c. nunquid tales agnosceret suos? imo reijciet vt alienos. Audi. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, sed qui facit voluntatem Patris mei. Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Vide ergo fidem operibus viuam exhibeas, nō otio suffoces. Sic viue, vt fidem tuā Christo per opera probes: hæreticorum vero fidem nudam & malorum fidem sterilem, fuge; quos nunquam fides inferno expediet.

Simile. *Rom. 10. 10.* *Iacob. 2. 22.* *Galat. 5. 21.* *Matth. 7. 21.*

XVII. *Ego autem dico vobis quod multi ab Oriente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in Regno cælorum, filij autem Regni eijcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentiū.* Quia fides Centurionis figura erat futuræ Gentilium fidei, transit Christus ad Gentium conuersionem: tum, vt Iudæos præsentes terreat; tum, vt alios instruat: nihil mirum quod à Iudæis receptus non fuerit, cum & ipse hoc, præcipue per Isaiam, prædixerit. Per *Orientem*, & *Occidentem*, mundus vniuersus notatur. Origenes per *Orientem*, eos intelligit qui statim à baptismo abeunt in gloriam, per *Occidentem* vero, qui per multas tribulationes. De cęlo quatuor hic dicuntur. *Primo*, quod sit regnum: vt nos eo alliciamur. Regnum autem est, non solum quia illic nos Christus reget clementer, non tyrannicè, vt homines solent: sed quia etiam nos reges erimus, regnumque possidebimus. *Secundo*, quod non sit regnum terrę, vbi lites, & prælia

Fides Centurionis figura. c. 43. per totum Oriens & Occidens quid. De cœlo dicuntur hic 4. 1. Cœlum regnum. *Apoc. 1. 6. & 1. Pet. 2. 19.*

prælia: sed cœlorum, cuius tanta species, vt quæ iam putamus pulcherrima, Sol, Luna, stellæ, illic sub pedibus sint. *Tertio*, 3.
quod illic erit quies, imo discubitus. cœli enim gaudium, cœnæ sępius Scriptura comparat: quia illic perfecta satietas, sine *Lu. 14. & 22.*
vlteriori inquietudine. *Satiabor*; ait Dauid, *cum apparuerit* *Apoc. 19. 17.*
gloria tua. Quarto, Quod sedebunt ibi Gentes cum Abraham *Psalm. 16. 15.*
Isaac & Iacob: tum, vt videamus factas ad eos promissiones 4. Cur mentio Abrahā Isaac, &c.
Dei, non tam de temporalibus, quam de spiritualibus intelligendas fuisse, etsi hæc per illa figurabantur: tum, quia Deus
vocatur ipsorum Deus: tum, quia fides in ipsis fuit clarior 1.
teste Hieronymo: tum denique, quia sunt fidei Patres, & 2.
primitiæ, quibus primus mensæ locus debetur, & Iudæi 3.
quidem eos sequi tanquam filij debebant; sed quia fide, et- 4.
iam loco excident. Vocantur autem Iudæi *filij regni*: quia nati ex eis quibus facta regni promissio: & quia regnum Dei aliquando intra eos fuerat, cum diceret Dauid: *Notus in Iudæa Deus*, in *Israel magnum nomen eius.* Verum infidelitas eos non tantum primo, sed omni loco eijciet, totoque regno, in tenebras exteriores. addit autem hoc Christus, cum quadam seueritate, vt territi peccatores conuertantur. infernum, ait Chrysostomus, fecit Dei misericordia; vt peccatores eo terreantur. Errant ergo qui solum cœli mentionem ferunt, non inferni. sicut errat pater, qui solis blanditijs filium à malo cohibere vult, nec proficit: correptio adhibenda nonnunquam, & castigatio, idque ex misericordia. Pharisæos Christus ab auaritia deterruit, exemplo epulonis, quod tum adhuc teste [a] Ambrosio, [b] Hieronymo, [c] Augustino, [d] Gregorio, recens contigerat. Errant etiam Caluinistæ, cum Dei filios, id est, fideles negant posse damnari: hic enim audimus filios regni eijciendos. & Iudas ante Apostolus cecidit; & Paulus castigat corpus ne reprobus efficiatur.

Iudæi cur filij regni.
Psal. 75. 1.
In princ. hom 15. ad populū Antio. h.
Simile.
a *In Luc.*
b *Lib. 2. cont. Iouinia.*
c *Li. de cura pro mor. c. 14.*
An Dei filij possint damnari?
d *Lib. 4. Dialog. c. 29.*
1. Cor 9. 27.

Innuit hic Christus sex genera pœnarum in damnatis. *Primo*, Eijcientur; significat pœnam damni & perpetuam priuationem visionis Dei, ad quam conditi sumus. Estque hæc pœna grauissima, tum quia in Deo solo est omne bonum & extra ipsum omne malum. tum quia visio Dei erat finis noster

6. Pœnarū infernaliū genera. 1.
Hom. 9. ex 10. in fine.

rerumque omnium. Audi Augustinum. *O infœlix anima, etiamsi te Deus non mittat in pœnam, & tantummodo faciem suam te videre non permittat, nunquid non melius fuerat te natum non fuisse?* Dum hic viuimus pœnam illam non æstimamus, imo multi concederent Deo cælum si eis perpetuaret terram, idque quia gloriæ magnitudinem nescimus, sicut vrbes non desiderat rusticus, qui eas non vidit, & quia obtenebramur hic, *ac terrena inhabitatio deprimit sensum,* cum vero anima corpore exierit passionum nube discussa videbit lugens, quantum sit quod illic amittit, & hic contemsit, quamque facili labore illud potuisset acquirere, ad quod tot vndique gentes accurrunt. *Secundo eijcientur,* significat ignominiam damnationis si iubente Rege Patre filius aula eijceretur à carnifice, damnareturque ad triremes esset infamiæ, & tristitię grauissimæ caussa, at vero infamius multo erit, & horribilius, cum à dæmone damnati instar lapidis molaris præcipitabuntur, vt ait Scriptura in abyssum, quæ à terræ superficie 800. milliaribus distat exclusi perpetuo à gloria, vide quanto cælum regno terreno pręstet, & infernus omni malo terreno sit abominabilior, ac diabolus omni carnifice deterior. *Tertio Eijcientur.* Pœnæ æternitatem significat sine vlla spe liberationis. *Quarto*; Videbunt eos quos hic spreuerunt paratas sibi sedes occupare. Tantus erat apud Iudæos Gentium contemtus, vt non solum, cum eis nollent manducare, sed neque in ędes eorum ingredi, *ne contaminarentur.* Lazarum spreuit epulo, & hodie pauperem diues, sed quanto cruciatu videbunt hos in gloria post fulgẽtes tũc exclamabũt, ꝙ est apud Sapientem, *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei?* Nos insensati, &c. Eiectionem hanc Chrysostomus omni alia pœna dicit grauiorem. *Intolerabilis quidem est hæc, & illa pœna: tamen licet quis innumeras ponat gehennas, tale nihil dicet, quale illa felici excidere gloria, à Christo odio haberi, audire, nescio vos, accusari quod eum esurientem non pauimus.*

[Margin: Sap. 9. 15. — 2. Simile. — Apoc. 18. 21. — 3. — 4. — Joan. 18. 28. — Sap. 5. 4. — In principio 30. nu. 47. ad populum Antiochenum. — Matt. 25. 37.]

Quinto Mittentur in tenebras exteriores: quarum diuersa apud SS. PP. interpretatio. Augustinus dæmones intelligit, distinguitque tenebras exteras, ab exterioribus: illæ enim hic sunt, in infidelibus, hę in inferno, in dęmonibus. Alij ideo

[Margin: 5. Pœnæ exteriores quid. 1. Epist 120. ad Honoratum. — 2.]

ideo dictum volunt, quia peccator dum viuit, tenebras habet interiores, post mortem habebit etiam exteriores. Alij imum intelligunt inferni locum: sicut enim in cœlis gloriæ distinctio est, sic & inferno diuersitas pœnæ, grauissimam vero patientur, qui, cum Pharisęis, agnitam veritatem impugnant Alij Christum dicunt alludere ad tenebras extra cœlum: quia enim cœli gloria cœnæ comparatur, cœnæ autem celebrantur vespere, ad lucem ita vt extra cœnæ locum tenebræ sint: recte infernus, *tenebræ exteriores*, vocatur: vt in eadem allegoria permaneamus. Cœli lux non à sole erit, sed à Christo, & beatorum corporibus, terram sol hic illuminabit septuplo, quam nunc, clarior, vt ait Isaias, sub terra nihil præter tenebras, easque duplices. *Priores* sunt interiores animę, quę peccato fœda, & nigra, gratiæ lumine carebit; intellectu pœnarum magnitudine etiam impedito. De Cancellario Parisiensi nomine Philippo, scripsit ante annos 350. Cantipratanus; quod Episcopo post mortem apparuerit, nuntians se damnatum, ob beneficiorum pluralitatem, simulque rogās, an mundus adhuc staret, cum tot quotidie ad infernum descenderent. Cui, cum ille mirari se diceret, de hac quęstione ab homine antè docto proposita, respōdit Cancellarius; Noli mirari: *apud inferos enim nec opus est, nec ratio, nec scientia, nec sapiētia*. Posteriores tenebræ exteriores sunt, sine omni claritate, nisi quanta requiritur vt damnati, ait Gregorius, se mutuo, ad maiorem pœnam, conspiciant. habebit illic, teste Basilio, & Gregorio, ignis virtutem vt ardeat, non vt luceat. *Sexto*, Est; pœna sensus, quæ per fletum, & stridorem significatur: eritq; in inferno post vltimum iudicium verè, & corporaliter, ante illud autem, tantum analogicè. Aliqui duo hic pœnarum genera intelligunt, de quibus Iob; *Transibit à calore nimio ad aquas niuium*: quasi fletus calori, stridor frigori respondeat, ita Hieronymus, & post eum explicat id Beda, ex visione Drietelmi, qui, vt alias dixi, in purgatorio (cuius pœnæ multum, cum pœnis inferni conueniunt) animas vidit, vicissim à calore ad frigus transeuntes. Anselmus per fletum, intelligit angores animi, per stridorem vero, angores corporis, alij per fletum, tristitiam de pœnis præsentibus, per

Caietanus. 3. Theophilact. 4. Isa. 30. 26. Tenebræ inferni. 1. Cant. l. 1. Apum. c. 39. §. 8. 2. Greg. 9. Mor. c. 49. Basil. Psa. 28. Greg. 6. Pœna. Iob 24. 19. Hier. in cōm. Iob. Beda lib. 5. hist. Angl. c. 8. & s. post Purg. to c. 9. 8 Fletus & stridor quid Ans. in cōm.

ſtridorem, metum intelligunt de futuris. In hoc mundo, ait Greg. amitti metum, cum malum quod metuitur adeſt, in inferno non. Alij ſtridorem referunt, ad iram damnatorum, qua & alios, & ſe ipſos deteſtabuntur, de neglecta virtute, & amatis vitijs. Certum nullum in inferno ſonum, niſi vlulantium, gementium, blaſphemantium, execrantium, pœnaſque illic fore varias caloris, & frigoris; famis, [a] & ſitis, ictus [b] malleorum, [c] catenarum, [d] ſulphuris, & picis. Cypryanus impudicos ait in adipe ſua, & ſartagine frigendos. Alij præcipitia, alij rotas, alij ſuperpoſita ſibi pondera ſentient. Certum quoque Chriſtianis parata grauiora tormenta, quam infidelibus: cui enim *multum donatum multum ab eo requiretur*. Vide gratiam Dei obſerues, ne ſicut aliquando Ethnici, Iudæos; ita nunc te, prçueniant ei, qui in Peru, China, Mexico, Braſilia, Iaponia ad fidem conuertuntur. Deus tui non eget, ſi negligis paratam tibi coronam, inueniet ille, qui diligant. Caue ab inferno, ſi enim illuc deſcendas, grauiſſima, ob datas tibi hic gratias, tormenta ſenties.

Greg. 9. Moral. c. 48.

a *Luc. 6. 25.* b *Prou. 19. 29* c *Matt. 22. 13* d *Apoc. 20. 10* *Cypr. ſ. de aſcenſione & ſ. de laude martyrij.* *Luc. 12. 48.*

Et dixit Ieſus Centurioni, vade, & ſicut credidiſti fiat tibi & ſanatus eſt puer in illa hora.

Non dixit Dominus iſta Centurioni, qui domi remanſerat: ſed miſſis ab eo, qui regreſſi, ſeruum inueniunt ſanum. Diſce hic *Primo*, Fidei opus & meritum, ſi mortua eſt, nihil operatur, ſi dormit cum decem virginibus, id eſt, ſi in gratia quidem ſis, langueas tamen, parum, & raro de ſalute cogitas, ad temporalia effuſus, ſin viuit, & viget, multum lucraberis. Secundum fidem enim fiet tibi; Fidem ergo in omni opere adhibe. Templum ingreſſus, exaudiendum te crede, ſi expediat, in re familiari, Deum cogita inſpectorem, & benedictorem: in aduerſis, patientiæ mercedem crede. nunquam fides abſit, nam vt per artem meretur artifex, ita per fidem, Chriſtianus, *quicquid* vero *ex fide non eſt, peccatum eſt*. Non dormitet ergo fides, ſed vigilet, multos dormientes opprimit & dormitantes Chriſtianos peccatum.

Fidei viuæ meritum. *Matt. 25. 5.*

Galat. 5. 6.

Rom. 14. 23. Vnus alterũ iuuat. *Amb. l. 2. in Luc.* *Cyril. catech. 5.*

Diſce *Secundo* cum Ambroſio & Cyrillo fidem vnius, alteri

teri prodesse, impetrat enim fides Centurionis seruo, de cuius fide non legimus, sanitatem, sed fides illa non sistit in intellectu, opere probari debet. orans impetrat, laborans meretur, non sibi solum, sed & alijs. feruens enim Christianorum oratio, cum bonis operibus multum potest.

Disce *Tertio*, Animam tuam si peccasti, seruam esse. Tria **Peccator**
sunt seruoruum genera, *quidam* enim nascuntur tales, vt nos **seruus.**
ante Baptismum, *quidam* captiuitate fiunt serui, vt de mortali- **Seruorum tria genera.**
ter peccantibus dixit CHRISTVS: *qui facit peccatum seruus* 1.
est peccati. & Sapiens, *Sicut pisces capiuntur hamo, & aues la-* 2.
queo, ita homo in tempore malo. Alij, causa lucri, aut debiti *Ioan.8.34.*
soluendi, se in seruitutem vendunt, quomodo de Achab, *Eccl.9.12.*
alijsque quibusdam dicitur; quod fuerint *venditi vt facerent* 3. *3.Reg.21.25.*
malum: nempe, qui se totos in peccata profundunt. Expedi- *1.Mach.1.6.*
re ab hac seruitute, quot enim peccata, totidem habes paralysis magistros; qui à bono omni te impediunt, & torquent conscientiam, corpus, honores, aliaque bona quæ peccato læduntur. Si liber es, noli fieri seruus, sin seruitutem incidisti, fac quod suadet Salomon; discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ: id est, age quod potes, vt à peccato libereris. & si solus tibi non sufficis, alios adhibe, qui orent, & opitulentur. præstat enim sedere in medio inimicorum, quam vel vnica nocte permanere in peccato mortali.

ORATIO.

DOMINE *Iesu Christe creator omnium, & Domine, cuius voluntati nemo resistit, qui es infirmorum medicus, & miserorum auxiliator, qui leprosum verbo mundasti, & seruum Centurionis intuitu alienæ fidei sanasti, corobora fidem nostram, vt te cognoscere, tibique credere, & firmiter inhærere, ac seruire valea-*

mus: purga nos ab omni lepra peccati, sana ab omni infirmitate; & licet digni non simus vt intres sub tectum nostrum: ne tamen deneges nobis aduentum tuum, para tibi in nobis locum, & excita desiderium suscipiendi sacratissimum Sacramentum tuum: cumque in eo nos visitas, animam virtutibus exorna. Oramus etiam, vt ægrotantibus corpore, digneris subuenire patientiæ saltem vel sanitatis dono. Patribus familias & famulis gratiam instilla cognoscendi statum suum, vt eo digne tibi seruiant cum omni hilaritate. Trahe omnes ad te desiderio gloriæ, auoca à peccatis timore pœnæ, atque nouissimorum omnium; vt tibi constanter seruiamus, qui cum Patre & Spiritu Sancto viuis & regnas in æternum. Amen.

DOMI-

DOMINICA IIII. POST EPIPHANIAM.

Euangelium Matth. 8.

N illo tempore, ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Breuis Euangelij exegesis.

Ostquam Dominus populum instruxisset, & miraculis dicta firmasset, fatigatus, nauem vespere cum discipulis, vt ait Marcus, ingreditur, in lacu Genesareth, qui ob sui magnitudinem, etiam *mare* vocatur. erãt porrò ibi aliæ naues: multi enim Christum sequebantur, vt eius audirent verba, & viderent signa. Dũ nauigant, Dominus in puppe super ceruical dormiuit, non ficte (vt quidam volunt) sed vt se verum hominem ostenderet, & infirmitatibus humanis, fatigationi, fami, siti, somno obnoxium, interim

tempeſtas oritur, & naui Chriſti, atque alijs periculum, quod non factum Domino vigilante; tum, ne putaretur ipſo inuito fieri, tum, vt Apoſtoli maiori cũ ſolicitudine auxilium implorarent: ſollicitudo enim vtilis eſt, ſi ducat ad CHRISTVM. Apoſtoli ergo periculo territi Chriſtum adeunt, eumque excitantes, rogant liberationem. Chriſtus eos nõ de excitatione reprehẽdit, hæc enim ſignum erat, quod ab ipſo liberandos ſe crederent: ſed de modica fide, quaſi dormiens eorum curam non haberet, atq; ita animas prius, quam corpora ſanat; tanquam digniores, dein mare increpat, & ventos: non quod peccarint, vel increpantem intellexerint, ſed fors quia dęmonum malitia tempeſtatem excitarat: ſicut in ſub-
Iob. 1. 19. uerſione domus B. Iob, & in plagis Aegypti, quas
Pſal. 77. 49. Dauid, *immiſſiones* vocat *per Angelos malos*. Nempe videbant illi transfretare Chriſtum, vt eos magno numero, puta integram legionem, fugaret: ideoque impedimenta parant, ſed fruſtra. Præcepit enim Dominus mari. Tace, obmuteſce, & ecce ſtatim duo miracula, ventus omnino ſilet, & mare, nõ paulatim vt alias, ſed ſubito, ſedatur: fugebãtur enim ventorum concitatores diaboli, & creatoris ſui vocem, mare ſentiebat. Apoſtoli, alijq; qui erant in alijs nauibus hoc viſo valde obſtupuerunt: quia nunquam homo ſic fecit. Moſes mare aperuit, ſed virga percuſſum: Elias, & Eliſæus, Iordanem diuiſerunt, ſed oratione, & pallio. Chriſtus vero tanquam maris, & aeris Dominus, ſolo verbo imperat, increpat, minatur. Timuerunt quoque videntes eum puro homine, & opinione ſua maiorem: ideoque quærunt, *Quis putas iſte eſt, qui ventis & mari imperat, & obediunt ei?* quaſi ratione vtantur.

Docu-

Documenta Nonæ Concionis.

PROPONITVR hoc Euangelium post Domini natiuitatem, vt discamus. *Primo*, In eo veritatem vtriusque naturæ, qui vt homo, nauem ingreditur, & dormit: vt Deus, ventis imperat, & mari. *Secundo*, Vt caussam incarnationis discamus. venit enim Christus, vt nos per mundi mare traducat: sicut Israelitas Iosue traduxit Iordanem. Porro traiecit Christus, vt duos energumenos liberaret à *6666*. dæmonibus, qui deprecantur, vt non mittat eos in infernum, sed in porcos, quorum illic duo millia pascebantur, eoque obtento, porcos in mare abreptos suffocarunt. Fecit miraculum hoc Christus. *Primo*, Vt nos ostendat, vallari extrinsecus nō minori dæmonum numero; quam hos duos intrinsecus. Aerem obsident, &, vt B. Petrus ait, *circumeunt quærentes quem deuorent*. Faciamus ergo quod in sylua latrocinijs obnoxia nuntij, qui pecuniam portant, id est, citra strepitum, & ostentationem expediti pergamus. *Secundo*, Vt animæ pretium ostendat; quam tam multi sibi quærunt. *Tertio*, vt gloriæ cœlestis cogitemus dignitatem, quam nobis diaboli inuident. *Quarto*, Vt inferni pœnas examinemus, quas & diaboli horrēt: quid ergo tu, quem pulex lędit? *Quinto*, Vt videamus non omnes Dei filios, quos ille exaudit. hic enim diaboli impetrant, quod petierunt; sed ad sui ignominiam. *Sexto*, Vt diaboli discamus nequitiam, qui primò animę insidiatur; quam si non expugnat, corpus lædit, aut bona. vt factum B. Iob; quo ad impatientiam prouocet. *Septimo*, Vt Diaboli discamus impotentiam, qui nec in animam, nec in bona, imo nec in porcos, sine Dei permissu, quicquam potest: ac proinde non metuamus, Deus enim non sinet nos tentari *supra quam possumus*. Permittit Christus porcorum inuasionem, & suffocationem. *Primo*, Vt suum erga homines amorem ostendat, qui pro duorum liberatione, perdit bis mille porcos: vt & nos omnia, pro salute proximi, impendamus. *Secundo*, Vt ostendat quo nos diaboli agerent, si permitteret ipse: nempe, in extremam perditionem. *Tertio*, Vt

[Margin: **Cur hoc tempore præsens Euang. legatur?** — 1. — 2. — *Iosue 3.17.* — **Caussæ huius miraculi.** — 1. — *1. Pet. 5.8.* — 2. — 3. — 4. — 5. — 6. — 7. — *1. Cor. 10 13.* — **Cur permissa porcorū suffocatio.** — 1. — 2. — 3.]

Leuit. 11. 3. Vt videas quid in nobis destruat Deus. Porci enim, quia lege antiqua *immundi* erant, peccatum significant. Cum ergo in temporalibus damnum sentis, cogita à Deo ea auferri, quia fors iniuste acquisita, aut labore vetito diebus festis, aut opere illicito, vt faciunt meretrices, vel quia eis eras illicito vsu-
1. Tim. 6. 9. rus. de diuitibus enim, ait Apostolus, quod *incidant in laqueos,*
4. Iob. 40. 16. *& in tentationem Diaboli. Quarto,* Vt videas qui sint cubile dæ-
Greg. in côm. monum: carnales nempe, & impudici. delectatur ille, vt ait, Iob *locis humentibus:* id est, ait Gregorius, impuris & sordidis. Sciebat CHRISTVS se à Gerasenis statim ablegandum, neque facturum illic aliud præter duorum hominum liberationem: innuit tamen, vt discamus etiam vnius animæ lucrum, omni labore quærendum: quamuis illa abiecti hominis sit, & vilis. nam & energumeni hi, viles fuêre, habitantes in desertis, & sepulchris. Vnum est animarum omnium pretium; vide ergo, vt omnes, quas potes adiuues.

Cur eat Christus ad eos à quibus se sciebat vix recipiendum.

Nauicula Christi non nauis.

Non ascendit Christus nauem, sed nauiculam: vt humilitatem commendet. vilia amat, & contemptibilibus mundi dona sua includit. mercatorum instar, qui pretiosissi-
1. Simile. ma, condunt arcis ad speciem vilibus, vilia vero, arcis nobilioribus: vt prædones fallant. sic in Ecclesia, quæ dignissima sunt, egena videntur: vt Sacramenta, Scriptura, Apostoli, Religiosi, Fœminæ piæ &c. quæ Dei in se virtutem habent,
2. & diffundunt. *Secundo,* Vt Apostolos doceat periculi contemptum. Periculosum est mari se nauicula committere: sed
3. faciendum, cum iubet Deus, qui non deseret suos. *Tertio,* Ad Apostolorum obedientiam probandam. Examinat enim suos Deus, non solum antequam eis det gloriam, sed & antequam talenta sua eis hic committat. sic de quibus scribit
Ioan. 2. 24. Ioannes, *Iesus autem non credebat se eis.* & Thobiæ dictum,
Thob. 12. 13. Gen. 22. 1. *Necesse fuit vt tentatio probaret te.* Probatus Abraham in im-
Sap. 3. 6. molatione Isaac. & *tanquam aurum in fornace* probantur electi omnes. multi CHRISTVM sequuntur in planitie, id est, sub commodis, sed non ascendunt ad montes, vbi
Psal. 48. 19. labor, neque in mare, vbi pericula, neque sub spinis, vbi tormenta. *Confitebitur tibi,* ait Dauid, *cum benefeceris ei.*

multos

multos videas in prosperis quotidie Sacro interesse, templa obsidere, ad perfectionem aspirare: sed si morbus ingruat, vel amicorum funera, aut aliud aduersum, quasi de iniuria queruntur. His non credit se CHRISTVS, neque norunt illi, quod filijs Dei est dulcissimum: nempe consolationem ex tribulatione. Dixit aliquando quidam: *Magister sequar te quocunque ieris.* cui CHRISTVS: *Volucres cœli*, ait, *nidos habent, & vulpes foueas. Filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum:* quasi dicat, qui me sequitur non promittat sibi prospera; sed tribulationes, & aduersa: quæ tamen scientibus fructum eorum, dulcescunt. Quantum pro vna mundi voluptate sudatur? venatores vt leporem capiant, spinas terunt, & tribulos, vestes lacerant, corpus lædunt, & aliquando frustrà. & tamen nihil omnino habet mundus, quod vel minimum Christiani hominis laborem mereatur, tanta est animæ dignitas. præmium, etiam hic, accipit quisquis Christum sequitur. neque Apostolis in hoc vlla difficultas. Discamus ab eis perfectam cum proximo amicitiam iuxta illud Sapientis: *Omni tempore diligit, qui amicus est.* non in prosperis solum, vt quidam mensæ amici, qui prædam quærunt non amicitiam: canis instar, qui ossa dum carnem habent, arrodit.

Matth. 8. 19.

Terrenorũ vtilitas.

Prou. 17. 17.

Nota CHRISTVM ante Apostolos nauem ingressum, vt doceat Superiores omnes, tam Politicos, quam Ecclesiasticos, subditis non verbo solum, sed & exemplo præire. Verba quid fieri debeat ostendunt, exempla vero id fieri posse conuincunt, animumque incendunt. Dicebat militibus suis Gedeon: *Quod me facere videritis, hoc facite.* fregitque lagenas, quæ claudebant lumen: cumq; idipsum alij omnes fecissent, Madianitas sine suorum sanguine triumphauit. Corinthijs scripsit Apostolus, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.* nam *Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum.*

Superiores etiam facto præeant.

Iud. 7. 17.

1. Cor. 11. 1.
Matth. 5. 19.

II. *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Christum quoque vadit, motus comitatur: siue in bonum, siue in malum. Vix nascitur, & venientibus Magis *turbatur* HERODES, *& omnis Ierosolyma cum illo.*

Christum comitatur motus.

Matth. 2. 3.

Domi-

Matth.21.10. Motus malorum. Dominica Palmarum, *commota est* vniuersa ciuitas dicẽs, *Quis est hic?* Mali contra Dominum mouentur, quia eorum peccata reprehendit. vt significauit terræ motus in morte Domini factus. Euangelij prædicatione commotus est vniuersus orbis, & insurrexerunt aduersus illud, impij; vt exterminaretur.

Motus bonorum. Porro alia est bonorum commotio, de qua intelligi potest, quod obiectum Domino: *inuenimus hunc subuertentem gentem nostram, & commouet populum.* sic commoti Magi, & Pastores ad stabulum: Magdalena, ad Pharisæi domum, vt prostrata ad Domini pedes lachrymis, crine, & vnguentis eos lauaret, tergeret, vngeret. sic stratus Paulus, orbem totum conuertit.

Moti Apostoli & Iudas. Vide num & tu Domini aduentu commouearis. In Eucharistia Apostolos Dominus accessit, & Iudam: sed illi ad amorem, & passionis societatem incensi; Iudas ad scelus, & proditionem à Sathana commotus. Idem sermo aliquos sanat, alios scandalizat. Si adolescens quis Religionem ingreditur, & mali mouentur, & boni: illi ad iram, quod talis tantusque mundo renuntiet; hi ad gaudium, quod exemplo præcedat.

Motus persecutionũ. similiter cum primis Ecclesiæ temporibus persecutio vigebat, quosdam timor mouit ad Apostasiam, alios amor accẽdit ad palmam, qui etiam sponte se tyrannis obtulerunt ad pœnam. Ora Christum, vt suo aduentu te moueat, sicut olim

Ionæ 3.5. Niniuitas, ad veram peccati cognitionem, & fugam. vt in

1.Reg.5.3. templo cordis tui idolum Dagon deijciat, & statuam Nabu-

Dan.2.32. chodonosoris ex auro, argento, ære, ferro, compositam con-

Cant.5.6. terat, id est, passiones superbiæ, auaritiæ, inuidiæ, & iræ extinguat. De se canit Sponsa, *Anima mea liquefacta est.* Noli ergo tu, vt glacies obdurari: amoris flammam concipe, fluat humor lachrymarum, emollire, & in Dei manus refundere; vt fingat te, pro suo arbitrio, sicut ad formam vasis figuratur aqua.

Motus cur permissus. 1. Periculum huius vitæ. Motum maris permisit Christus. *Primo*, Vt doceret; hic etiam se præsente non esse quietem. Quantus fuit B. Paulus, & tamen *comprehendisse* se, ac *perfectum* esse negat. sed, *castigo*, ait,

Philip.3.13. 1.Cor.9.27. *corpus meum, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Timorem omnibus, casus Luciferi & Angelorum eius inculcat; item Adami adhuc innocentis, & Dauidis tam fortis. Cecidit Absalon speciosus, Salomon sapiens, Iudas Apostolus, Petrus petra,

petra, Tertullianus & Origenes doctissimi: Si Religiosus es, labêris, ni timeas. Diabolus in cœlo fuit, & cecidit, Adam in paradiso, Iudas in Apostolorum collegio. Vbi via lubricat, casus periculum est, etiam si duces habeas, & socios: nisi ipse continuo attendas. *Secundo*, Vt neminem in aduersis 2.
contemnas; quasi ea solis eueniant impijs: vt erroneè putarunt amici Iob. Tribulatio insigne Christi est, quo charissimos sibi, lectissimosq; milites signat. Peccatum quidem aduersitatum ianua fuit, neque venissent hæ ad nos nisi Adam ianuam aperuisset: sed non semper omnes, ob propria sibi peccata, eas patiuntur. Si stetisset Adam, fuisset via salutis facilis, & plana: sed asperauit eam culpa, quæ non fugatur nisi pœnâ: sicuti nec morbi, aliter quam medicinâ. Hinc Dauid, *Priusquam humiliarer*, seu tribularer, *ego deliqui*: quasi dicat, caussa humiliationis est delictũ. De morte ait Sapiẽs, *Deus mortem non fecit: sed inuidia diaboli introiuit in orbem terrarum*, nempe in peccatorum pœnam. Mundus ergo ex Paradiso voluptatis post peccatum, transijt in vallem afflictionis; ideoque huius participes sunt omnes; pluuiam sentit, quisquis per eam ambulat. Vide tamen hic Dei sapientiã, & bonitatem. Tribulatio de se malum quoddam est; tollit enim aliquod bonum, puta, sanitatis, honoris, &c. & Deus conuertit ipsam in bonum, ita vt hic, & in futuro coronam mereatur. est enim instrumentum, quo peccatores conuertantur, peccata remittantur, & iustis dona tribuantur. Sicut in Ecclesia tres actus ponit B. Dionysius, nempe purgare, illuminare, perficere: sic tribulatione ad hos omnes vtitur Deus. *Primo*, namque purgat, quia vt aquam calor diffundit, frigus stringit: sic lætis homo effunditur; Dei, & sui oblitus; aduersis vero, ad se reuertitur: instar filij prodigi, qui postquam à mundo, tribulatorum osore, desereretur, resipuit. atque ita homo recogitat annos priores, impleturque illud Iob. *Etsi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera eorum & scelera eorum*, & quod Isaias ait, *Vexatio dat intellectum auditui*. cognitis vero peccatis ad Deum cum filio prodigo accedit, dolet, confitetur, proponit emendationem, tribulationem accipit pro pœnitentia, & non ab inferno solum, sed frequenter quoque à pur-

Tribulatio Christi insigne.
Tribulationis initium.
Psal. 118. 67.
Sap. 1.
Mundi vitiatio.
Dei bonitas.
Dion. c. 3. cal. Hier.
Tribulationis tres effectus.
1.
Iob. 36. 8.
Isa. 28. 19.

purgatorio liberatur: imo & à peccatis futuris; dum mala inclinatio, & passiones, quæ peccati initia sunt, tribulatione sopiuntur. Refert de Religioso quodam Hieronymus: quod cum tentationes carnis, quibus grauissime stimulabatur, Superiori suo aperuisset, hic aliquem subornarit, qui Religiosum hunc de grauissimis peccatis accusaret, vnde tantus ei mœror, vt nihil aliud, nisi quomodo obiecta dilueret, cogitarit: cumque res ista annum integrum durasset, rogat eum Superior, quomodo ageret cum tentationibus carnis? & ille, vix vita lubet, & lasciuiæ tentatio lubebit? *Secundo*, Tribulatio illuminat. est enim *collyrium* illud, q; Laodiceæ Episcopo commendatur. Thobias neque quæ infra se, neque quæ supra erant, vidit; donec oculos eius filius *felle piscis*, quem in Tygri ceperat, illeuit & nos cæci, donec Deus oculos felle piscis, qui in aquis huius mundi natat, id est, tribulationis illinat, quo facto quatuor rerum genera cognoscimus. *Primo*, Quæ infra nos: in quibus sunt *primo*, sublunaria omnia, *Dein* infernus, & pugatorium. quia enim homo rationem habet, etiam est supra omnia irrationalia, quæ tamen vix nouimus nisi tribulatione illuminemur. neque enim ea Dei cogitamus dona; sed sanitatem, complexioni naturæ, diuitias, labori, & industriæ, honores, nobilitati, & prudentiæ ascribimus. Dein eisdem nimium affigimur & inhæremus. Tollit ergo ea Deus & morbos, paupertatem, cōtemtum immittit, vt bona priora discamus, fuisse ab ipsius benignitate, & esse in se caduca: neque eis toti adhæreamus, Dauidem audientes: *Vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mendacium?* Inferni quoque & purgatorij pœnas discimus, cum eas tribulationibus comparamus: quæ tamen ad illas vmbræ tantum, & picturæ dolorum sunt. de illis enim dixit Isaias. *Quis ex vobis habitabit cum igne deuorante, aut cum ardoribus sempiternis*. *Secundo*, Nos ipsos. in prosperis quisque se cum Episcopo Laodicææ diuitem putat, & nullius indigum, sed in tribultionibus, ac *virga* Diuinæ *indignationis* videmus paupertatem nostram. Ante prælium fortitudinem iactamus, & vires; sed in aduersis, facimus quod filij Ephrem: *intendentes arcum conuersi in die belli*. Quanta ante Domini captiuitatem spondebant Apostoli, sed

Hier ep. 4. ad Rust. c. 6.

2. Apoc. 3. 18. Thob 11. 15.

Per tribulationem videmus 4. 1.

Psalm. 4. 3.

Isa. 33. 14. 2 videmus. Apoc. 3. 17.

Thren. 3. 1.

Psalm. 77. 9.

ſed ingruentibus Iudæis *omnes relicto eo fugerunt*, atque ita ſe ipſos cognouerunt. *Tertio*, Quæ ſunt circa nos. nempe proximos, quos nunquam melius quam in tribulatione cognoſcimus. qui enim tunc non deſerunt, vere amici ſunt: quos Tertullianus frumento comparat, quod excuſſis vento paleis, in vanno remanet. Auguſtinus tribulationem torculari confert, quod oleum à fœce ſua ſecernit. *Quarto*, Quæ ſupra nos. id eſt, Deum: cuius iuſtitiam ex tribulatione diſcimus, dum peccata nulla, etiamſi nobis exigua pareant, impunita videmus. vt ex caſtigata Adami, Saulis, Ionathæ inobedientia, Bethſemitarum irreuerentia, & Sabbathi præuaricatione. Diſcimus præterea Dei miſericordiam; quia non ſinit nos tentari *ſupra quam poſſumus*, ſed magis adiuuat, vel tribulationem minuendo, vel dando ſolatium, vel mittendo auxilium. *Tertio*, Perficit tribulatio; quia ad finem, cuius gratia conditi ſumus, adducit. nempe, vt hic Deum amemus, & in futuro videamus. Præſentis vitæ perfectio, in amore eſt, qui nos Deo vnit, vnde Apoſtolus eum, *plenitudinem legis*, & *vinculum perfectionis* vocat. & Sapiens, *Deum*, ait, *time & mandata eius ſerua: hoc eſt omnis homo.* id eſt, perfectus eſt homo, ſi Deum, vt filius, timeat, & amet, eiuſque voluntatem impleat. Hoc autem pręſtat tribulatio. *Primo*, Quia animum dilatat vt plus gratiæ capiat. craſſæ patinæ ſimiles ſumus, quam malleus diducit, & profundiorem capacioremque reddit. Incraſſamur amore terrenorum, quæ à nobis alia excludunt: tribulatio, tanquam malleus, quod terreum eſt imminuit, auferens diuitias, honores, voluptates, atque ita cor alijs recipiendis diducitur: quod cum videt Deus, gratiam infundit, implens quod Dauidi promiſit; *Dilata os tuum, & implebo illud.* Deus enim fons eſt, qui vacua omnia replet. *Præterea*, tribulatio, quaſi calcar, nos ad virtutem impellit, ante tribulationem languemus; ſimiles illis quæ *dormitauerunt & dormierunt*, donec *factus eſt clamor*. clamor enim morbus, & quæuis aduerſitas eſt. Ablactatura infantem mater papillas amarore quodam oblinit, quo offenſus infans cibum dulcem quærit: ſic temporalia nobis DEVS amara reddit, vt ipſum toti quæra-

[Margin notes: 3. videmus. | *Tert. de fuga perſec.* | *Aug in Pſal. 83. initio.* | 4. videmus. | *Gen. 3. 6.* | *1. Reg. 15. 24.* | *1. Reg. 14. 43.* | *1. Reg. 6. 19.* | *Num. 15. 32.* | *1. Cor. 10. 13.* | 3. quod facit tribulatio. | *Rom. 13. 10.* | *Coloſſ. 3. 14.* | *Eccle. 12. 13.* | Tribulatio vnit Deo. | 1. | Tribulatio malleus. | *Pſalm. 80. 11.* | 2. | *Matth. 25. 5.*]

3. quæramus, & amemus. Accendit *etiam* tribulatio flammam amoris: sicut enim faber igni aliquando aquam inspergit, vt calor condensetur: sic Deus nobis immittit tribulationes, vt
4. diffusus ad creaturas amor in ipsum solum colligatur. *Quarto*, ad celeriorem cursum nos impellit. sicut enim viator qui offendit, si non labatur, saltat; facitque lucrum vnius passus: sic
Psalm. 15. 5. multiplicat Deus *infirmitates*, ait Dauid, vt acceleremus. *Quin-*
5. *to*, Virtutem custodit, tanquam ferrea cista thesaurum: aufert
6. enim occasiones effundendi nos ad temporalia. *Sexto*, In cœ-
Tert. l. de fuga persecut. *Gen. 28. 12.* los ducit tanquam scala Iacob, ait Tertullianus. Mali tribulatione deficiunt in peius, & descendunt cum Pharaone ad inferos: boni proficiunt in melius, & ascendunt ad cœlos. Cum Francisco iam omnibus exuto frater diceret, ridens: Vende mihi sudoris tui aliquid, pretio duorum obulorum: respondit ille, non vendam eum tibi, qui rides: sed Christo, qui eum dignissime æstimat. Tribulationes, ob sui copiam, hic vilent; nemo eas pretio comparat, sed potius amouet, & tamen in cœlo, vbi nullæ sunt, multum valent. Pharaoni dicebat Moy-
Exod. 8. 26. ses, *Abominationes Aegypti sacrificabimus.* nempe, tribulationes,
Psal. 50. 19. quas abominatur mundus, has qui sacrificat, cœlum emit. *Sacrificium enim Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.* Noli ergo cum tribularis, desperare, aut alios qui tribulantur, despicere. gratiorem Deo puta, quem
Heb. 12. 8. afflictiorem vides: & si *extra disciplinam es*, spurium te, ac adulterinum time: quia filiorum Dei insigne non habes, & forte hic plenam mercedem recipies.

Somnus Christi qualis? *Ipse vero dormiebat*, Somno naturali; qualis est noster, nisi quod noster simul necessarius sit, & potentias omnes liget;
Imp. ho. 24. Christi vero somnus, liber erat, neque intellectum à Dei visione, neque voluntatem impediebat, ab amore. vnde in
Cant. 5. 2. *Mar 4. 38.* Canticis, *Ego dormio*, ait, *& cor meum vigilat*. Marcus addit Dominum *ceruicali* vsum, quod aliqui suę mollitiei pallium prætexunt, nec cogitant Dominum in cruce, pro ceruicali habuisse spinas vsque ad mortem. Aliquid hic corpori indulget Christus, sed quam parce? non vtitur lecto, sed ligno, ceruical
Somnus secularium reprehēsus. tantum capiti supponit, docens, quanta corpori quies danda. Tria in sæcularium somno reprehendit scriptura. *Primo*,
1. Lectio-

Lecticarum pretia. *Secundo*, Impudicitias cogitationis, & tactus. item ipsam voluptatem iacendi, de qua Amos: *Væ vobis qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris*. *Tertio*, diuturnitatem. vertuntur enim *in lecto, vt ostium in cardine*. Septem horæ sufficiunt naturæ: quod autem amplius est, castitati periculosum est, & sanitati: delibatur enim corpus somno, ait Augustinus. Dedit Deus somnum vt agiliores redderemur, eo itaque fine vsurpari debet. Christus in vestibus iacet, super ligno, ad clauum, paratus si aliquid ingruat. sæpe humi dormiuit, vt Patrem commodius noctu deprecaretur. Lecti nullum pretium; quia lecto caruit. *Filius enim hominis non habet vbi reclinet caput suum*. Chrysostomum stantem dormisse, brachijs innixum, & mento funi imposito; scribit Metaphrastes. B. Ioannes Eleemosynarius strato, & tegmine vili vti solet, cumque aliquando ciuis Alexandrinus ei stragulam misisset 36. denariorum, petens vt ea noctu vteretur, acquieuit ille: sed prima nocte, nihil egit, nisi vt se increparet. *Quid hic agis sub delitiis? quot sunt Christiani famelici, & frigidi? quid dicet in iudicio Christus? Recepisti bona in vita tua. Non licet tibi tam pretiosis vti*. atque ita stragula postridie vendita, pecuniam pauperibus dedit: cumque idem ciuis qui donarat, eam emisset; remisit eam Patriarchæ; ille vero acceptam rursus vendidit, pecuniam tradens pauperibus: cumque tertio ei à ciue eodem empta esset, & reddita; ille, *videamus*, ait, *vter fatigetur prior ego vendendo, an tu emendo & reddendo*. Quantum ab humilitate, & misericordia hac nos absumus! quibus non lecticæ tantum, sed parietes quoque; & equi auro fulgent: cum interim Christiani multi fame, & frigore concutiantur: CHRISTO non minus quam nos coniuncti, & eodem sanguine redempti.

2. *Amos 6. 4.* 3 *Prou. 24. 14.* *Aug. l. de quant. anim. ca. 31.* *Matth. 8. 20.* In vita eius *Leont in vita eius.* *Luc. 16. 25.*

Dormit in hac tempestate Christus, vt doceat: *Primo*, Iustos ad omnia impauidos esse debere: *Non contristabit iustum*, ait ille, *quicquid ei acciderit*. Sic inter milites dormiuit Petrus; etsi sciret mortem sibi ab Herode parari. *Secura mens quasi iuge conuiuium*: in quo nullus luctus, sed plenum gaudium. Non timebant Martyres tormenta, quin lætabantur spe paratæ gloriæ, & propitij Dei certo auxilio. Sunt & inter malos quidam

Dormit Christus. 1. *Prouer. 12. 21.* *Prouer. 15. 15.* Securi mali

dam securi, neq; plagas à Deo, immissas Reipublicæ timent; quia opibus, vel astu se ab eis expediunt, quantumcunq; bella, vel fames, regionem premant. de quibus dixit Dauid: *In labore hominũ non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Horũ figura Ionas fuit, qui sub tempestate dormiuit quidem; sed postmodum in mare eiectus est. Refert B. Petrus Damianus; fuisse in Lombardia quendam, qui ab omni calamitate se astu expediebat: post mortem, Religioso cuidã visus est, in lacu ignito huc illucq; natans, vt effugium inueniret: sed stabãt ex omni parte ad ripam dracones, ore hiante eum excepturi, qui ab egressu terrebant. vt discamus eos quos hic mala non tangunt, malo æterno obruendos.

Psal. 72. 5. Typus. *Iona 1. 5. & 15* *Petr. Dam. ep 14. c. 4.*

2\. Discimus *Secundo*, quanti periculi sit, superiorũ erga subditos neglig ẽtia. tunc. n. *inimicus zizania superseminat.* Sauli dormienti hasta ablata est, & scyphus aquæ. Noe dormientẽ filiꝰ derisit. Loth filiæ deceperũt. nempe initiũ omnis mali, est hęc negligentia; ob quam diuinæ gratiæ aqua, & bonorũ operũ robur aufertur, ac subditi in vitia omnia labuntur. Vigilare ergo Superiores debent, quia pendet ex ipsis salus subditorũ; non minus quã à speculatore, salus vrbis. Magna negligentibus Superiorib. minatur Deus, & tanquã mali omnis causas, his verbis, Scriptura terret. *Iudicium durissimũ his qui præsunt, fiet. Potentes potenter tormenta patientur. Fortioribus fortior instat cruciatio.* Peccata subditorum quæ non impediuerunt, vt debebãt, in ipsos recident. ideoq; beatius multo est subesse, quam regere etsi præpostera mundi stultitia, pręsides putet beatiores.

Negligẽtia superiorũ. *Matt. 13. 25.* *1. Reg. 16.* *Gen. 9 21.* *Gen. 19. 33.* *Sap. 6. 6.*

3\. *Tertio* discimus. Videri aliquando quasi Deus dormiat cũ nec pœnas experimur, nec auxilium. Qui dormit ad omnia manet immotus; siue laudetur, siue vituperetur. Multi hic Deum verbo, & opere laudant, aliqui impie blasphemant: silet ille, quasi non audiat, & progreditur impietas eo vsq;, vt dicat *non est Deus*: sed nesciunt quod superueniet eis maledictio. Noe euigilans maledixit Cham, sic euigilabit Deus, & blasphemos æternæ damnationis fulmine prosternet; ostendens se ad tempus quasi relinquere iustos, vt in æternum assumat; impios vero in æternum perdat. *Quarto*, discimus. Modum quo Ecclesiam Christus hic regit; cuius, nauicula hæc typum

Psal. 13. 1. *Ge. 9. 25.*

typum geſſit; vt in aurea illa S. Clementis epiſtola (quam citant Gratianus, Iuo & Concilium Vaſenſe) dixit S. Petrus. Sicut enim nauis ſuperiori parte latior eſt, quam inferiori, qua aquas tangit: ſic anguſtior eſt Eccleſia, qua tangit terram, latior vero qua Deum. nauiculæ Dominus, Deus eſt, ait Petrus: gubernator, Chriſtus; ſpeculator Epiſcopi, qui ſedent in prora; nautæ, ſacerdotes; adminiſtri ciborum, Diaconi; Catechiſtę, milites; populus omnis; mare, mundus, quem turbines perſecutionum, & periculorum commouent, venti, pſeudoprophetæ, hæretici, & ſeductores, ſcopuli, tyranni, intermaria, homines dubij; piratæ, hypocritæ, turbines, profundũ, & naufragiũ, peccata. Omnia hæc Eccleſiæ nauiculã, ait B. Petr⁹ impugnant; illa vero licet exigua ſit, ſi alijs infidelibus cõparetur; nunquã tamen ſubſidet, quia Chriſtus ſedet ad clauũ.

Clem. ep. 1. ad Iac. fra. Dom.
Gratia. 11. q. 1. te quidem & 32. q. 7. quid in omnibus de poen di. 1. homicidium.
Iuod. 5. decr. c. 7.
Conc. Vaſen. c. 6.
Eccleſia nauis.

Multas hucuſq; perſecutiones experta eſt, ac præcipue quatuor, quæ per quatuor tubas deſignantur. *Prima*, Iudæorum fuit in Apoſtolos. *Secunda*, Gentilium ſub Romanis Imperatoribus, qui ad Conſtantinũ vſq; decẽ diuerſas perſecutiones excitarunt, iuxta numerũ plagarũ Ægypti: vt notat Oroſius. *Tertia*, hæreticorũ quæ per ſtellam ardentem, in fluuios & fõtes delapſam, ſignificatur. Cadunt enim ex Eccleſia hæreſiarchæ, ira ardentes, ac odio & Scripturę fontem, ac Patrũ riuos, contaminant. *Quarta* malorum Chriſtianorum. ꝙ enim, poſt cantũ quartæ tubæ, ſol, luna, ac tertia pars ſtellarum obſcuretur; ſignificat Prælatorum vitia, ſubditis verę fidei, ac morum lumen obnubilare.

Quatuor Eccleſiæ perſecutiones. 1. 2. *Oroſ. l. 7. hiſt.* 3. *Apoc. 8. 10.* 4. *Apoc. 8. 12.*

Cur vero Eccleſiam Chriſtus quaſi dormiens perſecutionibus agi permiſerit, cauſæ ſunt; *Prima*. Vt firmior eſſet credentium fides; quam non arma, & vis (vt in Mahometiſmo & hæreſibus factum) ſed patiẽtia, & ſanguis martyrum ſtabiliuit. 1.
Secundo, Vt ſciat quiſque, quo fine in Eccleſiam admittatur; nempe non quietis cauſa, ſed vt pro nomine Chriſti, multa patiatur. 2.
Tertio, Vt non omnis hominum fex in Eccleſiam introeat, ſed tantum, qui ſunt voluntarij ad paſſiones: alij enim plus lædunt Eccleſiam, & fœdant, quam iuuent & ornent. 3.
Quarto, Vt ſplenderet Eccleſia meritis Martyrum, & alios rederet eorum participes. 4.
Quinto, Vt Martyrum ſanguis mundum emolliret, ac fidei præpa- 5.

Permittũtur perſecutiones à Deo.

præpararet: vnde ſolet tepens eorum cruor, & calens adhuc multos Gentilium ad fidem pertrahere. Hæreſes quoque permittit Chriſtus. *Primo*, Vt Eccleſia purgetur; ſicut enim paleas ventus eiicit vanno; ſic hæreſis, malos Eccleſia elicit: vnde Apoſtolus; *Neceſſe eſt*, ait, *hæreſes eſſe vt qui probati ſunt*, ſeu conſtantes, *manifeſti fiant*. Ioannes, *ex nobis*, dicit, *exire qui non erant ex nobis*. fere enim quotquot ad hæreſes deficiunt, carnales ſunt. De Luthero ſolet dicere R.P. Lanſpergius Carthuſianus Coloniæ; quod nihil fecerit, niſi tibiam, ſeu vtrem inflarit: homines enim ad ſaltum parati erant, ſed cãtor deerat.

Hæreſes permittuntur.

I.

1. Cor. 11. 19.

1. Ioan 2. 19.

2. *Secundo*, Ad maiorem fidei explicationem, & confirmationẽ. quoties enim articulum aliquem hæretici oppugnant, Catholici contra eum ex Scriptura, Patribus, & ratione defendunt, fidemq; maiorum propugnant. Atq; ita firmantur in fide tam ſolide probata; atq; maiores ſuos vident, non temere, aut ex ignorantia, vel ſimplicitate (vt calumniantur hæretici) ita crediſſe: ſed cum prudenti, ac maturo examine. *Tertio*, Ad malorum fidelium emẽdationem, dum enim ex peccatis videmus hæreſes naſci; illa extirpamus, & abuſus tã Eccleſiaſticorum, quam laicorum tollimus. Ideoque ſæpius, orta hæreſi, generale Concilium coit, à quo non tantum fidei, ſed & morum dogmata ſanciuntur.

3.

IV. *Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & ſuſcitauerunt eum, dicentes: Domine ſalua nos, perimus.* Hæc erat Chriſto ſomni vna cauſſa: nempe, vt ab Apoſtolis excitaretur. dum ſerenũ eſt, citra metum fit nauigatio, cum riſu, & fabulis, ſic & nos in proſperis animo otiamur, ſed quia hoc otium periculi plenum eſt, tempeſtatem immittit Chriſtus, vt reuocati ad ſeria, cogitemus vbi ſimus, & quid agamus? ſic enim venimus in cognitionem infirmitatis propriæ; & potentiæ, ac miſericordiæ Diuinæ, in quam ſpe erigimur, & à qua auxilium imploramus. Non excitant Chriſtum Apoſtoli, niſi neceſſitate extrema coacti: ſic multos ad confeſſionem, vitæq; emendationem, ſola cõpellit neceſſitas. Extremum refugium Deus eſt; qui tamen, etiam tam diu deſertus, non deſerit. Conuerſurus Ioſaphatum Barlaamus hanc ei parabolam narrauit. Erant cuidam tres amici; quorum duos, etiam cum vitæ periculo, iuuabat: tertium vero

Vtilitas aduerſitatum

Parabola.

Damaſc. in vita Barl. Sur. 27. Nouemb. cap. 13.

vero ſpernebat potius, quam diligeret. citatus hic ab Imperatore, ob debitum 10000. talentorum, omnes per ordinē accedit, auxilii cauſſa; & ſuſceptos eorum gratia labores cōmemorat. reſpondit tamen primus. *Non noui te, alios habeo amicos, qui me præſtolantur, vt epulemur: ecce linteum do, quo vtaris in via.* Alter quoq;, *domi occupor*, ait, *nec tibi vaco, deducam quidem aliquo, vſque ſed paulo poſt abiturus.* Miſer ille fruſtratus ſpe, vix tertium accedere audet, quod parum eum coluiſſet: ſumto tamen animo, apud eum inhumanitatis, & ingratitudinis ſe accuſat, ſimulq; pro auxilio ſupplicat. ille ad omnia ſtatim paratus, etiam debiti omnis ſolutionem ſpondet. Citamur omnes ab Imperatore Deo; amicas habemus; diuitias, quibus omnem ſudorem noſtrū dicamus, ſed abeuntibus nihil dabunt, præter veſtem lineam. amici quoq; cōſanguinei ſunt, & noti; ſed ad ſepulcrū vſq; comitaturi. Chriſtū etſi parū colimus, paratū tamen inueniemus, vt iuuet modo ſerio aduocetur. periculoſa tamen ſera pœnitentia; quia, ob defectum iudicij, vel voluntatis, rara, raroq; vera. Diſce *Primo*: In omnibus aduerſis ad Deum confugere: non ad magos, aliaue media illicita; imo nec medijs licitis tantum innitere, quantum Deo. *Secundo*, Quam bonum ſit eſſe cum Chriſto, vt eum ſtatim excitemus. cùm alias Apoſtolos ſimilis tempeſtas, ſeparatos à Chriſto, obrueret, plus timuerunt: ſed eius aduentu, liberati ſunt. Cum ergo animi tempeſtatem ſentis, ſiue à paſſionibus, ſiue ab extraneis, Chriſto iungere, & Apoſtolos imitare qui *Primo* Chriſtum accedunt. *Secundo*, excitant. *Tertio*, deprecantur. Tu quoq;. *Primo*, accede eum in Euchariſtia. *Secundo*, Bonis operibus, ieiunio, corporis caſtigatione eum excita. *Tertio*, Deprecare: *Nunquid non Domine ego ſeruus tuus, quem ſanguinis pretio redemiſti? Noli me perdere Domine qui amas animas.* Labora quoq; in remigando, & nauis onera eijce. i. à tēporalibus te per eleemoſynas expeditiorē redde, & leuamen à Deo ſenties. Diſce etiam quid facturus homo, inter hæreſes varias conſtitutus. multi. n. incerti, quo ſe vertant, nihil reſoluūt: alij omnia ſuadent audiri, & probari; vt teneat, *quod bonū eſt*: Apoſtolū allegantes. ſed nō vident *Primo*, Hinc naſcituras tot ſectas, quot ſententias. i. quot capita, & homines. vt in hæreſibus ipſis experien-

[Margin notes: Explicatio. — Documenta 1. — 2. — *Matt. 14. 30.* — Apoſtoli quid fecerint. 1. 2. 3. — Nos quoq; 1. 2. 3. — Quid faciet conſtitutus inter hæreticos vt fidē veram inueniat. — *Caſſan. conſ. l. de off. pii viri.* — *1. Theſſ. 5. 20.* — Refutatur. 1.]

perientia docet:natæ enim vno cespite, & calamo, statim in
2. infinitas sparguntur aristas.*Secundo*,etsi consilium hoc doctis
3. conueniat,laicis tamen,quibus nihil iudicij,non itẽ.*Tertio*,Si
4. omnibus licita fides,quæ libita:nulla ergo certa.*Demum*,Aliæ
Aliud consilium ab exemplo Apostolorum. hinc absurda sequũtur,quæ Politicos magis, & Machiauellũ docent,quam Christianũ. Alia ergo via eundum,videndumque quid hic egerint Apostoli. *Primo*,Naui nõ exeunt. *Secundo*,Concorditer remigant.*Tertio*,Cõcorditer Christum accedunt.*Quarto*,Attactu excitãt.*Quinto*,Auxiliũ orant. Eadẽ tu,
in omnibus Ecclesiæ motibus serua.*Primo*,Noli ab ea egredi,
alioqui absorbebũt te fluctus. extra eã neq; fides, neq; spes,
est,nec charitas,aut salus.*Secundo*,Noli otiari:fac quod vocationem tuam,& officium decet. Docti populum scripto, &
verbo instruant : Magistratus eum legibus contineat:alij errantes ad doctiores adducant,&c. *Tertio*, Omnes Christum
accedant.nullũ enim contra hæreses remediũ præstantius, q̃ cordis munditia;quæ confessione,& cõmunione frequenti
obtinetur.hinc primis Ecclesię temporibus,dum persecutiones vrgerent : Christiani quo pugnarẽt fortius,communicabant frequẽtius:& vt ex Cypriano patet fere quotidie.*Quarto*, Tanto sit quisque ad opera bona vigilantior, quanto est
tentatio vehementior.Tangitur misericordiæ,& pœnitentię
actibus Christus, & excitatur. *Quinto*, Clamabunt omnes;
Exurge quare obdormis Domine?non te Ecclesiæ tuæ mala tangunt? exurge Domine adiuua nos;quia sine te nihil poßimus.Hęc si pij omnes
præstarent,non solum ipsi essent in fide solidi,& securi : sed
iuuaret Ecclesiam Deus, eamq; ab omni malo purgaret.ita
enim spopondit : *Petite,& accipietis;quærite,& inuenietis,pulsate,& aperietur vobis.*

(Margin: 1. 2. 3. 4. 5. Applicatio. 1. 2. 3. — *Cypr. ser. 5. de lapsis.* — *Psal. 43.23.*)

V. *Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei?* Nota *Primo*,Christum cum præsciret Apostolos à se increpandos,cum eis solis
nauim ingressum:vt Sacerdotum peccata ostenderet,nõ esse
publicæ reprehendenda:ꝙ hæretici faciunt,ad inuidiæ,& odij popularis concitationẽ.Fateor,debebant illi tanto prestare subditis,quãto pastor ouibus:sed nunquid cõsecratio, aut
ordo facit vt homines non sint,& Adæ filij?Iudas inter Apostolos fuit nequã.& fidẽ Christus non vitę Superiorũ,sed doctrinæ

(Margin: Christus Apostolos increpaturus abit à turba.)

ctrinæ alligauit. *secundũ opera eorum nolite facere. Quæ dixerint vobis, facite.* Cũ in Nycæna Synodo offerrent Cõstantino libelli querelarũ, cõtra multos Episcopos, ille omnes in ignẽ cõiecit addens. Episcopi iudices nostri sunt, nõ rei, eorũ peccata absit vt ego prodã; imo si quenquã eorũ coeuntem cũ meretrice videam, pallio velabo. Ita Ruffinus, Sozomen. Theodoret. Nicephorus, & ex his Gregorius ac Nicolaus Papa.

Matth. 23. 3. Cõstãtini digna pietas. *Ruff. l. 1. c. 2. Sozo. 1 c. 16. Theo. l. 1. c. 11 Niceph. l. 8. c. 16. Greg. l. 4. ep. 75. Nicol. epi. ad Mich. Imp.*

Apostolorum infidelitas non fuit exigua: putabant enim Christũ dormientẽ iuuare nõ posse, quasi diuinitatẽ somnus eriperet. erãt itaq; reprehensione digni, neq;.n. excitare eum, sed diuinitatẽ dormiẽtis inuocare debuerãt, ad fidei suæ cõprobationẽ. dormiebat.n. Dominus, vt fidẽ eorum tentaret, & infirmos instrueret. ita solet, peccata ad vtilitatẽ electorũ permittere. sicut in B. Petro patuit, quẽ lapsus humiliauit. Porro etsi graue esset hoc peccatũ, non tamẽ Apostolos Dominus grauiter increpat; vocans eos *stultos* aut *tardos corde*, sed, *modicæ fidei*, tum, quia non statim obligabantur ad explicitam fidẽ omnium mysteriorũ, cui paulatim præparabantur: tum, ne prima subditorũ peccata grauiter reprehendamus. plus.n. iuuat moderata correptio; si tamẽ hæc non ꝓsit, seueritas adhibenda est, exemplo Domini: qui Apostolos, teste Origene, & Athanasio, his verbis postmodum increpauit. *Generatio incredula, & peruersa quousq; ero vobiscum, quousq; patiar vos?*

Apostoli reprehensibiles. *Mat. 26. 70. Luc 24. 25. Orig. tra. 4. in Matth. Athan. in Synop.*

Nota *Secundo.* Fidem non esse in omnibus æqualem. quidam ab eius præstãtia laudati; vt [a] Centurio, & [b] Chananæa. quidam à defectu reprehensi; vt Apostoli [c] hic, & [d] alibi. Fides ergo etsi, teste [e] Apostolo, *vna* sit, vnamq; habeat assensus rationem; nempe, veritatẽ Dei, & Ecclesiæ (quam Deus nobis magistram dedit) propositionem: ac miraculorum testimonia. habet tamen diuersas conditiones. *Primo*, In iustis, per gratiam viuit; in iniustis, teste Iacobo, mortua est.

Fides non est æqualis in omnib. a *Matth. 8. 8.* b *Mat. 15. 28* c *Mat. 14. 24* d *Mat. 16. 8.* e *Ephes. 4. 5.* Fidei diuersæ conditiones. 1. *Iacob 2. 26.*

Secundo, Docti plura credunt explicite, quam indocti: & Christiani plura, quam Iudæi. nunc enim plura Deus reuelauit, & docti plura vident. est interim fides omnium ęque magna extẽsiue; quia credunt indocti omnia eadẽ implicite, dũ Scripturæ credũt, & Ecclesiæ. *Tertio*, Quorũdam fides est admodum firma, de impetratione eius quod petunt. vt fuit 2. 3. *Matt. 15. 22.*

in Chananęa, & sanctis, qui per fidem miracula operantur. alij etsi nihil de fide dubitent: non habent tamen tãtam fiduciam. *Quarto*, Quorundã fides vigilat, &, vt ex Abacuc dixit B. Paulus, ipsi ex ea viuunt, sic, de Patribus Vet. Test. Apostolus, eos mirabilia, ait, per fidẽ patrasse, dũ semper in Dei promissa intẽderent, & minas, sic etiã nunc multi rigidè viuunt, omnia relinquũt, quia semp in fidẽ intẽdunt. alijs fides dormit, quos recte medico cõpares, qui dũ cõtra artis medicę regulas, se quotidie inebriat; vitam pręcidit. *Quinto*, Quidã sunt in fide cõstantes, nullis tentationib. ab ea amouẽdi; vt B. Virgo, cuius idẽ robur fidei in passione, quàm in miraculis Christi: & postmodũ B. Petrus, pro quo rogauit Christus *vt non deficeret fides eius*. nam etsi in domo Caiphæ Christũ negarit, magis ex amore; vt videret finẽ: quã ex metu captiuitatis (etsi & illo tãgebatur) fidẽ tamẽ non amisit; quia factus à Christo Ecclesiæ *petra*. Alij credunt quidẽ; temerè tamẽ: quia ad quẽuis motũ fere deficiunt. sic Apostoli patiente Domino scãdalizati sũt, & multi prô dolor! hodie, propter Ecclesiasticorũ vitia, vel aliud quid, ab Ecclesia ad hæreses abeunt. Tu vide fidẽ habeas viuã, firmã, & vigilem, ac confidentẽ: vt quotidie Dei notitia, & vitæ sanctimonia proficias. sicut. n. malos, fides mortua assimilat dæmonibus, quibus fides inutilis est ad meritum, vel supplicij remedium: sic bonorum illi, Deo gratissimi; quorum fides maxime per amorem operatur.

4. Abac. 2. 4. Galat. 3. 11. Hebr. 10. per tot.

5. Luc. 22. 32. & 57. Matt. 16. 18.

Tunc surgens imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Diuinitatis hoc testimoniũ est; vt solo nutu, Dominus vẽtos & mare tranquillet: nõ paulatim, vt alias fit; sed statim, simulq; tranquillat animos discipulorũ. Disce *primo*, Dei benignitatẽ qui post tribulationes magnas, reddit magnas consolationes. Dixerat Euangelista factum esse motũ *magnum*, hic succedit tranquillitas *magna*. Maior tribulatio, maius expectat gaudium. Iob præter bona, etiam sanitatem amisit: sed recepit omnia duplicia, & vixit postmodum 140. annos. Dauid quoque; *Secundum multitudinem*, ait, *dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Porro Apostolus enumeratis prius tribulationibus *in tertium cœlum* se raptum testatur. Nota *Secundo*. Tribulationi iustorum succedere gaudium

Benignitas Dei. Iob. 42. 16. Psal. 93. 19. 2. Cor. 12. 4. Tribulationi succedit in iustis, gaudium.

quia

quia quasi in bona terra, semen hoc, in eis fructificat. mali vero, per eas proficiunt in peius, & instar malæ terræ, spinas, ac tribulos proferunt: dum omnia præcepta in aduersitatibus violant. Pharaonem Deus decem plagis tetigit, ille vero obdurato corde, in mari rubro suffocatus est. Quidam *Primo*, pythonissas consulunt, & magos: vt Saul. *Secundo*, vt est in Apocalypsi, Deum blasphemant. *Tertio*: Dies Festos violant. *Quarto*, Parentes vexant. *Quinto*, In mutuas cædes ruunt. *Sexto*, ne carni resistant, proluũt se impudicitijs. *Septimo*, ne paupertate premantur, furtum faciunt. *Octauo*, Proximos falsi testes opprimunt. *Nono*, Nihil nisi rapinas somniant. *Decimo*, occasiones explendæ libidinis tota nocte excogitant, neque laborant pro ea superanda. Figuratè descripsit hæc B. Daniel: Vidit enim quatuor vẽtos commouentes mare, ex quo dein egressæ sunt quatuor bestiæ horribiles. *Primo*: Leo habens alas aquilæ. *Secundo*, vrsus habens in ore tres ordines dentium. *Tertio*, pardus habens quatuor alas. *Quarta*, alijs erat dissimilis, habebatq; dentes ferreos, hæ enim bestiæ, etsi quatuor Monarchias significarint; Chaldęorum, Persarum, Græcorũ, & Romanorum quę ex mundi turbinibus ortæ sunt. possunt tamen & peccata significarę; quibus mali in tribulatione se maculant. *Primo*, Leones fiunt, habentque alas aquilæ; propter crudelitatem, superbiam, & blasphemias in Deum, ac lęsiones hominum. *Secundo*, Vrsi propter impudicitias, & crudelitatem. *Tertio*, Pardi alati, propter hypocrisin, & velocitatẽ in malũ. *Quarto*, Omnia demoliuntur, ac Dei timorẽ exterminant. Horũ experientias, quotidie lugemus in his qui tribulationibus peruertuntur. Disce *Tertio*, Obedientiã ex mari & ventis: quæ ad primã Christi vocem tranquillantur. Difficiliores sumus nos, si iræ, superbiæ, impudicitiæ tẽpestas surrexerit. mandat quidem Deus per Superiores, vel inspirationes bonas, vt illa quiescat: sed non obtemperamus. Muta elementa nos confundunt. Habet creatura omnis tres inclinationum species. *Prima* est naturalis, & singulis propria: sic aquæ descendunt, ignis ascendit, &c. *Secunda*, est communis, ad vniuersi conseruationẽ. sic aquã videmus ad impediendũ vacuũ ascendere, & cisternas si congelentur disrumpi. *Tertia*,

[Margin notes: in malis peccatum. — 1. 2. 3. — 4. 5. 6. — 7. — 8. — 9. — 10 — Typus. Dan. 7. 2. — 1. Explicat. — 2. Explicatio. — 1. — 2. — 3. — 4. — Obediẽtia. — Inclinationes rerum tres. — 1. — 2. — 3.]

est obedientialis, qua Deo ad nutũ parent. sic multa iubente Deo Pharaonẽ oppugnarunt, & Sanctis ministrarunt. Porro ante peccatũ etiã hominibus omnia ad nutũ obediebãt. Tria hæc etiã in homine sunt, sed cũ libertate; qua sæpe à bono auocatur. *Primo*, Inclinamur ad iuuãdos nosipsos. *Secundo*, Ad iuuandum proximum, præcipue vero Rempublic. *Tertio*, Ad parẽdum Deo, cõscientia nos inclinat. *Primã* inclinationem sufficiẽter sequimur, præsertim in his quę sunt carnis. *Secundã* & *Tertiam* fere negligimus, in his quæ non faciunt ad amorem proprium. atque ita nec proximos iuuamus, quantum debemus; neque Deo obedimus, vt creaturæ aliæ faciunt.

Applicantur homini

1.

2.

3.

VII.

Mar. 4. 40.

Porro homines mirati sunt, dicẽtes. Qualis est hic? quia vẽti & mare obediunt ei. Fructus miraculi præsentis, hominũ admiratio est. & vt Marcus ait *timor*, atq; interrogatio de dignitate Christi.

Homo inobediens iure miratur.

Psal. 148. 6.

Nota *Primo*: Mirari merito homines, quorũ non est tanta in Deum obediẽtia, quãta rerũ insensibiliũ, quãdo has vidẽt se obedientiores. De cœlis ait Dauid, *Præceptũ posuit* eis Deus; nẽpe ꝑpetui motus, *& nõ præteribit*: habẽt creaturæ aliæ præcepta sua, eaq; custodiunt: nos vero, ꝑꝑ quos omnia; Deũ nec nouimus quidẽ. vnde iure apud Isaiam exclamat, *Audite cœli & aurib. percipe terra. Filios enutriui & exaltaui ipsi autẽ spreuerũt me, cognouit bos possessorẽ suũ & asinus præsepe Domini sui. Israel autẽ me nõ cognouit, & populus meus nõ intellexit.* quasi dicat: Deũ colũt creaturæ omnes, præter hominẽ; qui libertate sua ab eo auertitur, cũ præ alijs omnib. cõuerti debuisset. Nihil ergo mirũ si tales etiã timeant, quorũ voluntas dignos in inferno cruciat⁹ sentiet. vbi teste Bernardo, nihil ardebit nisi propria voluntas.

Isai. 1. 2.

Ber. s 3. de resurrect.

Fructus obedientiæ tres.

Nota *Secundo*: Tria ex ventorũ, & maris obedientia caussata; quæ perfectius multo fiunt, si homines Deo obediant. *Primũ* est admiratio. Miranť. n. seculares si aliquẽ videant pium, in omnibus Superiori obedientẽ, Deo resignatũ. sic miratos olim Gentiles *nõ concurrentibus* Christianis in *eandẽ luxuriæ cõfusionẽ*: testatur B. Petrus. *Secundũ* est Timor: qui merito sæculares inuadit, dũ pios vidẽt tã diuersum vitæ genus amplexos, vt damnationẽ euadant, & cũ fiducia sententiã æterni status expectent. quos si roget Christus, cur sic, vel aliter fecerint? respondebunt: ita mãdasse Superiores. at vero sæculares causam

1.

1. Petr. 4. 4.

2.

ſam examinati, pro ſe reſpondere ad ſingula debebunt. *Tertiũ* 3.
eſt, Dei laus: quam verba iſta inſinuãt. *Quis eſt hic?* ſenſus enim
eorum eſt. Vtiq; hic magnæ dignitatis eſt: cui venti, & mare
obediunt. & citra dubium, obedientia, diuinę laudis materia
eſt. Vnde apud Iſaiam, Deum glorificant, *qui non faciunt ſuas* Iſa.58.14.
nec inuenitur voluntas eorum. Nam *Primo* ſicut parenti, non nu-
merus, ſed virtus filiorũ, & obedientia, gloriam parit: ſic ho- Honoratur per obediẽtiam Deus.
noratur Deus, ſi mandatis eius obediẽtes; pie viuimus, alioſq;
ad pietatem exẽplo hortamur: vt fecêre multi, qui mundum 1.
conuertêre, & Religiones primi inſtituêre. Contra vero, pec- Rom.2. 24.
catis noſtris Deus, teſte Apoſtolo, blaſphematur: dum per ea
alij à virtute auocãtur. *Secundo*, Quia per obedientiam damus 2.
Deo, quæ habemus optima, imo omnia. Paupertas, dat opes:
caſtitas, voluptatẽ carnis: ieiunia, commoditatẽ carnis: obe-
dientia vero, & opes, & honores, & voluptates, quibus frui
nõ vult niſi pp Deum: imo animã quoq;, & intellectũ, & vo-
luntatẽ. Animã ornat virtutibus, intellectum captiuat in Dei
obſequium, voluntatẽ diuinæ volũtati cõformat, & vnit. Ni-
hil ergo mirũ, ſi, vt Samuel ait, Deus *obedientiã malit plus quã ho-* 1.Reg.15. 22.
locauſta brutorum. in illa .n. homo ipſe holocauſtum eſt, & di-
uini amoris flãma concrematur. *Tertio*, Quia grauiſſimos pro 3.
Deo labores ex obediẽtia ſuſcipimus. frangimus .n. nos ipſos,
& potentias omnes, quaſi cõminuimus. quia ſicut lapis con-
tuſus, formã accipit vaſis, in ꝙ puluis mittitur. ſic homo obe-
diens, in omnib. Superiori cõformari debet. ꝙ an citra pugnã
fiat, nouit Sapiens: *Fortior eſt qui dominatur animo ſuo, expugnato-* Prou. 16.32.
re vrbium: &, vt recte Gregorius, Grauiſſimum eſt ſeipſum ab- Greg. hom. 32 in Euang.
negare. vt enim hoc fiat, abnegare debet homo non tantum
quicquid habet, ſed quicquid eſt. & fieri, vt Dauid loqui-
tur, *tanquam iumentum*: ita vt citra contradictionem ad- Pſal. 72. 22.
mittat, quicquid inijcitur. Nouit hæc Deus, & quia tantus
ei ab obedientibus honor defertur, dum alios ad honorem Obediẽtiæ præmium.
Dei inducunt, etiam hic liberaliter eos remunerat: ita vt be-
ſtias eis ſæpe ſubiiciat, vt in Beato Franciſco patuit, qui aui-
bus concionabatur, & piſcibus, lupum domuit, ouem
Euchariſtiæ reuerentiam docuit, & ferro candenti,
cum eo inurendus eſſet, præcepit, ne dolorem inferret.

Præmium alterum. Pro honore autem quem Deo præstant, dum ei se ipsos subiiciunt. *Primo*, Custodit eos à malo iuxta illud Sapientis. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* Obediens enim equiti similis est; qui alienis pedibus commode ambulat, sine læsione, aut sordibus. potest quidem maculari Superior, dum præcipit; sed subditus, extra periculum est. *Secundo*, ornat virtutibus; nam vt Gregor. ait: *Obedientia est mater virtutum, quæ menti cæteras virtutes inserit, insertasq; custodit.* *Tertio*, Aufert à nobis curas, ipse de nobis sollicitus. vnde apud Michæam: *Ego*, ait, *quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis.* & Christus: *Quærite*, ait, *primum regnum Dei, & iustitiam eius* (quod facit obedientia) *& hæc omnia adijcientur vobis*. dabit enim ea Deus. *Quarto*: Spondet placita sibi, quæ ex obedientia facimus. *Qui enim vos audit, me audit.* & Bernardus, *Siue Deus, siue homo vicarius Dei mandatum quodcunque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, vbi tamen Deo contraria non præcipit homo.*

1\. 2. Greg. 35. mor c. 10. 3. Osee 11. 3. Matt. 6. 33. 4.

Præmium laboris obedientium. Porro pro labore quem obediens subit, reddit Deus. *Primo*, vt homo fiat sui ipsius dominus, inobedientia passionum tyrannidem induxit, obedientia rationis dominium reducit. sicut enim, si ramus bonus inseratur pomo syluescenti, humorem huius in sui dulcedinem cõuertit: sic obedientia, indulcat affectionum amarores. *Secundo*, Opera quæ fiunt ex obedientia, habent duplicem, imo aliquãdo triplicem mercedem. *Primo*, quia in se sunt bona. *Secũdo*, quia pœnalia. *Tertio*, quia obedientiæ germina sunt. potest enim hæc, ea quæ sunt in se indifferentia, v. g. sublationem straminis, facere bona. *Tertio*; Plus valent apud Deum orationes obedientium. Quod si ait Gregor. obtemperauerimus Superiorib. nostris, obediet & ipse Deus orationibus nostris. & Aug. Facilius exauditur oratio vnius obedientis quã decem millium inobedientiũ. *Quarto*, Dat obedientia beatitudinem iuxta illud Sapientis: Qui custodit legem, beatus est. Imitemur ergo creaturas mutas, & cognita obedientiæ dignitate, Dei voluntatẽ libere, cum gratiæ auxilio impleamus. sicut eandem implent illæ, ductu naturali. Ita fiet, vt Deus nos hic magnificet, imo, vt ait Ambros. super mundum vniuersum exaltet, ac dein ad obedientes Angelos transferat. Amen.

1\. 2. Merces obedientiæ. 1. 2. 3. 3. Præmium Greg. ep. ad Edilb. Reg. Angl. Aug. l. de op. Mon c. 17. Prou. 29. 18. Ambr. in Lucam.

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu Christe Rector mundi, defensor Ecclesiæ, & custos seruorum tuorum fidelium, qui ad ostendendum, & probandum nobis tuam humanam naturam nauiculam intrasti, & mare traiecisti, cum tamen nulla naui indigeres: atque in illa defatigatus dormiuisti, qui semper vigilas ad iuuandum nos: qui etiam Diuinam tuam naturam demonstrasti, dum & mari, & aeri imperares, quæ creaturæ, huic tuo imperio mox obtemperarunt. Oramus te, nunc quoq; exurgere velis, nec diutius dormire .i. differre auxilium tuum: quia fluctus diuersarum persecutionum in nauem tuam Ecclesiæ sanctæ insurrexerunt: Hæretici quidem ab vna parte, Turcæ ab altera, Pseudochristiani, Politici, & Machiauellistæ intra, & extra: Prædatores autem seductoresq; ab omni parte, vt aqua marina, prorsus desæuiunt, vt Ecclesiam tuam impietate obruant, ac ferme submergant. An non tua interest quod perimus? Scimus certo ex promißionibus tuis, quod nauicula tua numquam penitus submergetur: sed quod contra omnes inferni portas .i. cõtra omnem diabolicam, & mundanam potentiam, & sapientiam superior existet, & victoriam obtinebit: nihilominus experimur etiam in hac tempestate plurimos submergi, & in hæreses prolabi. Idcirco rogamus te ô Domine Iesu vigilare digneris, & nobis præsto esse: tranqnilles ventos diabolicarũ tentationum, minuas & sedes fluctus mundi, hæreses profliges, conuertas hæreticos, des nobis in diebus nostris pacem, auferas à nobis malas affectiones, vt tibi seruiamus, teque duce ad portum Regni cœlestis peruenientes, illic in æternum tecum maneamus. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

Euangelium Matth. 13.

IN illo tempore dixit Iesus discipulis parabolam hanc. Simile factum est regnũ cælorum homini qui seminauit semen bonum in agro suo, cum autẽ dormirẽt homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autẽ creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania: Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? & ait illis, inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non, ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum cum eis. Sinite vtraque crescere vsque ad messem & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

Compendiosa Euangelij Exegesis.

CVm ex nauicula in mari Tiberiadis prædicaret Christus, varias attulit similitudines, vt doceret populum, maxime Apostolos, quæ in Ecclesia aliquando gerenda essent, quæ docenda, quibus viuendum moribus; eamque appellat *regnum cælorum*, quia Rex cœlorum in ea regnat, eamq; gubernat donis cœlestibus, quæ Christianos Angelis faciũt similes, qui etsi cœlum incolant, libenter tamen nobiscum hic in terris conuersantur. Inter cæteras, & hãc attulit parabo-

parabolam:qua docet in Ecclesia bonos, sanctosque fore, à se per baptismum inibi satos, plantatos, ac sacramentis sanctissimis nutriendos : nec defuturos etiam malos, quos diabolus malis suggestionibus, & tentationibus illuc intromittit, non Dominus: quos tamen Deus ad bonorũ vsum in Ecclesia tolerat, in iudicio vero ab electis separabit in æternũ, & eiusdem generis *vitulamina* colligabit in fasces, & adiudicabit gehennæ ignibus. Hinc ait. *Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminat bonũ semen in agro suo.* i. In Ecclesia, iuxta allatã similitudinẽ, hæc cõtingẽt. 1. enim sicut paterfam. bonũ semẽ in agro suo seminat, ita & ego cõsero mundũ bonis hominib. nemo. n. bonus, nisi ex me, & gratia mea. 2. Sicut dicti patrisfam. inimicus, noctu, cũ dormiunt oẽs in prædictũ agrũ zizania seminat, vt quãuis sibi nõ prosit, ipsi tamẽ obsit: ita & diabolus opportunissima expectat tẽpora, vt mihi noceat, ac bonis meis malos suos immisceat. ꝙ tũc maxime facit; cũ oẽs videt dormiẽtes. i. negligẽtes, & parũ attẽtos ad salutẽ suã; maxime superiores, siue laici sunt, siue Ecclesiastici, siue parẽtes, siue ꝑceptores, &c. q subditis suis nõ aduigilãt. Quo malo ipse nihil iuuatur, imo obest potius sibi: ipsius. n. tormẽta, ꝑ cõplurium dãnationẽ, nõ minuũtur, sed augescũt magis: sicut flãmæ, q̃ copiosius fouẽtur. 3. sicut in principio loliũ à bonis herbis nõ discernitur, ita non possũt semper boni Christiani à malis, in principio internosci, donec aperte malitiam suam exerant, & prodant. 4. Sicut fideles ministri huius patrisfamilias expurgare volebant agrum, ac exstirpare zizania, impediuntur tamen à Patrefamilias, ne frugib. noceãt, aut conterentes eas pedibus, aut cum zizanijs in-

tricatas

tricata euellentes: ita multi boni ſunt qui optent ab omni nequitia iuſtis vindictis mundum liberari, ac tolli à Deo impios. Verum ego damni hinc plus quam commodi paratum videns prohibeo; ne boni ſcandalizentur, tam rigida & vniuerſali in impios vltione, quibus ſanguine, affinitate, ac amicitia innodati ſunt, & quia mali bonis ſæpe plus proſunt quam obſunt. *Quinto*, ſicut meſſium tempore demetuntur omnia, tam mala, quam bona, ſed lolium ſecernitur à frugibus, ac colligatum in faſciculos, abiicitur in ignem, fruges autem in horrea cõportantur, vt in panem & cibos cedant: ita moriendum eſt omnibus, tam bonis, quam malis: ſed malis ligabuntur pedes, & manus, & qui eiuſdem farinæ, colligabũtur in faſciculum vnum, ſuperbi, cum ſuperbis, inuidi cum inuidis, &c. & ita inijcientur in ignẽ æternum: pij autem in ſumma libertate conſeruabuntur, & inferentur in palatia, & altaria cœli in gloria, id eſt, meri meritis ſaluabuntur.

Documenta decimæ Concionis.

I. *Cur hoc tẽpore legatur hoc Euang. Quid ſignificetur hic.*

SImile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. Proponitur nobis poſt Natiuitatem hoc Euãgelium, vt diſcamus cur natus ſit Chriſtus, & quid egerit. nõ tantum cum in terris ambulauit, ſed quid etiã acturus ſit, poſtea qũo adminiſtraturus Eccleſiam, vſq; ad conſummationem ſęculi. Significatur .n. hic nobis *Primo*, Natus eſſe ad

I. ſeminandos per vniuerſum orbem ſanctos, non tantum prędicatione ſua, ſed & meritis: vt dealbet intus frumẽta cãdore bonæ cõſcientiæ, ac rubricet ea foris, ardore charitatis quã

Iacob. 1. 27. ꝓximis oſtendũt: Nã (vt S. Iacobus inquit) ſpirituales ſunt, qui iuuãt fratres & *immaculatos ſe cuſtodiũt ab hoc ſæculo*. Homines iaciũtur in terrã, velut ſemina, nõ plantant: neq; .n. terræ penitus immerſi ſunt, ſed in ſuperficie iacent ex ea neceſſariũ

trahentes

trahẽtes succũ, & pinguedinẽ: quæ duplex est. *Prima*, spiritualis; per sanguinem, & merita Christi: quibus in terris Ecclesiam suam plurimum pauit: quæ etiam inde *mons coagulatus & pinguis* dicitur. vbi vitulus comeditur *saginatus*, & pinguedo gratiæ ac deuotionis acquiritur. *Altera* corporalis. Pij enim qui nihil præter vitæ necessaria, ex terrenis desiderant, accipiunt ea à Deo maiori cum gustu, ac suauitate; quam sæculares, qui nihil præter sæcularia quærunt: quietius dormiunt, cum meliori appetitu prandent, inter se hilariores sunt, magis securi de damno, iniurijs, ignominia, insidijs, fraudibus, alijsq; malis: quæ sæculares metuunt, vt pulchre explicat Chrysostomus. *Secundo*, significatur hic, quod Christus omnem facilè exstirparet idololatriam, atque ita Ecclesiam in agro seminaret purgato; sed quod alia nihilomin⁹ malorum hominũ succrescerent zizania, quæ terræ ebiberent pinguedinem, & bonas herbas opprimerent. Ex quo enim Ecclesia à Christo & Apostolis est per orbem diffusa, mali se bonis iunxerunt, & dignitates frequenter inuaserunt Ecclesiasticas, accipientes bona Ecclesiastica, beneficia, Abbatias, administrationem, &c. atque auaritia, vitijsque suis bonos opprimunt: & bona, quæ per alios fieri possent, impediunt: vt Scribæ; de quibus Christus, quod *nec ipsi* in cœlum introeant, & introeuntes *excludant*. Æquissimum erat vt Ecclesia capiti suo esset similis vt quemadmodum ipse ab infantia fuit in laboribus, ita & ipsa sit in difficultatibus quasi portans symbolum sui sponsi. *Tertio*, significatur hic, quod Christus qui malos cum bonis tam patienter sustinet, tandem diuisionem facturus sit, colligens ad se omnes bonos, malos autem compactos daturus in interitum.

[Margin: Pinguendo duplex. 1. — Psal. 67. 17. — Luc. 15. 23. — 2. — Chrys. ho. 19. 55. 56. ad pop. — 2. Significatur. — Luc. 11. 52. — 3. Significatur.]

Vocula *Regnum cœlorum*. Noui testamenti est, ignota pene in lege veteri: ob summum discrimen Ecclesiæ, quę hic nomine illo appellatur, & Iudaicæ synagogæ. *Primo* enim Ecclesia regni cœlestis velut suburbiũ est, & cœlestibus statutis, ac legibus à cœlorum Domino, administratur: & eisdem nutritur cibis quibus cœlorum ciues, diuino scilicet Christi corpore. *Secundo*, ex illa sine medio, rectâ itur in cœlorum ciuitatẽ, per portam mortis; sicut ex suburbanis, per portã proximè intra-

[Margin: Regnum cœlorum quid? Ecclesiæ nomẽ cur. 1. — 2.]

3. tur in vrbem. *Tertio*, maxima in ea, ſicut in cęlo, libertas eſt. Sicut enim beati, ſine vllo hoſtium timore, Deum ſemper laudant, ac glorificant, imo firmiter ipſi adhærent, nec eũ deſerere poſſunt, ob ſumma quæ ex illo capiũt gaudia veri reges ſui ipſorum ſine vlla carnis ac paſſionũ rebellione, regentes orbẽ cũ Chriſto, &c. ita & pij in Eccleſia, nec hoſtes formidant, nec diabolos, nec malos; agnoſcẽtes diabolorũ impotentiã, quos Crucis ſigno fugare poſſunt, & certi quod diuina illos proteget gratia contra iniquorũ furias; quæ & malas ipſorũ domat inclinationes, & reges facit, qui mundum ex edito, tanquam rem nihili contemnant. Tales Apoſtoli erant, Martyres, Monachi, ac plurimi adhuc ſunt, maxime qui libere ſe Chriſto deuouerunt, ac inſolubili vinculo obſtrinxerunt. Multũ diuerſa

Synagogæ antitheſis.

1. erat Iudæorũ ſynagoga; Nam terrenas *imprimis* habebat cõſtitutiones, multũ diſcrepantes à ſtatutis cęleſtibus: terrore cõgregabatur, vnde & *ſynagoga* dicta eſt quaſi coactio ſeu cõgregatio: cogere vero neceſſitatẽ importat; vocare libertatẽ. illa Coactione quadã regebatur, vt patet in veteri teſtamẽto, vbi cõtinuo puniebãtur Iudæi, & timore magis quã amore cõtinebãtur in officio. Sacramẽta, & ſacrificia plane erãt corporalia, & ex ſe nihil ſpirituale cõferebant, ideo apud Ezechielẽ dicũt

Ezech. 20. 25. *mandata non bona* & iudicia nõ viuificãtia. Omnes etiã ꝓmiſſiones erant tẽporales: & ideo minus figurabant regnũ cęlorũ,

Heb. 9. & 10. minuſq; dici poteſt cęli ſuburbiũ ſynagoga quã Eccleſia, vt etiã agnoſcit S. Paulus. *Deinde*, ex ſynagoga nemo trãſibat in cœlũ, quantumcunq; Sanctus. atq; ita porta tantũ erat lymbi Patrum, ac ſinus Abrahæ. *Tertio*, non erat libertas à ſeruitute paſſionum quæ homines ſine diuina gratiâ, ſupprimunt. Ideo S.

2.

3.

Rom. 8. 15. Gal. 5. 2. Iaco. 1. 25.

Paulus de veteri lege loquens appellat eã *iugum ſeruitutis*. & S. Iacobus ſtatum Euangelicum appellat, *legem libertatis*: gratia enim Dei non impedit Chriſtianos, quo minus mandata Dei

Synagoga regnum ſacerdotale.

libere exequãtur. Nota, quod ſcriptura Synagogã dicat *regnũ Sacerdotale*. præponens regnũ Sacerdotio; quaſi reges ſupra ſacerdotes ſint, aut aliquid ſacerdotalis muneris exequi poſ-

3. Reg. 8. 23. ſint. ſicut Salomon, precibus ſuis templi iuuit dedicationem.

Eccleſia regale Sacerdotium.

& Dauid, miniſteria diſtribuit Templi, &c. Sed Eccleſiam di-

1. Pet. 2. 9. cit, *regale Sacerdotium*. creat enim ſacerdotes reges, eoſq; pręponit

nit omnibus dominatoribus terræ. vnde Martyr Ignatius Cæsaris esse docet vt Episcopo morem gerat: quod etiam quotidie fit cum Reges, Cæsares, Principes genuflexi corā Sacerdote, peccata confitentur, & ab ijs humiliter remissionē petunt, ac pœnitentiam accipiunt; & quando obseruari ea præcipiunt quæ ab Episcopis sancita sunt. vt scriptum reliquit Iustinianus Imperator. Deus enim vult Ecclesiam per Sacerdotes regi, vt Christiani amore magis Dei, quem illis sacerdotes proponūt, quam terrore humano bene agant. Discis hinc *primo* Christianis omnibus qui in regno cælorum, id est, in Ecclesia sunt vitā viuendam esse angelicam. quamuis enim in terris viuant, sunt tamen cœlestis Reipublicæ membra, id est, pars Angelorum ac Sanctorum. iuxta illud Apostoli *ciues Sanctorum estis et domestici Dei*. *Secundo*, quod seruire debeamus Deo, non inuiti ac reluctantes; sed libenti, liberrimoq; animo. *Tertio*, nō esse nobis timendum, etiamsi cadamus subinde. in regno enim cœlorum gratia, ac miseratio copiosa est, vbi illi præsunt, qui grauius deliquerunt. vt S. Petrus, qui cum anathemate ac iuramento negauit Christum. & S. Paulus, qui Ecclesiā persequebatur. Zacharias Propheta, eos dicit qui in Ecclesia offenderint, id est, in crimen ceciderint futuros esse *quasi Dauid*. exaltabuntur, sc. à Deo per gratiam, si cum Dauide surgere velint, ac facere pœnitentiam: Deus enim suauiter, & cum summa charitate ex Ecclesiæ suburbanis in vrbem cœli introducere cupit.

Ignat. ep. 8.

Iust. epi 5. synodo inserta.

Vita Christianorum.

Modus seruiendi Deo.

Zach. 12. b.

Christus hanc parabolam loquebatur, de regno cœlorum, id est, de ijs quæ gerenda essent in Ecclesia. Omnes illā audiebant, intelligebat sic nemo, quærebat nemo, præter Apostolos, hodie sæculares bona multa audiunt, sed non student intelligere. Magis illos terrena mouent, honores, diuitiæ, negotiationes, &c. quæ spiritualia sunt, & conscientiā concernunt, tanquā exotica & peregrina audiunt. Pij laborant illa melius percipere & cum quid audiunt quod ad conscientiā spectat; vt de bonis iniustis, vsuris, alijsq; peccatis, nō sūt securi donec clarius intelligant: ne forte ignorantes, aliqua culpa teneātur. Signum est teneræ ac timoratæ cōscientiæ libenter interrogare, & instrui ad sordes euitandas. Quare cum tale quid in cōcione audis, adi Cōfessariū, dubia propone, & sequere cōsilia.

Parabolæ explicatiōnem nemo quærit.

Piorum sedulitas.

Christus interrogatus ab Apostolis hanc illis similitudinẽ libens exposuit. nihil enim mauult, quam vt in diuinarum rerum cognitione proficiamus. dicit itaque primo illum qui seminat esse *Primo* hominis, indicans Filium suam humilitatem qua non dedignatus est agricola fieri, ac nobis ministrare. *Secundo* suam charitatem; quam maximo nobis labore exhibuit. *Tertio* suam pręsentiam; qui per Apostolorum, & Concionatorum ora seminat, ac corda emollit. *qui enim vos* (inquit) *audit me audit*, clare docens, à se proficisci, quidquid Concionatores, ac Superiores nostri mandant, ac docent. *Secundo*, Agrum esse mundum: vt doceret nos, *Inprimis* mundi immunditiam, qui nihil nisi terra est. In cœlo plateæ sunt ex auro, ac parietes ex lapidibus pretiosis, pleni diuina claritate, vt S. Ioannes inquit. In mundo autem omnia terrea sunt, imo ager vnus sine domicilio. Quamuis enim domos habeamus lapideas, illæ nos ab aëris iniuria, id est, dæmonum, ac aëreorum spirituum insultibus non protegunt. *Secundo*, quod mundus frugifer sit, instar agri; si bene colatur. per bona enim opera hic meremur, & fructum facimus in vitam æternam. Quare noli tibi parcere, pars es huius agri, ara corpus pœnitentia, riga lachrymis, stercora meritis Christi, atque ita bonos fructus facies. *Tertio* dicebat Christus, bonum semen *filios* esse *regni*: nempè, pios, qui filij regni nuncupantur, quia sunt hæredes cœli, sicut nos filium appellamus eius, cuius hæres est. Hi bono semini, id est, frumento comparantur. *Primo*, quia manducari possunt, ac cedere in nutrimẽtum; sicut panes. possumus enim bonã ipsorum vitam imitari, ac ipsis fieri similes, quod manducare est, ac in substantiam cõuertere: sicut cibos quando sumuntur, qui nos pro qualitatibus suis calidos, frigidos, siccos, humidosque reddunt, &c. Nutrimur etiam bona ipsorum vita, quando illa nobis placet. sicut Magdalena, audiens ad Domini pedes eius verba, ijs magis quam corporali quolibet cibo fouebatur. *Secundo*, Quia sicut ex tritico bonus panis conficitur, non tamen antequam singula grana contusa sint in mola, & cocta in furno: ita & Christiani conueniunt, ac vnam constituunt Ecclesiam, cum baptizati sunt, &, vt inquit Apostolus, *consepulti cum Christo per baptismum, in mortem*. Qui se mor-

[Margin notes: Christus Filius hominis. Humilitas Christi. — Ager mundus. — 1. Cœli & mũdi antithesis. Apoc. 21. 19. — 2. — Filij regni bonũ semẽ. — 1. — Luc. 10. 19. — 2. — Rom. 6. 4.]

ſe mortificationibus conterunt, ac frangunt magis, panem Christo conficiunt puriorem,& acceptabiliorem. Sicut enim cibus quo tenerior,eo & aptior eſt in tenerrima hominis mēbra tranſire: ita & qui paſſiones ſuas frangunt,ac cōminuunt magis,ſeipſos totos Christo reſignantes,ac tradentes,nobiliſſima fiunt Eccleſiæ membra. ſicut Iſaias dicit de Eunuchis, id eſt,virginibus,qui *ſupra filios* reliquos *locum habituri ſunt*; non in cœlo tantum,ſed & in Eccleſia in terris. *Tertio*,propter tritici ex vno grano naſcentis copiam. ex vno enim grano plures ſurgunt calami, qui ſinguli ſuas proferūt ariſtas, quibus multa clauduntur grana. Ita omnes pij magnos fructus faciunt; alij tamen alijs maiores. *qui* enim *iuſtitiam facit iuſtus eſt*, inquit S. Ioannes. Nonnulli diuerſi generis bona opera faciunt,ſicut granum: vnde plures germinant calami. & ſicut arbor cui diuerſi generis ſurculi inſiti ſunt. Sunt qui corpus caſtigant, & Deum orant. alij inſuper omni miſericordiæ ſtudio ſubueniunt proximis: alij non præſentes tantum, ſed longe etiam abſentes iuuant,ac poſteros,bonis ſcilicet fundationibus,libris, conſtitutionibus,legibus,&c. Ita Conſtantinus primus Imperator Chriſtianus, cū matre ſua S. Helena ſeptuaginta duo ædificauit monaſteria,& optimas,ad Eccleſiæ profectum,leges condidit.

Simile. — *Iſai. 56. 5.* — 3. — *1. Ioan. 3. 7.* — **Cōſtantini pietas.**

Hic conſiderandum vnicuiq; quem fructum ferre poſſit. diuites enim plus poſſunt quā pauperes; nobiles ac clari plus quam obſcuri,ac ignobiles; docti,quam indocti,&c. bonum eſſet ſi ex conſilio Sapientis, faceremus quantum poſſumus. poſt hanc enim vitam nō erit merendi locus, ac faciendi fructus. Mercator varijs mercibus farſcit officinā; vt ſi vnum nō placeat,placeat alterum. & bonum eſt plura noſſe opificia, vt varijs artibus ac modis,quis ſibi opituletur. Ita vtile eſt, in varijs virtutibus eſſe exercitatum: tum, vt plus; tum,vt certius merearis: ſi enim forte vnum opus Deo acceptum non ſit,acceptum erit alterum. Si preces tepidæ nimium ſunt; eleemoſynæ,aut alia quæ ad Dei honorem facis,merebuntur. Diuites poſſunt. *Inprimis* Deū orare. *Deinde* bono exemplo proximos ædificare. *Tertio*, eleemoſynis pauperibus ſubuenire. *Quarto*, erigere monaſteria, & participes fieri bonorum operū. *Quinto*

Eccl. 9. 10. — **Diuitū occupationes**

pauperes alere ſtudioſos; qui docendo Eccleſiã promoueant. *Sexto*, bona ſtatuta, in regiones ac prouincias introducere, ad hæreſum exſtirpationem, vitiorum abolitionem, ac virtutum augmenta. Pauperes orare poſſunt, ac patienter incommoda ſufferre, proximos bono exemplo, ac verbis ſuſtentare. ſæpe plus lucrantur ſua patientia, bono exemplo, ac deſiderio benefaciendi ſi poſſent, quam multi diuites bonis operibus.

Pauperum occupationes.

Omnia hæc ſeminat in mundo Chriſtus per media ac organa illa quibus bonos homines efficit: qualia ſunt; *Primo*: Dei verbum quod audiunt. *Secundo*: interior guſtus eorum quę audiunt. *Tertio*: cordis motio ad Dei voluntatem perficiendam. *Quarto*: dolor de peccatis. *Quinto*: eorum cõfeſſio. *Sexto*: virtutum exercitium. *Septimum*: ſtudium lucrandi animas. Omnia enim hæc in homine Deus operatur, & facit ea bonũ ſemen, quod in terram, id eſt, mundum ſeminat, ad fructus proferendos. Sicut enim ager natus eſt proferre triticum; ita Deus mũdum cõdidit pijs; vt hic germinantes fructum, poſtea in horrea cœli colligantur. Et mundus hic, ipſius ager vocatur, quia Dei eſt, qui ipſum ex nihilo creauit. Mentitur ergo diabolus qui mundi imperium ſibi audet tribuere, ac dicere Chriſto de mundi regnis: *mihi tradita ſunt hæc omnia, & cui volo do illa*, & pauperes decipit, qui ab ipſo ſæpe illicitis medijs, vt per iniuſtitiã, aliaſq; artes bona terræ magis expectant, quam à Deo; per bonam ſollicitudinem. Diabolus enim non abſolute mundi Dominus eſt; ſed *princeps tenebrarum*, id eſt, malorum, mundanorumq; hominum, qui in peccatis, & nocte ignorantiæ viuentes, in ſummis miſerijs ſe illi domino ſubijciunt.

Inſtrumẽta ad bonum.

Mundus Dei eſt nõ diaboli.

Luc. 4. 6.

Epheſ. 6. 12.

II. *Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superſeminauit zizania, in medio tritici: & abijt.* Chriſtus ſimilitudinẽ hanc explicans, duo dicit: *Primo* zizania; filios eſſe nequitiæ, id eſt, diaboli, ſicut alibi de malis dicit *vos ex patre diabolo eſtis*, id eſt, filij eſtis diaboli. & S. Ioannes. *Qui peccatum facit, ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabolus peccat.* Non quod diabolus auctor ſit naturæ malorũ, ſed *primo*: qui ex cõſilio ei⁹, mala ipſius opera, ac mores imitantur: ſicut virum ſanctum, ſpiritualem patrem appellamus: quia nos illi formandos tradimus, & regulã vitæ, quam præſcribit, ſeruamus. Ita S. Franciſcus Pater eſt Franciſcano-

Ioan. 8. 44.
1. Ioan. 3. 8.
Diabolus quomodo author malorum.
I.

ciſcanorum;& alij fundatores, familiarum ſuarũ Patres ſunt. *Secundo*, quia illis (vt ita dicam) naturã ſuam cõmunicat: ſicut pater filio. Deus enim homines creauit bonos, ad virtutem inclinatos. ille immutat eos, infertq; contrarias ad vitia propenſiones. *Tertio*, quia illis ſuã dat ſimilitudinem; faciens imaginem Dei, ſimilitudinẽ diaboli. peccatoris enim anima, diaboli quædam effigies eſt, peruerſa, maculata, fœda, horrẽda, abominabilis, &c. Mali hi optime zizanijs cõparantur quę inter triticum in agro creſcunt. *Primo* enim: ſicut lolium quãuis ſemina ſua habeat, ſine ſemine tamẽ ac pingui terra naſcitur, magis autem ſi ſeminetur: ita & mali cũ peccatis, ex bene ſaginata carne proueniunt, id eſt, ex voluptatibus, diuitijs, cõmodis, honoribus; eoq; magis, ſi illuc eos diabolus prauis ſuggeſtionib. inſtiget. *Secundo*, ſicut zizania terræ pinguedinẽ emedullãt, qua triticũ nutriretur: ita & mali omnes honores, prouentus, dignitates, ad ſuos trahunt vſus; cũ ſummo proximorum dãno, officientes aliorum ſaluti. *Tertio*, ſicut zizania inter triticum variegatos proferunt flores; qui oculis, quã agricolæ gratiores ſunt: ita mundo res præclara videtur, quod in Eccleſia multi ſint nobiles, multi potentes: ſed illi non ſemper Deo placent. tum, ob occulta ipſorũ peccata, quę ſub ſpecioſa veſte latent. tum, ob ſcandala quæ dant minoribus; fabulantes, circumſpectantes in templis, ſub ſacro magis fęminis, quã ſacro intenti, cõtemnẽtes ſeruos Dei (ſicut nobiles Regis Iſrael miniſtrũ Elizei Prophetæ *ſtultũ* reputabãt) impientiores ipſis Iudæis, ac Turcis. *Quarto*, ſicut zizania radices ſuas radicib. tritici innectunt, adeo vt ſine tritici noxa eradicari nequeant: ita & mali ſe intricant, ac illigant bonis; per connubia, amicitias, beneficia; adeo vt puniri, ac eradicari non poſſint ſine detrimento bonorum. *Quinto*, ſicut zizania non tam alte excreſcunt, quam triticum; ſed prope terram manent: ita & mali, nõ tam alte caput exerunt per virtutes, vt conſpiciantur à Deo: ſed ſolum ab hominibus, quibus externa ſpecie placere cupiunt. *Sexto*, ſicut zizania bonum odorem non dant: ita & mali nullum dant odorem, niſi *mortis* vt inquit S. Paulus. quia nihil niſi malum de ipſis auditur ac dicitur: ſed de bonis frugibus dicit Iſaac: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,*

Marginalia: 2. — 3. — Mali zizania. — 1. — 2. — 3. — 4. Reg. 9. 11. — 4. — 5. — 6. — 2 Cor. 2. 16. — Geneſ. 27. 27.

cui benedixit Dominus, odor scil. vitæ, quia multi virtutes eorum
7. vident, ac in se transformant. *Septimo*, sicut zizania quæ sub
tritico delitescunt, non æque sentiunt procellas, grandines,
ventos, &c. ac segetes, quæ altius exstant: ita mali omnia à se
incommoda norunt in bonos deriuare; iuxta illud Dauidis:
Psal. 72. 5. 8. *in labore hominum non sunt*. *Octauo*, sicut zizania dura sunt, & florem suum recta sursum emittunt, aristarum autem culmina
granis referta, se deorsum inclinant: ita mali superbi sunt incedentes (vt inquit Isaias) *erecto collo*, sibi placentes, & nihil in se
mali deprehendentes: contrà boni; humiles, semper peccata
9. sua adspicientes, & deplorantes. *Nono*, sicut nulli vsui zizania
seruiunt; nisi igni, aut iumentorum stabulis: ita & impij calcãtur, & insidentur à diabolis, & postea in ignem præcipitantur
æternum.

Diabolus inimicus Dei. *Secundum*, quod in hac parabola interpretatur Christus est; quod inimicus homo, diabolum significet, qui Dei inimicus est, qui ipsum de cœlo in infernum eiecit: speciatim etiam inimicus Christi est; tum, quia virtute passionis eius vires fractæ sunt; tum, quia Christus qui secundum humanam naturam. *paulò minus ab Angelis minoratus est* supra omnes Angelos in cœlo, locum eius habet, & Iudex ac Dominus est cœli, & terræ. Hinc frendet odio, ac inuidia diabolus quærens molestus esse Deo, & cum in personam Christi non possit quidquam, iram effundit in homines. *Inuidia enim diaboli mors introiuit in mundum*, & *venit ad nos habens iram magnam* (inquit B. Ioannes) confidens quod *Iordanis*, id est, (vt exponit B. Gregorius) pij omnes, *influat in os eius*. Optimè intelligit damnatione hominũ suas pœnas non minui, sed augeri: sicut magis vrit ignis cui ligna adijciuntur plura: tantum tamen eius est odium, vt pœnarum suarum augmenta, nostri vexatione libens redimat. idque, quia omni gratia, & charitate destitutus est, vt discas semper diuinam conseruare gratiam, si ad diaboli malitiam recidere nolis.

[Margin: Isa. 3. 16. — Christi. — Hominum. — Sap 2. 24. — Apoc. 12. 12. — Iob 40. 18. — Greg. 33. Mor. c. 8.]

Modus quo diabolus homines vexat. Modus autẽ quo in vexandis hominibus procedit, est *primo*: per se ipsum cordibus eorum malas inserit suggestiones tanquam mala semina, mouet humores, inclinationesq; malas, & accendit ad peccatum: quando enim inuenit aliquem
1. per se ipsũ.

sibi

sibi auscultantem, eum immutat statim, ac facit zizaniorum semen, adiuuans vt in malitia crescat. *Secundo,* per suos ministros: quando enim aliquos habet obsequentes eos mouet statim ad ruinam plurium. Sicut enim omnia zizania quæ cum tritico miscentur, aliquo modo ei nocent, ita malus nemo est, quantumcunque paruus, & occultus, quo nō aliquo modo bonis officiat. Maxime si in in peccato mortali sit: *Inprimis* enim Ecclesiam priuat membro viuo, eiusque meritis; ac Christo eripit suam sponsam, quia peccato mortali omnes ipsius gratias, dilectionem ac ipsam sponsæ dignitatē perdit, qua alij iuuabantur Christiani. *Deinde,* peccato suo iram Dei prouocat, vt in communitatem desæuiat. Sicut Achan, qui abstulerat *de anathemate,* & Ionathas, qui vetita à patre mella gustabat. *Tertio,* minuit feruorem, ac vim piorum: sicut ignis vigor flauescit, cum prunæ auferuntur, & minuitur robur exercitus, cum milites diffugiunt: quæ defectio à ducibus capite furcaque punitur.

2. Per alios.

Dāna quæ faciunt mali. 1. 2. *Iosue 7. 1.* *1. Reg. 14. 27.* 3.

De zizanijs hic in Euangelio, tredecim dicuntur. *Primum,* quod seminetur à diabolo, peccata enim vt plurimum à diabolo inspirantur, qui vt mala operetur: Patriarcham Iacob imitatur cum varios, nigros, albosque fœtus vellet ex ouibus. Virgulas iam decorticatas, iam albas, iam nigras canalibus ac oculis cōcipientium ingerebat. Ita & cum homine in feruore tentationis agit diabolus, obijcit ipsorum oculis peccatum, & perficiendi media. *Secundo,* quod seminatum sit, cum dormirent homines: diabolus enim opportuna præstolatur tempora, quæ negligentia superiorum dat. Cum posteri Dan necdum terram quam possiderent nacti essent, viros quinque miserunt exploratum terram bonam: qui venientes in regiones Sidonis, deprehenderunt inquilinos pacatos, tranquillosque sine timore, atque ita ad suos reuersi, exhortati sunt eos inopinantes opprimerent, quod & factum. Sexcenti enim ipsorum cæperunt ciuitatem, & omnes interemerunt in ore gladij, ac nomen vrbi à Patre suo imposuerunt *Dan.* Ita & diabolus cum otiosus & somnolentus desides, superuenit.

Tredecim dicuntur de zizanijs. 1. *Gen. 30. 37.* 2. *Iudic. 18. 7.*

Christus dicit diabolum cum exierit ab aliquo, huc illuc

Negligētia propria. *Matt. 12. 43.*

 cursitare

cursitare vt locum inueniat, ac nusquam videns requiem, reuertitur ad domum priorem, vnde expulsus est; quam inuenit *ornatam* quidem, & *scopis mundatam*; sed *vacuam*: atque ita assumptis alijs septem nequioribus reuertitur, ac habitat ibi. Hoc quotidie accidit ijs, qui in Paschate confitentur, expellitur enim per confessionem & communionem, à corde eorum diabolus; sed corpus suum festiuè vestiunt, & vacui otiosique sedent ad ianuam, aut si pro forma templa visitent, vacui sunt à bonis cogitationibus, atque ita redit diabolus, & pertrahit illos in aliquod mortale peccatũ. Per negligentiam etiam superiorum nõ arguentium vitia, solent succrescere zizania: nam *secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea*. Ideo sæpe monet nos Christus, ad vigilias. & quatuor animalia quæ vidit Ezechiel, & post illum S. Ioannes plena erant oculis, ante, & retro, intus & foris. Vt discamus semper vigilare, omnia circumspicere, intus, & foris, animi etiam cogitationes examinare, ne forte adsit diabolus, semen seminans. *Tertium*, quod mala semina seminẽtur, post bona jam sata à Christo: nam Deus primum bona facit, tum diabolus accedit, vt illa euertat. Deus Adamum, & Euam creauit bonos, diabolus peccato corrupit. Deus filijs Israel leges dabat bonas, ac mandata; diabolus perdidit illas idololatria. Deus præcepit Salomoni ædificare templum, illud diabolus fœdauit sacrificijs idolorũ. Christus Ecclesiam dedit mundam, diabolus eam hęresibus contaminauit. Diaboli officium est perdere, & iuxta templa Dei, sacella ædificare. Dei enim simia est, & in malis Dei bona studet imitari. Hinc neminem suorum excitat diabolus, vt Euangelium annunciet gentibus, nunquam enim gentilis vlla regio, per hæreticum quempiam conuersa est ad fidẽ Christi. Seminat enim hæresiarchas suos in fidelium agris, vt verã fidẽ corrumpat, ac inficiat Dei verbum. Vermes in pinguissimis fouet caseis, vt eos cõsumant, non in ligno quod durum est. Disces hic, cauere à dæmonis fraudibus quando in statu gratiæ es, & bonum concepisti propositum: iuxta Sapientem. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Illos enim magis impugnat, in quibus maior virtus

Margin notes: Negligentia Superiorum. — *Matt. 24. 42. cap. 25. 13. Marc. 13. 33. & 35. & 37. Luc. 12. 37. Ezech. 1. 6. Apoc. 4. 6.* — 3. Diabolus post Christum. — Diaboli officium. — *Eccl. 2. 1.*

virtus elucet. *Quartum*, est quod zizania, in medio tritici seminentur vt plus obsint, ac omne triticum perdant. Nō quærit obesse parum, sed destruere omnia. Atque ideo nihil mirum, in qualibet congregatione malos aliquos inueniri; quærit enim, ac inuenit media seminandi semen suum. Nulla fuit cōgregatio sanctior, conuentu Apostolorum; tamen & ibi semen habuit: Iudam videlicet, qui à Christo etiam *diabolus* appellatus est. Imo quo sanctior est cōgregatio, eo laborat diabolus diligentius irrepere. Scribit Bartholomæus Pisanus, quod cùm B. Franciscus Capitulum Assisij generale collegisset, quò fratrum quinque millia cōuenerant: diabolum etiam prope Assisium concilium conuocasse, octodecim millium dæmoniorū, quæsisseque modū quo in Religionis illius initia pedem inferret. Et cum omnes dixissent sententiam, vnus hoc dedit consilium, dicens. Hi fratres qui iam sunt, propter magnū suæ regulæ zelum, nostris nō facile patebunt insidijs: quærenda nobis est aliqua boni species, quæ fuerit, vt multos nobiles, diuites, teneros suscipiant, qui onerib⁹ regulæ ferendis nō sint, quibuscum in nōnullis erit dispensandū, atque ita paulatim carni afficientur magis, & nostris melius aptabuntur insultibus. Quod cū S. Franciscus reuelatione diuina didicisset, cōtristatus est vehemēter admirans versutiam diaboli. Diligenter caue, ne in mediū tui, id est, in cor tuum, penetret. *Circuit* (inquit B. Petrus) *quærens quē deuoret*. Sed quodcunque ingerat, quidquid faciat, non nocebit quamdiu corde ipsum nō receperis. *Quintum* est quod abeat post iacta semina, id est abscondit se, ac dissimulat se illorū auctorem: vnde duo discimus. *Primo*, calliditatē eius & simulationes: nam quia nouit neminē suis auscultaturū suasionibus, si ipsum nosset auctorem, studet latere: atque malos quosdam suscitat, qui mala persuadeant, aut inferant: sicut Sabæi, & Chaldæi pecora Iob abigebant, vt nō tam ipsi quam hominibus malū imputetur. Tegit etiam mala sua boni prætextu, vt sic incogitātes, ea tanquā bona, acceptemus. Ita Babylonica meretrix ornatissima erat auro, gemmis, tenens manu aureum calicem, sed interior omnibus illis testorijs operiebatur malitia. Schyphus aureus plenus erat abominatione, superbia, crudelitate, & sanguine inno-

4. Mali vbique.

Ioan. 6. 71.

Conform. 3. par. 2.

Actus dæmonis.

1. Pet. 5. 8.

5. Duo documenta.

1. Fraus diaboli.

Iob. 1. 15.

Apoc. 17. 4.

innocentum. Quare caue ne decipiat te diabolus. Sub auro quod amas, sub purpura quam ambis, sub epulis, sub cultu matronarum, latet venenum diaboli: noli externa tantum, sed & intima contemplari. *Secundo*, discis ingenium impiorum: qui statim arripiunt diaboli escas. Non est quod in nos magno nitatur conamine: sufficit ad capiendos oculus vnus, auris vna, ingerit aliquid inhonesti: statim illud, tāquam fœcunda suscipimus terra, ac tam diu volutamus, versamusque donec cōsummemus malum ingestum, iuxta illud Ozeæ *tota nocte dormiuit coquens illud, mane ipse succensus quasi ignis flamma*. Id est, nocte mala sua meditati sunt, & mane opere adimpleuerunt. Quare cum suggestiones aliquas diaboli sentis, statim illas à te excute; ne capiaris, ac pereas.

2. **Malorum indoles.**

Osee 7.6.

III. *Cum autem creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Sextum*, quod in hoc Euangelio de zizanijs dicitur est quod agnita non sint, donec fructus prouenirent. Sicut enim non facile herbæ discernuntur, cum minutæ sunt: ita nō statim ab initio agnoscuntur mali, quia, pro tempore, bonitatē foris præferunt quod non tantū de hominibus, sed & de ipsis diaboli suggestionibus intelligēdum est. Quantum enim ad malos qui subornantur à diabolo ad ruinam piorum, certum est quod dissimulent initio: vt ad societatem, ac familiaritatē admittātur, & bonis verbis ac *per dulces sermones ac benedictiones* (vt ait Apostolus) *corda seducant innocentium*. Hoc maxime faciunt hæretici, cum Dei verba crepant; sicut diabolus tentans Christum. Sapiens suadet *multos* habere *pacificos, cōsiliarium autem vnum ex mille*. Id est, omnibus esto benignus, sed arcana tua paucis reuela. *Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum*. Id est, antequā aliquem tibi familiarem facias, cui tua cōmittas; primum experire, vtrum is sit, qui apparet: maxima enim inter homines fraus est, vt expiscentur tua, tibi se fingunt similes. Quantum autem ad diabolicas suggestiones, quæ etiam zizaniorum nomine intelligi possunt, illæ etiam accuratissimè obseruādæ sunt. Illæ enim pulchra ad nos adueniunt specie, sub palliolo virtutū & sæpe in nobis manent cum bonis Spiritus sancti inspirationibus, nec dignoscuntur, vtrum à Deo, an vero sint à diabolo. B. Pater Ignatius

6. **Mali initio latent.**

Rom. 16. 18.

Matth. 4. 3.
Eccl. 6. 6.
Ib.. Versu 7.

Tentationes explorandæ.

Ribaden. in vita l. 1. c. 3.

Ignatius cum iam à ſeculo conuerſionem meditaretur, cum in Hiſpanijs cum Mauro quodam proficiſçeretur, tractare cœpit de virginitate B. Mariæ Virginis. Maurus dicebat illam poſt partum non manſiſſe Virginem, & ſtatim cum equo ſuo præcucurrit Ignatium. Commouebatur plurimum Mauri blaſphemia vir ſanctus, & cogitabat eum inſequi & propter blaſpemiam trucidare. Videbatur bona inſpiratio, in honorem B. Virginis vindicare blaſphemiam: retardabat tamen ipſum aliquid. Diſputanti autem ſecum, nec diiudicare valenti, vtra à Deo eſſet inſpiratio, adfuit Dominus, ac inſpirauit, vt veniens ad biuium cuius latius brachium ad vrbem, anguſtius alio ducebat, mulo ſuo habenas laxaret, ac ſi ingrederetur viam latam, ciuitatem verſus, qua Maurus præceſſerat, ſequeretur eum, & confoderet, ſed mulus alteram ingreſſus eſt, & Ignatius tẽtatione liberatus. Scrupuloſi, his diaboli zizanijs multũ torquẽtur, nec diaboli ac Dei inſtinctus internoſcunt. Sapienter hic agendũ eſt, ac in omnib⁹ Confeſſariorum ſequenda conſilia. *Septimum* eſt, quod agnoſcantur zizania, quãdo fructus proueniunt: ſicut alibi ait Chriſtus *ex fructibus, eorum cognoſcetis eos.* Fructus zizaniorum peccata ſunt, & alienatio à Deo, & ſicut zizania: ſic & fructus eorum differunt. Hæreſum fructus ſunt infidelitas, adulteratio ſcripturarum, contemptus Eccleſiæ, parentum maledictio, Blaſphemia Dei. Omnes enim hæretici, in quinque conueniunt. *Primo*, quod veram fidem abijciant, & nouam cudant. *Secundo*, quod ſcripturas ad ſe torqueant. Vt S. Petrus ſui temporis hæreticis exprobrat. *Tertio*, quod Eccleſiam ſpernant, ac contra eam noua conuenticula, (quæ Eccleſiam nominant) erigant. *Quarto*, quod neceſſario omnes maiores ſuos damnent, qui ante fidem illam (quam ipſi veram prædicant) exceſſerunt, cum impoſſibile ſit *ſine* vera *fide placere Deo. Quinto*, mendacem faciunt Deum, quaſi fefellerit promiſſiones ſuas: promiſit enim Apoſtolis ſe adfuturum Eccleſiæ, *vſq; ad conſummationem ſæculi*, & quod *portæ inferi non præualerent aduerſus eam*, quod verum nõ eſt ſi tanto tempore fidem falſam illa tenuit. Nulli enim hæretici longius, quam vſque ad hæreſiarcham, hęreſim ſuam deducere poſſunt, vt Arriani ad Arrium, Macedoniani

[Margin notes: Blaſphemia Mauri. — Tentatio Ignatij. — 7. De zizanijs. — Matth 7. 16. — Fructus hæreſis. — Hæreſes omnes conueniunt. — 1. — 2. — 2. Pet. 3. 16. — 3. — 4. — Hebr. 11. 6. — 5. — Matt 28. 20. — Matth. 16. 18.]

doniani ad Macedonium, Nestoriani ad Nestorium, Lutherani ad Lutherum, Caluinistæ ad Caluinum, &c. præter hos quinque fructus etiam alij plerumque ex hæresi pullulant: vt discordiæ, bella, caritas annonæ, impietas, sui amor, simulatio, proditio, aliaque mala plurima de quibus B. Paulus, & post illum S. Ignatius. Mali Catholici, qui etiam Ecclesiæ zizania sunt, ferunt etiam fructus suos: nimirum omnis generis peccata, iuxta cuiusque inclinationem. A *Superbis* enim, egreditur inobedientia, iactantia, simulatio, rixæ, pertinacia, dissensio, nouitas. Ab *auaris* proditio, fraus, periuria, inquietudines, violentiæ, immisericordia. A *luxuriosis* cæcitas mẽtis, præcipitantia, instabilitas, timor mortis, odium Dei, sui amor, metus futurorum. Ab *inuidis* odia, susurrationes, detractiones, gaudium de alieno malo, tristitia de bono. Ab *iracundis* iurgia, contentiones, elatio, contumeliæ, clamores, indignationes, blasphemiæ. A *gulosis* inordinata lætitia, impudicitiæ, sordes, stupor ingenij. Ab *Acediosis* malitia, cerebrositas, pusillanimitas, desperatio, torpor ad diuina, distractiones. Hi fructus, & filiæ peccatorum capitalium: vt auctor est S. Gregor. Papa. S. Paulus etiam septemdecim narrat opera carnis: vt ex fructib⁹ eius, à tritico discernantur. Quare antequã cum alio familiaritatem ineas, teque illi credas, mores eius obserua: & si aliquem prędictorum fructuum in illo aduertas, ad eum ne accesseris: quemadmodum enim, *qui tetigerit picem inquinatur ab ea, ita qui communicauerit superbo induet superbiam*, & qui cum alijs conuersatur, vitia illorum contrahit. Sed maxime vita societatem hæreticorum: nulla enim tam cito cõtrahitur macula, nulla ita noxia, ita incurabilis, fœda, ac lethalis. S. Paulus eos *cancro* comparat; qui & olet, & exedit carnes vsque ad ossa, ac serpit, donec totum perdiderit hominem.

[Margin: Alij fructus hæresis. — 2. Tim. 3. 2. — Ignat. ep. 7. 9. 10. 11. — Fructus malorum Catholicorum. — Superborũ. — Auarorum. — Luxuriosorum. — Inuidorũ. — Iratorum. — Gulosorũ. — Acediosorum. — Gregor. 31. Mor. cap. 31. — Gal. 5. 19. — Eccl. 13. 1. — 2. Tim. 2. 17.]

Malæ etiam cogitationes, quæ nobis à diabolo ingeruntur, zizania sunt: cũ enim homo microcosmus, id est, paruus mundus sit, & *ager* in hoc Euangelio, *mundus* esse intelligatur, iuxta Christi interpretationem: nõ incommode per bonum, & malum semen, cogitationes accipiuntur. Bonis enim cogitationibus, id est, Spiritus sancti inspirationibus, homo ad Deum trahitur: sentit se pacatiorem, hilariorem, liberiorem à scrupu-

ſcrupulis, maiorem animi pacem, ardentiorẽ charitatem, roboratiorem fidem, accipit duodecim, quos enumerat S. Paulus, *fructus Spiritus*. Sed tentationes diaboli cõtriſtant, angunt, turbant, ad deſperationem, ac mundana abripiunt. Quare ſi velis, diuerſas dignoſcere inſpirationes, obſerua quomodo poſt eas ſis conſtitutus: ſi enim Deo te ſentis propiorem, hilariorẽ, pacatioremque, diuina fuit: ſi remotiorẽ à Deo, inquietiorem, afflictiorẽ, affectioremq; mundo, diaboli tẽtatio eſt. *Gal. 5. 22.*

IV. *Accedentes autem ſerui patrisfamilias dixerunt. Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania.* Octauum, quod de zizanijs dicitur, eſt admiratio ſeruorũ, vnde illa ſuccreuerint. Serui hi, omnes pij ſunt, & maxime Eccleſiaſtici ac laici ſuperiores qui intendere debẽt Eccleſiæ, qui ad patremfamilias accedunt, quãdo preces ſuas corã Deo proſternunt, & nequitias hominum deplorant. Sicut Elias cum tyrannidem Iezabelis effugeret, dicens: *Domine altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Deponunt querelas ſuas, cum admiratione, mirabile enim eſt inueniri in Eccleſia malos, cum tot ibi ſint bene agendi media, & nulla faciendi male: tot habemus ac tam efficacia Sacramenta, tam copioſam gratiam, tot præclaras exhortationes, tot exempla, ac inſpirationes bonas, quæ omnia charitatem in nobis accendant, & vnde inter tot bona, tanta mala? Sicut aqua nõ congelaſcit in igne, ſed glacies ibi liquatur: ita mali omnes tot medijs ſuæ ſalutis deberent conuerti; & non frigeſcere, ac deficere. Similes ſunt apud Iſaiam querelæ Domini. *Quid potui facere vineæ meæ & non feci.* Sancti etiam Angeli noſtram obſtupeſcunt ingratitudinem, qui poſt tanta beneficia non emendamur, ſed reddimur peiores, *Angeli pacis* (inquit Iſaias) *amarè flebunt, quia diſsipatæ ſunt viæ Domini, & pactum fecerunt irritum.* Id eſt, quia homines præcepta Domini præuaricati ſunt, imo indubium eſt, quin ipſi diaboli noſtrã admirentur malitiam, qui Deum poſt tantam gratiam offendimus, tam grauiter. Dicitur in monaſterio quodam Monachus ſub *Credo*, non inclinaſſe caput cum reliquis, dum caneretur *& homo factus eſt*; cui alapam impegit diabolus, dicens: *O Monache ingrate quid hic adſtas erecto collo? quin caput cum reliquis*

8. De zizanijs.

Serui patrisfamilias.

3. Reg. 19. 10.

Occaſiones Virtutũ in Eccleſia.

Iſai. 5. 4.

Iſai. 33. 7.

Speculum exemplorum. d. 9. §. 75.

reliquis fratribus inclinas cum Deum audis pro te incarnatum? Si pro me fecisset tantundem, sine vllo me fine incuruarem. Hanc admirationem in morte sua mali experientur, cum omnia ipsorum peccata proponet illis diabolus, aggrauans ea supra modum; cùm beneficijs, quibus corrigi debebant, deteriores euaserint. Disce hinc *primo*, teipsum considerare, ac propriam admirari nequitiam, & ad Deum reuerti. Loth, Iob, Ezechiel tanto erant sanctiores; quanto nequioribus cohabitabant: tu autem tanto sis peior, quanto plura in Ecclesia bona accipis. Sanctus Paulus ex sapiente ait: *prunas ardentes colligi in caput inimici*, si ei benefacias, id est, beneficijs accendi inimicum ad charitatem, & in amicum commutari: tu autem, tanto Deo hostilior es, quanto maiorem eius beneficentiam experiris. Disce *secundo*, tum de te sanctos conqueri, cum in peccatis es securissimus: & Deus exaudit illos, ac maiora tibi in inferno parat tormenta. Iulianus Apostata certam sperabat contra Persas victoriam, quam addixerant ipsi idola sua. Sed ignorabat sanctos Basilium, Sabbam, Didymum, (antequã Origenis erroribus macularetur) aliosque complures Deum contra se obsecrare: vnde in peccatis conquiescens occisus & in ignem æternum coniectus est. Noli amicis Dei dare causam de te cõquerendi. Deus enim amat illos, nec negabit quæ aduersus te postulant. Disce *tertio*, proximi peccata si tibi sint nota, apud neminem, nisi apud Deum querulari, aut apud eos qui possint adhibere remedium: quamuis enim vera narras sine peccato tamẽ nõ narras: quia nihil hinc boni, nisi vt aliena infamia tibi satisfacias, & noxia est satisfactio, quam ex peccato, Deique offensa capis. Porci libenter moliuntur rostro stercora humana, ita & detractores, proximorum peccata.

[Margin: Documenta tria. 1. — Rom. 12. 20. Prou. 25. 22. — 2. Documentum. — Amphil. in vita Basi ij. Theod. l. 13. cap. 19. Sozom. l. 6. cap. 2. — 3. Documentum.]

V. *Et ait illis: inimicus homo hoc fecit.* Nonum quod de zizanijs dicitur est, non latuisse patremfamilias, crescere in agro suo zizania, & à quo essent seminata: Deus enim omnia nouit quæ in mundo sunt, tam bona, quã mala. Nullus ita abiectus, nullum tam leue verbum, tam breuis cogitatio, tã exile opus quod ab ipso abscondatur. Sermo Dei Christus pertingit *vsq; ad diuisionem compagũ & medullarum; discretor cogitationum & inten-*

[Margin: 9. De zizanijs. — Hebr. 4. 12.]

intentionum cordis, inquit Apostolus. Quamuis enim homo nesciat quid sit in corde suo; nõ ignorat tamen illud Deus *qui scrutatur corda & renes:* inquit Ieremias. Verum quidem, quod *Hiere. 17. 10.* mali à Christo audient *non noui vos:* sed dupliciter Deus nouit *Matth. 7. 23.* homines. *Primo*, videndo, & cognoscendo quid agant, & qui sint, & ab hac eius notitia, nec terra, nec infernus ascondun- tur. *Secundo*, agnoscendo pro suis tanquã amicos, ac domesti- cos, & non tanquam externos. Ita solos nouit probos vt ait *ego cognosco oues meas.* & D. Paulus; *nouit Dominus qui sunt eius.* Hâc notitia neminem nouit: qui alius sit, aut alius appareat, quam ipse eum cõdiderit. Hæretici præferunt se esse Prophe- tas, non nouit eos tales Dominus: sed, vt verè sunt, pseudo- prophetas. Hypocritæ boni haberi volunt; sed Dominus illos nouit malos. Alij videntur sibi pulchri, sed Deus in illis de- formem, maculatã, fœdamque adspicit animam, multi foris apparẽt homines, sed intus lupi sunt rapaces, canes, porci, ser- pentes, scorpiones, vt appellant eos scripturæ: & à Deo non agnoscuntur, cuius imaginẽ & similitudinẽ vitiarunt, & spur- carunt. Disce hinc. *Primo*, nunquã apparere alius, quã in ocu- lis Dei sis, atque ideo ne te collaudes, tibique cõplaceas: for- te enim displices Deo, qui te nõ agnoscit pro suo. Disce *secun- do*, nihili facere quæ de te dicant homines; sed labora vt Do- minus agnoscat te, nec te vituperet. Disce *tertio*, peccata tua per diaboli insidias, aut humanam infirmitatem nõ excusare, quamuis enim apud homines te excuses, apud Deum ista te ratione non purgabis, qui corda inspicit, & nouit quomodo in peccata decideris: quamuis enim diaboli tentatione pec- caueris, infernum non effugies; cum zizania etiam à diabo- lo seminata, in ignem inijciantur.

[Margin: Dupliciter nouit Deus hominem. 1. 2. — *Ioan. 10. 14.* *2. Tim. 2. 19.* — *Matth. 3. 7. & cap. 7. 15.* *Ezech. 2. 6.* — Documenta tria. 1. 2. 3.]

Diabolus hic *inimicus homo*. Id est, homo qui Deo hostis est appellatur à Deo: triplici de causa. *Primo*, quia tam suauiter, blandaque specie accedit. Ita habes in Apocalypsi locustis de abysso egredientib⁹ facies fuisse *humanas*; capillitia *mulierum*. & similitudines *aurearum coronarum in capitibus:* sed caudas *scor- pionum*. Diabolus enim blandè accedit, sed in fine ferit: & S. Paulus ait: quod trãsfiguret se *in Angelum lucis* dans verba opti- ma, nõ secus ac si de cœlo esset demissus. Ita multis apparuit

[Margin: Diabolus inimicus homo. 1. — *Apoc. 9. 7.* — *2. Cor. 11. 14.*]

sub Angelorum, ac Sanctorum specie, imo ipsius Christi, sed euanuit semper cum fœtore. *Secundo*, quia suggestiones eius
1. Cor.3.3. vt plurimum humanæ sunt: ad prosperitatem scilicet carnis, studia honorum, diuitiarum, ac aliorum complacentium. De quib⁹ S. Paulus *cum sit inter vos cõtentio, nõne carnales estis, & secundũ hominẽ ambulatis?* Per ipsum enim nõ interior homo, id est, Spiritus sed exterior promouetur. Disce hinc si carni nimium indulges, diabolicum te hominẽ esse: ipse enim carnis patro-
3. nus est, atque aduocatus, vt Spiritum supprimat. *Tertio*, quia solet tẽtare, ac in peccata nos inducere hominũ opera. Quos ipse primum vt suos possidet, ac postea ad aliorum exitia, vt organa quædam, ac instrumenta applicat, & vt corporis sui
Gregor.34. Mor. cap.2. membra. S. Gregor. carnales dicit, carnem esse diaboli: alios vero malos, ipsius membra. Atque inde inter diabolũ & peccatores, tanta affinitas est, vt nomina participent mutua. Homines quidem *diaboli* sicut de Iuda aiebat Christus. *Nonne ego vos duodecim elegi & vnus ex vobis diabolus est?* proditor scil. Iudas.

Affinitas inter diabolum & malos.

Ioan. 6. 71.
1. Tim. 4. 1. Et S. Paulus hæreticos appellat *Spiritus dæmoniorum*. Diabolus etiam nomen habet malorum *hominum*, vt in præsenti Euangelio clarum est. Notandum tamen diabolum non absolute dici hominem, sed cum adiectione *inimicus homo*. Quia per naturam homo nõ est: sed propter malitiam, quæ incorporata est illi, ac diabolicæ naturæ inseparabiliter adhæret, & inimicus sicut eum postea Christus in explicatione parabolæ absolute inimicum nominat. Dicens *inimicus qui seminauit ea diabolus est*. Vt nos doceat *primo*, Naturæ humanæ nomen,

Diabolus non homo, sed inimicus homo dictus.

Diabolus inimicus.
Matth 13.39.

1. quam ad tantam dignitatẽ extulit Dominus, ac proprio suo sanguine redemit, non tribuendum diabolo Dei inimico, ac
2. creaturarũ omnium despicatissimo. *Secundo*, quod homines etiamsi naturam nõ exuant, diaboli tamẽ qualitates induere possint, maxime qui hostilitates fouent. Quamuis enim omnes peccatores inimici Dei constituantur, ac iure *inimici homines* dici possint: illi tamen qui proximos oderunt, magis proprie cum diabolo *inimici homines* appellantur, quia proprium diabolo odium est, ac inuidia: sicut Deo charitas, *ipse enim* (vt
1. Ioan. 4. 16. inquit Ioannes) *charitas est*. & sicut Deus omnia amat, *& nihil*
Sap. 11. 25. *odit* (vt habet Sapiens) *eorum quæ fecit*: ita neminem amat diabolus,

bolus, sed odit omnia quæ in mundo sunt; cœlum, & terram, Angelos, & homines, Deum, & opera eius, imo ipsos etiam diabolos, oderunt enim ipsi omnes, & diligunt neminem. Atque ideo nō dicitur hic cuius inimicus sit, sed absolute *inimicus*, ipse enim est inimicus omniū etiam sui ipsius quia per superbiam suam tāta bona perdidit, & tanta mala acquisiuit. Charitas in se aliquid habet boni, atque ideo in inferno esse non potest, vbi omnia mala sunt, bona nulla.: atque ita nihil ipsi placet eorum quæ in mundo sunt, sed calumniatur omnia, aduersatur omnibus, vnde & *diabolus* Græce, id est, calumniator; & *Sathan* Hebraice, id est, aduersarius dictus est.

Diabolus omnium inimicus.

VI.

Serui autē dixerunt ei vis imus, & colligimus ea? *Decimum*, quod de zizanijs dicitur, est: quod abesse illa cupiant serui patrisfamilias, quin quod & ipsi parati sint exstirpare ea. in quo significatur *primo*, paratos esse Angelos cœli, ad vindictam peccatorum: tum, quia Deum irritant, quod Dei amici summum existimant malum, tum, quia bonis obsunt. De illis, & omnibus sanctis in cœlo; dicit Dauid: *gladij ancipites in manibus eorū ad faciendā vindictam in nationibus, increpationes in populis*. vno momento Sodomam, & Gomorrham, omnesque habitatores earum, ac reliquarū vrbium hiatu demerserunt. Aperuerunt terrā, quæ absorbuit Core, Dathan, & Abiron. Maximas intulerunt plagas Ægypto, & Pharaoni, & Assyrijs: interficientes vna nocte centum, & octoginta militū millia, & in Iudæa vno triduo virorū millia septuaginta. Assumunt omnes creaturas tanquā Dei flagella iuxta illud sapientis. *Creatura tua tibi factori deseruiens exardescit in tormentū aduersus insensatos*. Sicut enim fideles famuli, statim insurgunt in eum, qui hero suo quem diligunt, facit iniuriam: ita omnes creaturæ insurgunt in peccatores, qui Deum offendunt. Ipsi diaboli quærunt mortem peccatorum, non ad vindicandas Dei contumelias, sed ad explendam in damnatis suam inuidiam. *Consistit*, inquit ille, *diabolus à dextris peccatoris*; facultatem petens extrema mala intentandi. *Secundo*, quod Ecclesiastci superior in precibus suis cum Deo agant, de peruersorum exstirpationem: siue per excommunicationem, siue alia via ne tantum alijs obsint. Hanc de se affirmat voluntatem, S. Pau-

10. Quod dicitur de zizanijs. Serui parati ad euellenda zizania.

1.

Psal. 149. 7.

Gen. 19. 24.

Num. 16. 31.

Exod. 8. 9. 10. 11.

Isai. 37. 36.

Sap. 16. 24.

Diabolus peccatores perdit.

2.

Superiores petunt mēbri morbidi abscissionē à Deo.

Gal. 5.12. S. Paulus ad Galatas, dicens de hæreticis, qui illos seducebant. *Vtinam abscindantur qui vos conturbant.* Idem omnes sancti faciunt Prælati, orantes Deum contra oẽs illos, quorum correctionem desperant, & ostendentes se paratos ad quaslibet illis infligendas pœnas legitimas; vt sic expellantur: cogitãtes quod Elias, quadringẽtos occiderit Prophetas Baal: & Leuitæ, 23. millia eorũ qui vitulum aureum adorauerant, & Phinees cum suis, viginti quatuor millia eorũ qui immolauerant Beelphegor. Pij enim eodem exardescunt zelo ad vltionem diuinæ iniuriæ, ac perditionẽ animarum tollendam: Et quia ipsorum nõ est occidere corpora; Deum orant, si forte præstet omnes illos, spiritali gladio ab Ecclesia præscindere, sicut præcipere videtur Apostolus: *Si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere: auferte malũ à vobis ipsis.* Id est, à vestra societate. *Tertio,* quod principes sæculares, animaduertentes pessimorum subditorum malitiam, & eorum maxime qui alios ad hæresin, aliaque peccata inducunt, nõ tantũ cum consiliatijs, de emendatione illorũ agere debebant, sed multo magis cum Præsulibus Ecclesiasticis; qui peccatorum malitiam multo norunt melius: nam illi etiam nomine patrisfamilias intelligendi veniunt. Iccirco libertatem illam vt aiunt conscientiæ, id est, optionem hæreticorum dogmatum non permittent. Non facient se iudices Religionum, non conniuebunt hæreticis pro suo placito; sed zelum pro domo Dei ostendent, & primum ex Ecclesiasticis discent, vtrum hæresis sit. Deinde vt eam cum minimo aliorum damno eradicent. Verba quædã quibus serui illi vtuntur notanda sunt. *Primum vis,* quo declarant, se in peccatorum pœna, nihil præter diuinam voluntatem, quærere. Sicut enim tenentur superiores bonos subditos promouere, ac laudare: ita etiam sunt ad *timorem mali operis pro quo gladium portant.* In puniendo itaque seruandi sunt antiqui *Canones,* & statuta Ecclesiæ: ac approbatæ ab Imperatoribus, & Regibus leges ad opus adducendæ, nec noua excogitanda supplicia, ac illicitæ pœnæ. Quod fit *imprimis* quando Ecclesiastici quærunt alterius sanguinem: sicut Itachius & Vesatius Episcopi, temporib⁹ sancti Martini, Euo-

Margin notes: 3. Reg. 18. 40. Exod. 32. 28. Num. 25. 10. — 1. Cor. 5. 11. — 3. Officium Magistratus sæcularis. — Libertas cõscientiæ. — Verba seruorum explicantur. 1. Vis. — Rom. 13. 4. — In pœnis vitanda. 1. — Sulpit. dial. 3. de S. Martino cap. 13.

Euodium Gubernatorem Treuiris incitabāt ad necem Priscillianistarum, quod vehemēter Episcopis Catholicis displicuisse, scribit Sulpitius: adeo vt communionem ipsorum declinarent. Ecclesiastici iudicabunt esse hæreticos, & allaborabunt vt cōuertantur, & si pertinaces manserint, eijcient ab Ecclesia, & brachio tradent sæculari, qui cum illis secundum iura Cæsarea procedent. *Secundo,* quando cum peccatoribus proceditur, non seruata forma iudicij: exponendo illos plebis, aut militum furori. Sicut temporibus S. Bernardi, populus promiscue in hæreticos ferociebat, quod arguebat vehementer. dicens: *Approbamus zelum, sed factum non suademus: quia fides suadenda est, non imponenda. Quanquam melius proculdubio coercentur gladio illius qui non sine causa gladium portat,* (id est, magistratus) *quam in suum errorem multos traijcere permittuntur.* Eodem modo in Hispanijs cum Priscillianistis actum est, anno Domini 386. cum plebs furiosa non hæreticos solos, sed multos etiam Catholicos perderet; hæresin magis pallore faciei, & vestibus, quam verbis, ac confessione metiens, inquit Sulpitius. Hac via solent contra Catholicos procedere hæretici, non antiqui tantum, vt de Arianis, Nestorianis, Eutychianis, ac Iconoclastis ex historijs constat Ecclesiasticis, sed nostri etiam sæculi hæretici & maxime sanguisugæ Caluiniani. Secundum verbū est *eamus.* Quod innuit *primo,* seruos qui vindictam malorum expetunt, in alia regione esse, de qua exire offerunt. Angeli in cœlo sunt, prompti ad Dei voluntatem, vt cum vltione in terram descendant. Pijs siue Ecclesiasticis, siue laicis habitandum est *Ierosolymis,* id est, in ciuitate pacis, in mansuetudine, ac miserationibus; ad parcendum, quam ad feriendum paratiore semper animo: nihilominus cum pœnas viderint necessarias, ad illas se component: & sicut qui de loco suo surgit, ac vadit alio, sic ipsi ex naturali sua exibunt misericordia, & viam capessent iustitiæ. Sicut Deus *exire* dicitur in scripturis, cum procedit ad vindicandum. Significatur ergo hic non exire, aut alia aliqua affectione: sed ex amore, & zelo iustitiæ puniendos esse peccatores. *Secundo,* significat; Dei seruos apud Deum mereri, satisfaciendo iustitiæ; nec minus quam per misericordiæ opera, in

[Margin notes: Ecclesiasticorum officium cōtra hæreticos. — 2. — *Bern. ser. 66. in Cant.* — *Rom. 13. 4.* — Sulpitius sup. — Hæreticorū malitia. — Secundum verbum seruorum *Eamus.* — Notat. — 1. — 2.]

innocentum. Quare caue ne decipiat te diabolus. Sub auro quod amas, ſub purpura quam ambis, ſub epulis, ſub cultu matronarum, latet venenum diaboli: noli externa tantum, ſed & intima contemplari. *Secundo*, diſcis ingenium impiorum: qui ſtatim arripiunt diaboli eſcas. Non eſt quod in nos magno nitatur conamine: ſufficit ad capiendos oculus vnus, auris vna, ingerit aliquid inhoneſti: ſtatim illud, tãquam fœcunda ſuſcipimus terra, ac tam diu volutamus, verſamuſque donec cõſummemus malum ingeſtum, iuxta illud Ozeæ *tota nocte dormiuit coquens illud, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ*, Id eſt, nocte mala ſua meditati ſunt, & mane opere adimpleuerunt. Quare cum ſuggeſtiones aliquas diaboli ſentis, ſtatim illas à te excute; ne capiaris, ac pereas.

2. **Malorum indoles.**

Oſee 7. 6.

III. *Cum autem creuiſſet herba & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.* 6. *Sextum*, quod in hoc Euangelio de zizanijs dicitur eſt quod agnita non ſint, donec fructus prouenirent. Sicut enim non facile herbæ diſcernuntur, cum minutæ ſunt: ita nõ ſtatim ab initio agnoſcuntur mali, quia, pro tempore, bonitatẽ foris præferunt quod non tantũ de hominibus, ſed & de ipſis diaboli ſuggeſtionibus intelligẽdum eſt. Quantum enim ad malos qui ſubornantur à diabolo ad ruinam piorum, certum eſt quod diſſimulent initio: vt ad ſocietatem, ac familiaritatẽ admittãtur, & bonis verbis ac *per dulces ſermones ac benedictiones* (vt ait Apoſtolus) *corda ſeducant innocentium*. Hoc maxime faciunt hæretici, cum Dei verba crepant; ſicut diabolus tentans Chriſtum. Sapiens ſuadet *multos* habere *pacificos, cõſiliarium autem vnum ex mille*. Id eſt, omnibus eſto benignus, ſed arcana tua paucis reuela. *Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facile credas ei teipſum*. Id eſt, antequã aliquem tibi familiarem facias, cui tua cõmittas; primum experire, vtrum is ſit, qui apparet: maxima enim inter homines fraus eſt, vt expiſcentur tua, tibi ſe fingunt ſimiles. Quantum autem ad diabolicas ſuggeſtiones, quæ etiam zizaniorum nomine intelligi poſſunt, illæ etiam accuratiſſimè obſeruãdæ ſunt. Illæ enim pulchra ad nos adueniunt ſpecie, ſub palliolo virtutũ & ſæpe in nobis manent cum bonis Spiritus ſancti inſpirationibus, nec dignoſcuntur, vtrum à Deo, an vero ſint à diabolo. B. Pater Ignatius

Mali initio latent.

Rom. 16. 18.

Matth. 4. 3.
Eccl. 6. 6.
Ib. Verſu 7.

Tentationes explorandæ.

Ribaden. in vita l. 1. c. 3.

Ignatius cum iam à ſeculo conuerſionem meditaretur, cum in Hiſpanijs cum Mauro quodam proficiſceretur, tractare cœpit de virginitate B. Mariæ Virginis. Maurus dicebat illam poſt partum non manſiſſe Virginem, & ſtatim cum equo ſuo præcucurrit Ignatium. Commouebatur plurimum Mauri blaſphemia vir ſanctus, & cogitabat eum inſequi & propter blaſpemiam trucidare. Videbatur bona inſpiratio, in honorem B. Virginis vindicare blaſphemiam: retardabat tamen ipſum aliquid. Diſputanti autem ſecum, nec diiudicare valenti, vtra à Deo eſſet inſpiratio, adfuit Dominus, ac inſpirauit, vt veniens ad biuium cuius latiusbrachium ad vrbem, anguſtius alio ducebat, mulo ſuo habenas laxaret, ac ſi ingrederetur viam latam, ciuitatem verſus, qua Maurus præceſſerat, ſequeretur eum, & confoderet, ſed mulus alteram ingreſſus eſt, & Ignatius tẽtatione liberatus. Scrupuloſi, his diaboli zizanijs multũ torquẽtur, nec diaboli ac Dei inſtinctus internoſcunt. Sapienter hic agendũ eſt, ac in omnib⁹ Confeſſariorum ſequenda conſilia. *Septimum* eſt, quod agnoſcantur zizania, quãdo fructus proueniunt: ſicut alibi ait Chriſtus *ex fructibus, eorum cognoſcetis eos*. Fructus zizaniorum peccata ſunt, & alienatio à Deo, & ſicut zizania: ſic & fructus eorum differunt. Hæreſum fructus ſunt infidelitas, adulteratio ſcripturarum, contemptus Eccleſiæ, parentum maledictio, blaſphemia Dei. Omnes enim hæretici, in quinque conueniunt. *Primo*, quod veram fidem abijciant, & nouam cudant. *Secundo*, quod ſcripturas ad ſe torqueant. Vt S. Petrus ſui temporis hæreticis exprobrat. *Tertio*, quod Eccleſiam ſpernant, ac contra eam noua conuenticula, (quæ Eccleſiam nominant) erigant. *Quarto*, quod neceſſario omnes maiores ſuos damnent, qui ante fidem illam (quam ipſi veram prædicant) exceſſerunt, cum impoſſibile ſit *ſine vera fide placere Deo*. *Quinto*, mendacem faciunt Deum, quaſi fefellerit promiſſiones ſuas: promiſit enim Apoſtolis ſe adfuturum Eccleſiæ, *vſq; ad conſummationem ſæculi*, & quod *portæ inferi non præualerent aduerſus eam*, quod verum nõ eſt ſi tanto tempore fidem falſam illa tenuit. Nulli enim hæretici longius, quam vſque ad hæreſiarcham, hereſim ſuam deducere poſſunt, vt Arriani ad Arrium, Macedoniani

Marginal notes: Blaſphemia Mauri. — Tentatio Ignatij. — 7. De zizanijs. — Matth. 7. 16. — Fructus hæreſis. — Hæreſes omnes conueniunt. — 1. — 2. — 2. Pet. 3. 16. — 3. — 4. — Hebr. 11. 6. — 5. — Matt. 28. 20. — Matth. 16. 18.

doniani ad Macedonium, Nestoriani ad Nestorium, Lutherani ad Lutherum, Caluinistæ ad Caluinum, &c. præter hos quinque fructus etiam alij plerumque ex hæresi pullulant: vt discordiæ, bella, caritas annonæ, impietas, sui amor, simulatio, proditio, aliaque mala plurima de quibus B. Paulus, & post illum S. Ignatius. Mali Catholici, qui etiam Ecclesiæ zizania sunt, ferunt etiam fructus suos: nimirum omnis generis peccata, iuxta cuiusque inclinationem. A *Superbis* enim, egreditur inobedientia, iactantia, simulatio, rixæ, pertinacia, dissensio, nouitas. Ab *auaris* proditio, fraus, periuria, inquietudines, violentiæ, immisericordia. A *luxuriosis* cæcitas mētis, præcipitantia, instabilitas, timor mortis, odium Dei, sui amor, metus futurorum. Ab *inuidis* odia, susurrationes, detractiones, gaudium de alieno malo, tristitia de bono. Ab *iracundis* iurgia, contentiones, elatio, contumeliæ, clamores, indignationes, blasphemiæ. A *gulosis* inordinata lætitia, impudicitiæ, sordes, stupor ingenij. Ab *Acediosis* malitia, cerebrositas, pusillanimitas, desperatio, torpor ad diuina, distractiones. Hi fructus, & filiæ peccatorum capitalium: vt auctor est S. Gregor. Papa. S. Paulus etiam septemdecim narrat opera carnis: vt ex fructib⁹ eius, à tritico discernantur. Quare antequā cum alio familiaritatem ineas, teque illi credas, mores eius obserua: & si aliquem prędictorum fructuum in illo aduertas, ad eum ne accesseris: quemadmodum enim, *qui tetigerit picem inquinatur ab ea, ita qui communicauerit superbo induet superbiam*, & qui cum alijs conuersatur, vitia illorum contrahit. Sed maxime vita societatem hæreticorum: nulla enim tam cito cōtrahitur macula, nulla ita noxia, ita incurabilis, fœda, ac lethalis. S. Paulus eos *cancro* comparat; qui & olet, & exedit carnes vsque ad ossa, ac serpit, donec totum perdiderit hominem.

Alij fructus hæresis. 1. Tim. 3. 2. Ignat. ep. 7. 9. 10. 11. Fructus malorum Catholicorum. Superborū. Auarorum. Luxuriosorum. Inuidorū. Iratorum. Gulosorū. Acediosorum. Gregor. 31. Mor. cap. 31. Gal. 5. 19. Eccl. 13. 1. 2. Tim. 2. 17.

Malæ etiam cogitationes, quæ nobis à diabolo ingeruntur, zizania sunt: cū enim homo microcosmus, id est, paruus mundus sit, & *ager* in hoc Euangelio, *mundus* esse intelligatur, iuxta Christi interpretationem: nō incommode per bonum, & malum semen, cogitationes accipiuntur. Bonis enim cogitationibus, id est, Spiritus sancti inspirationibus, homo ad Deum trahitur: sentit se pacatiorem, hilariorem, liberiorem à scrupu-

ſcrupulis, maiorem animi pacem, ardentiorẽ charitatem, roboratiorem fidem, accipit duodecim, quos enumerat S. Paulus, *fructus Spiritus*. Sed tentationes diaboli cõtriſtant, angunt, turbant, ad deſperationem, ac mundana abripiunt. Quare ſi velis, diuerſas dignoſcere inſpirationes, obſerua quomodo poſt eas ſis conſtitutus: ſi enim Deo te ſentis propiorem, hilariorẽ, pacatioremque, diuina fuit: ſi remotiorẽ à Deo, inquietiorem, afflictiorẽ, affectioremq; mundo, diaboli tẽtatio eſt. Gal. 5. 22.

IV.

Accedentes autem ſerui patrisfamilias dixerunt. Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? vnde ergo habet zizania. Octauum, quod de zizanijs dicitur, eſt admiratio ſeruorũ, vnde illa ſuccreuerint. Serui hi, omnes pij ſunt, & maxime Eccleſiaſtici ac laici ſuperiores qui intendere debẽt Eccleſiæ, qui ad patremfamilias accedunt, quãdo preces ſuas corã Deo proſternunt, & nequitias hominum deplorant. Sicut Elias cum tyrannidem Iezabelis effugeret, dicens: *Domine altaria tua deſtruxerunt, Prophetas tuos occiderunt, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Deponunt querelas ſuas, cum admiratione, mirabile enim eſt inueniri in Eccleſia malos, cum tot ibi ſint bene agendi media, & nulla faciendi male: tot habemus ac tam efficacia Sacramenta, tam copioſam gratiam, tot præclaras exhortationes, tot exempla, ac inſpirationes bonas, quæ omnia charitatem in nobis accendant, & vnde inter tot bona, tanta mala? Sicut aqua nõ congelaſcit in igne, ſed glacies ibi liquatur: ita mali omnes tot medijs ſuæ ſalutis deberent conuerti; & non frigeſcere, ac deficere. Similes ſunt apud Iſaiam querelæ Domini. *Quid potui facere vineæ meæ & non feci.* Sancti etiam Angeli noſtram obſtupeſcunt ingratitudinem, qui poſt tanta beneficia non emendamur, ſed reddimur peiores, *Angeli pacis* (inquit Iſaias) *amarè flebunt, quia diſsipatæ ſunt viæ Domini, & pactum fecerunt irritum.* Id eſt, quia homines præcepta Domini præuaricati ſunt, imo indubium eſt, quin ipſi diaboli noſtrã admirentur malitiam, qui Deum poſt tantam gratiam offendimus, tam grauiter. Dicitur in monaſterio quodam Monachus ſub *Credo*, non inclinaſſe caput cum reliquis, dum caneretur *& homo factus eſt*; cui alapam impegit diabolus, dicens: *O Monache ingrate quid hic adſtas erecto collo? quin caput cum reliquis*

8. De zizanijs.

Serui patrisfamilias.

3 Reg. 19. 10.

Occaſiones Virtutũ in Eccleſia.

Iſai. 5. 4.

Iſai. 33. 7.

Speculum exemplorũ m. d. 9. §. 75.

reliquis fratribus inclinas cum Deum audis pro te incarnatum? Si pro me fecisset tantundem, sine vllo me fine incuruarem. Hanc admirationem in morte sua mali experientur, cum omnia ipsorum peccata proponet illis diabolus, aggrauans ea supra modum; cùm beneficijs, quibus corrigi debebant, deteriores euaserint. Disce hinc *primo,* teipsum considerare, ac propriam admirari nequitiam, & ad Deum reuerti. Loth, Iob, Ezechiel tanto erant sanctiores; quanto nequioribus cohabitabant: tu autem tanto fis peior, quanto plura in Ecclesia bona accipis. Sanctus Paulus ex sapiente ait: *prunas ardentes colligi in caput inimici,* si ei benefacias, id est, beneficijs accendi inimicum ad charitatem, & in amicum commutari: tu autem, tanto Deo hostilior es, quanto maiorem eius beneficentiam experiris. Disce *secundo,* tum de te sanctos conqueri, cum in peccatis es securissimus: & Deus exaudit illos, ac maiora tibi in inferno parat tormenta. Iulianus Apostata certam sperabat contra Persas victoriam, quam addixerant ipsi idola sua. Sed ignorabat sanctos Basilium, Sabbam, Didymum, (antequã Origenis erroribus macularetur) aliosque complures Deum contra se obsecrare: vnde in peccatis conquiescens occisus & in ignem æternum coniectus est. Noli amicis Dei dare causam de te cõquerendi. Deus enim amat illos, nec negabit quæ aduersus te postulant. Disce *tertio,* proximi peccata si tibi sint nota, apud neminem, nisi apud Deum querulari, aut apud eos qui possint adhibere remedium: quamuis enim vera narras sine peccato tamẽ nõ narras: quia nihil hinc boni, nisi vt aliena infamia tibi satisfacias, & noxia est satisfactio, quam ex peccato, Deique offensa capis. Porci libenter moliuntur rostro stercora humana, ita & detractores, proximorum peccata.

[Margin: Documenta tria. 1. — *Rom. 12. 20. Prou. 25. 22.* — 2. Documẽtum. — *Amphil. in vita Basi. 4. Theod. l. 13. cap. 19. Sozom. l. 6. cap. 2.* — 3. Documẽtum.]

V. *Et ait illis: inimicus homo hoc fecit.* Nonum quod de zizanijs dicitur est, non latuisse patremfamilias, crescere in agro suo zizania, & à quo essent seminata: Deus enim omnia nouit quæ in mundo sunt, tam bona, quã mala. Nullus ita abiectus, nullum tam leue verbum, tam breuis cogitatio, tã exile opus quod ab ipso abscondatur. Sermo Dei Christus pertingit *vsq; ad diuisionem compagũ & medullarum; discretor cogitationum & inten-*

[Margin: 9. De zizanijs. — *Hebr. 4. 12.*]

intentionum cordis, inquit Apoſtolus. Quamuis enim homo neſciat quid ſit in corde ſuo; nõ ignorat tamen illud Deus *qui ſcrutatur corda & renes:* inquit Ieremias. Verum quidem, quod mali à Chriſto audient *non noui vos:* ſed dupliciter Deus nouit homines. *Primo*, videndo, & cognoſcendo quid agant, & qui ſint, & ab hac eius notitia, nec terra, nec infernus aſcondun-tur. *Secundo*, agnoſcendo pro ſuis tanquã amicos, ac domeſticos, & non tanquam externos. Ita ſolos nouit probos vt ait *ego cognoſco oues meas.* & D. Paulus; *nouit Dominus qui ſunt eius.* Hâc notitia neminem nouit: qui alius ſit, aut alius appareat, quam ipſe eum cõdiderit. Hæretici præferunt ſe eſſe Prophetas, non nouit eos tales Dominus: ſed, vt verè ſunt, pſeudoprophetas. Hypocritæ boni haberi volunt; ſed Dominus illos nouit malos. Alij videntur ſibi pulchri, ſed Deus in illis deformem, maculatã, fœdamque adſpicit animam, multi foris apparẽt homines, ſed intus lupi ſunt rapaces, canes, porci, ſerpentes, ſcorpiones, vt appellant eos ſcripturæ: & à Deo non agnoſcuntur, cuius imaginẽ & ſimilitudinẽ vitiarunt, & ſpurcarunt. Diſce hinc. *Primo*, nunquã apparere alius, quã in oculis Dei ſis, atque ideo ne te collaudes, tibique cõplaceas: forte enim diſplices Deo, qui te nõ agnoſcit pro ſuo. Diſce *ſecundo*, nihili facere quæ de te dicant homines; ſed labora vt Dominus agnoſcat te, nec te vituperet. Diſce *tertio*, peccata tua per diaboli inſidias, aut humanam infirmitatem nõ excuſare, quamuis enim apud homines te excuſes, apud Deum iſta te ratione non purgabis, qui corda inſpicit, & nouit quomodo in peccata decideris: quamuis enim diaboli tentatione peccaueris, infernum non effugies; cum zizania etiam à diabolo ſeminata, in ignem inijciantur.

Hiere. 17. 10. *Matth. 7. 23.* Dupliciter nouit Deus hominem. 1. 2. *Ioan. 10. 14.* *2. Tim. 2. 19.* *Matth. 3. 7. & cap. 7. 15.* *Ezech. 2. 6.* Documenta tria. 1. 2. 3.

Diabolus hic *inimicus homo*. Id eſt, homo qui Deo hoſtis eſt appellatur à Deo: triplici de cauſa. *Primo*, quia tam ſuauiter, blandaque ſpecie accedit. Ita habes in Apocalypſi locuſtis de abyſſo egredientib⁹ facies fuiſſe *humanas*; capillitia *mulierum*. & ſimilitudines *aurearum coronarum in capitibus*: ſed caudas *ſcorpionum*. Diabolus enim blandè accedit, ſed in fine ferit: & S. Paulus ait: quod trãsfiguret ſe *in Angelum lucis* dans verba optima, nõ ſecus ac ſi de cœlo eſſet demiſſus. Ita multis apparuit

Diabolus inimicus homo. 1. *Apoc. 9. 7.* *2. Cor. 11. 14.*

ſub Angelorum,ac Sanctorum ſpecie, imo ipſius Chriſti, ſed euanuit ſemper cum fœtore. *Secundo,* quia ſuggeſtiones eius
1. Cor.3.3. vt plurimum humanæ ſunt: ad proſperitatem ſcilicet carnis, ſtudia honorum,diuitiarum,ac aliorum complacentium.De quib⁹ S.Paulus *cum ſit inter vos cōtentio,nōne carnales eſtis,& ſecundū hominē ambulatis?* Per ipſum enim nō interior homo,id eſt, Spiritus ſed exterior promouetur.Diſce hinc ſi carni nimium indulges,diabolicum te hominē eſſe: ipſe enim carnis patro-
3. nus eſt, atque aduocatus, vt Spiritum ſupprimat. *Tertio,* quia ſolet tētare, ac in peccata nos inducere hominū opera. Quos ipſe primum vt ſuos poſſidet, ac poſtea ad aliorum exitia, vt organa quædam, ac inſtrumenta applicat, & vt corporis ſui
Gregor.34. Mor. cap.2. membra. S.Gregor. carnales dicit,carnem eſſe diaboli: alios vero malos,ipſius membra. Atque inde inter diabolū & peccatores,tanta affinitas eſt,vt nomina participent mutua. Homines quidem *diaboli* ſicut de Iuda aiebat Chriſtus. *Nonne ego*
Affinitas inter diabolum & malos.
Ioan..6.71. *vos duodecim elegi & vnus ex vobis diabolus eſt?* proditor ſcil. Iudas.
1.Tim.4.1. Et S.Paulus hæreticos appellat *Spiritus dæmoniorum*. Diabolus etiam nomen habet malorum *hominum*, vt in præſenti Euangelio clarum eſt. Notandum tamen diabolum non abſolute dici hominem, ſed cum adiectione *inimicus homo.* Quia per naturam homo nō eſt:ſed propter malitiam, quæ incorporata eſt illi, ac diabolicæ naturæ inſeparabiliter adhæret, & inimicus ſicut eum poſtea Chriſtus in explicatione parabolæ abſolute inimicum nominat. Dicens *inimicus qui ſeminauit ea*
Diabolus non *homo*, ſed *inimicus homo* dictus.
Diabolus *inimicus.* Matth 13.39.
1. *diabolus eſt.* Vt nos doceat *primo,* Naturæ humanæ nomen, quam ad tantam dignitatē extulit Dominus, ac proprio ſuo ſanguine redemit, non tribuendum diabolo Dei inimico, ac
2. creaturarū omnium deſpicatiſſimo. *Secundo,* quod homines etiamſi naturam nō exuant, diaboli tamē qualitates induere poſſint,maxime qui hoſtilitates fouent. Quamuis enim omnes peccatores inimici Dei conſtituantur,ac iure *inimici homines* dici poſſint: illi tamen qui proximos oderunt, magis proprie cum diabolo *inimici homines* appellantur, quia proprium diabolo odium eſt,ac inuidia: ſicut Deo charitas, *ipſe enim* (vt
1.Ioan.4.16. inquit Ioannes) *charitas eſt.* & ſicut Deus omnia amat, *& nihil*
Sap.11.25. *odit* (vt habet Sapiens) *eorum quæ fecit:* ita neminem amat diabolus,

bolus, sed odit omnia quæ in mundo sunt; cœlum, & terram, Angelos, & homines, Deum, & opera eius, imo ipsos etiam diabolos, oderunt enim ipsi omnes, & diligunt neminem. Atque ideo nõ dicitur hic cuius inimicus sit, sed absolute *inimicus*, ipse enim est inimicus omniũ etiam sui ipsius quia per superbiam suam tãta bona perdidit, & tanta mala acquisiuit. Charitas in se aliquid habet boni, atque ideo in inferno esse non potest, vbi omnia mala sunt, bona nulla.: atque ita nihil ipsi placet eorum quæ in mundo sunt, sed calumniatur omnia, aduersatur omnibus, vnde & *diabolus* Græce, id est, calumniator; & *Sathan* Hebraice, id est, aduersarius dictus est.

Diabolus omnium inimicus.

VI.

Serui autẽ dixerunt ei vis imus, & colligimus ea? Decimum, quod de zizanijs dicitur, est: quod abesse illa cupiant serui patrisfamilias, quin quod & ipsi parati sint exstirpare ea. in quo significatur *primo*, paratos esse Angelos cœli, ad vindictam peccatorum: tum, quia Deum irritant, quod Dei amici summum existimant malum, tum, quia bonis obsunt. De illis, & omnibus sanctis in cœlo; dicit Dauid: *gladij ancipites in manibus eorũ ad faciendã vindictam in nationibus, increpationes in populis*. vno momento Sodomam, & Gomorrham, omnesque habitatores earum, ac reliquarũ vrbium hiatu demerserunt. Aperuerunt terrã, quæ absorbuit Core, Dathan, & Abiron. Maximas intulerunt plagas Ægypto, & Pharaoni, & Assyrijs: interficientes vna nocte centum, & octoginta militũ millia, & in Iudæa vno triduo virorũ millia septuaginta. Assumunt omnes creaturas tanquã Dei flagella iuxta illud sapientis. *Creatura tua tibi factori deseruiens exardescit in tormentũ aduersus insensatos*. Sicut enim fideles famuli, statim insurgunt in eum, qui hero suo quem diligunt, facit iniuriam: ita omnes creaturæ insurgunt in peccatores, qui Deum offendunt. Ipsi diaboli quærunt mortem peccatorum, non ad vindicandas Dei contumelias, sed ad explendam in damnatis suam inuidiam. *Consistit*, inquit ille, *diabolus à dextris peccatoris*; facultatem petens extrema mala intentandi. *Secundo*, quod Ecclesiastci superior in precibus suis cum Deo agant, de peruersorum exstirpationem: siue per excommunicationem, siue alia via ne tantum alijs obsint. Hanc de se affirmat voluntatem,

10. Quod dicitur de zizanijs. Serui parati ad euellenda zizania.

1.

Psal. 149. 7.

Gen. 19. 24.

Num. 16. 31.

Exod. 8. 9. 10. 11.

Isai. 37. 36.

Sap. 16. 24.

Diabolus peccatores perdit.

2.

Superiores petunt mẽbri morbidi abscissionẽ à Deo.

Euodium Gubernatorem Treuiris incitabāt ad necem Priſcillianiſtarum, quod vehemēter Epiſcopis Catholicis diſplicuiſſe, ſcribit Sulpitius: adeo vt communionem ipſorum declinarent. Eccleſiaſtici iudicabunt eſſe hæreticos, & allaborabunt vt cōuertantur, & ſi pertinaces manſerint, eijcient ab Eccleſia, & brachio tradent ſæculari, qui cum illis ſecundum iura Cæſarea procedent. *Secundo*, quando cum peccatoribus proceditur, non ſeruata forma iudicij: exponendo illos plebis, aut militum furori. Sicut temporibus S. Bernardi, populus promiſcue in hæreticos ferociebat, quod arguebat vehementer. dicens: *Approbamus zelum, ſed factum non ſuademus: quia fides ſuadenda eſt, non imponenda. Quanquam melius procul dubio coercentur gladio illius qui non ſine cauſa gladium portat*, (id eſt, magiſtratus) *quam in ſuum errorem multos traijcere permittuntur*. Eodem modo in Hiſpanijs cum Priſcillianiſtis actum eſt, anno Domini 386. cum plebs furioſa non hæreticos ſolos, ſed multos etiam Catholicos perderet; hæreſin magis pallore faciei, & veſtibus, quam verbis, ac confeſſione metiens, inquit Sulpitius. Hac via ſolent contra Catholicos procedere hæretici, non antiqui tantum, vt de Arianis, Neſtorianis, Eutychianis, ac Iconoclaſtis ex hiſtorijs conſtat Eccleſiaſticis, ſed noſtri etiam ſæculi hæretici & maxime ſanguiſugæ Caluiniani. Secundum verbū eſt *eamus*. Quod innuit *primo*, ſeruos qui vindictam malorum expetunt, in alia regione eſſe, de qua exire offerunt. Angeli in cœlo ſunt, prompti ad Dei voluntatem, vt cum vltione in terram deſcendant. Pijs ſiue Eccleſiaſticis, ſiue laicis habitandum eſt *Ieroſolymis*, id eſt, in ciuitate pacis, in manſuetudine, ac miſerationibus; ad parcendum, quam ad feriendum paratiore ſemper animo: nihilominus cum pœnas viderint neceſſarias, ad illas ſe component: & ſicut qui de loco ſuo ſurgit, ac vadit alio, ſic ipſi ex naturali ſua exibunt miſericordia, & viam capeſſent iuſtitiæ. Sicut Deus *exire* dicitur in ſcripturis, cum procedit ad vindicandum. Significatur ergo hic non exire, aut alia aliqua affectione: ſed ex amore, & zelo iuſtitiæ puniendos eſſe peccatores. *Secundo*, ſignificat; Dei ſeruos apud Deum mereri, ſatiſ- aciendo iuſtitiæ; nec minus quam per miſericordiæ opera, in

Eccleſiaſticorum officium cōtra hæreticos.

2.

Bern. ser. 66. in Cant.

Rom. 13. 4.

Sulpitius sup.

Hæreticorū malitia.

Secundum verbum ſeruorum *Eamus*.

Notat. 1.

2.

Actus iustitiæ etiam sunt misericordiæ. virtutibus proficere. Tum quia iustitiæ opera, etiam misericordiæ opera sunt, quæ rei animam iuuant, ac ad cœlum promouent, aut à maioribus pœnis præseruant, quas diuturnioribus flagitijs incurrisset; tum, quia Dei honor defenditur, cuius iniuria iustitiæ executione vindicatur. Cauebit tamen qui minister est iustitiæ, ne quidquam præter Dei honorem, ac proximi charitatem, præ oculis habeat. Qui enim exequendo iustitiam, satisfacere vult affectibus, iræ, odio, impudicitiæque peccat, quamuis reus pœnas illas debeat. Ita scribit de Ecclesiastico quodam superiori, Gregorius. Qui post mortem in tormentorum loco conspectus est, multo grauatus ferro, quod iustitiam magis vindictæ cupiditate, quam amore iustitiæ exercuisset. *Tertium*, verbum est *colligimus*. Non dicunt vis *eradicemus*; sed, *colligimus*: quamuis colligi non possit, nisi eradicatum. Vt discamus nemini maleficorum etiamsi pessimus sit, optanda esse mala; sed liberationem bonorum, à iugo impiorum, quorum nobis, quantum possibile, procuranda salus. Hinc colligendi sunt, id est, separandi à bonis, ac claudendi carcere quasi subministrando illis media vt à malo conuertantur & saluent animas suas. Si ibi vitam emendent colligentur in cœlum cum iustis, sin in malitia sua perseuerant colligentur in ignem.

[Margin: Quid intendere debeat minister iustitiæ. — Gregor. 4. Mor. cap. 36. — Tertium verbum.]

VII. *Et ait non. Ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum. Vndecimum*, quod de zizanijs dicitur, est; parcat illis paterfamilias magis propter bonarum herbarum quam zizaniorum commodum. Quamuis enim Dei benignitas peccatores quosdã longanimiter, *ad pœnitentiam adducat*, vt testatur Apostolus: concedit tamen etiam vitam illis, quos in malitia sua nouit obstinatos non vt bonos deprauent, sed vt exerceant. Non igitur prohibet hic Deus impiorum supplicia, sed bonorum detrimenta. Ideo quando sine bonorum noxa mali castigari possunt, superiores legitime illos corrigent aut mulctis pecuniarijs, aut infamia, aut exilijs pœnisque capitalibus.

[Margin: 11. De zizanijs. — Rom. 2. 4.]

Tria notanda. 1. Nota *primo*, Non loqui hic Christum de hæreticis tantum, sed de peccatoribus omnibus, quos diaboli filios appellat, magis

magis etiam de Catholicis, quam hæreticis: tum, quia Catholici pinguedine agri Ecclesiæ fruuntur, id est, participes sunt meritorum & suffragiorum, propter communionem sanctorum, à qua non sunt præcisi, sicut hæretici: tum quia Christus hic de zizanijs loquitur, quæ crescunt in medio tritici, nec alia de causa nocent, quã quia pinguedinem succumque tritico debitum consumunt, & radices eius arctant, quo minus libere exporrigantur. Non nominat herbas vllas venenatas quarum præsentia inficiat; quales sunt omnes hæretici, qui & bonas herbas perdunt, & sterilem reddere student Ecclesiæ agrum. Nihilominus quia herbæ venenatæ pessima sunt zizania, & hæretici, nequissimi filij diaboli, & peccatorum omnium nocentissimi, quia omnia peccata, bella, dissidia, caritatem, calamitatesque parturiunt, sub zizanijs non male comprehenduntur, & quidquid alijs tribuitur illis etiam accommodari potest.

Christus hic etiam de Christianis malis loquitur.

Hæretici plantæ venenatæ.

Nota *secundo*, Docere Christum quid in Ecclesia à superioribus, & ministris fieri oporteat; ex ijs quæ agricola cum famulis suis in agro operatur. Inuiti enim zizania aspiciunt, euellunt vbi possunt, maxime dũ tenera sunt, & à bonis herbis discernuntur. Quod extraxerunt comburunt, aut pecori in stabulis substernunt, &, nisi venenatũ sit, obijciunt manducandum: venenata enim in ignem abijciunt. Ita omnes superiores non leuiter contristari deberent, quando inter subditos, malos sentiunt. Omni ab eis diligentia perquirendi sunt, antequã multiplicentur, & crescant: ac vbi inuenti fuerint exstirpandi, aut commutãdi pijs admonitionibus, increpationibus, aut aliorum sequestratione. Aliqui gladio feriendi sunt, vt ait Christus de homicidis: hæretici autem, venefici, ac similes surculi venenati Cæsarei iure flammis adiudicantur. Maleficus Basilius, qui incantationibus suis nocere volebat religiosis in S. Equitij Romæ exustus est; vt scribit, & commendat sanctus Gregorius. Fredericus Primus Imperator Anno Domini 1180. præcepit in hæreticos flamma animaduerti: quæ lex statim in Flandria à Philippo Comite mandata est executioni, qui plurimos ibi exussit hæreticos. Nouerat enim in veteri Testamento

2. Officia Superiorũ & ministrorũ in Ecclesia.

Matt. 26. 52.

Pœna maleficorum & hæreticorum.

Gregor. 1. dial. cap. 4.

Guilhelm. de Naug.

deprehensam in fornicatione sacerdotis filiam, flammis fuisse adiudicatam, quæ Christianam significabat animam, quæ Christi summi sacerdotis filia est, & fornicatur cum à vera fide, ad falsam deficit. Omnes enim (vt frequenter habet scriptura) qui fidem veram deserunt, apud Deum fornicari censentur, ac eandem ignis pœnam merentur optime. Vnde Dioscorus Patriarcha Alexandrinus, in Chalcedonensi Concilio ita de Eutychete censuit. *Si Eutyches tota Ecclesia plus sapere vult, ac illa esse doctior, non tormenta tantum, sed & ignem meretur.* Videtur hanc ignis pœnã miraculo confirmasse Deus. Testis enim est, ante trecentos quadraginta annos Thomas Cantipratanus: quod cum Cameraci magna in hæreticos conquisitio fieret, vt qui hæresim abnegare nollent, flammis perirẽt, non procul ab vrbe astutissimus quidam erat hæreticus, nomine Ægidij Boagris, qui timens capiti suo rogum, simulauit se energumenum. Vectus est homo Asperam (pagus is est inter Cameracum & Valencenas) vbi celebris S. Aichardi memoria, vt ab eo qui tutelaris obsessorum habebatur, sanaretur. Cum illuc esset adductus, vidit eum alius quidam, qui ibi catenatus iacebat dæmoniacus, ac obseruauit vbi collocaretur, sequenti nocte, obsessus ille, non sine miraculo, compedes ac vincula sibi soluit, accessit ad hunc Ægigium, stramina, sedes, scamna, storeas, & quidquid contrahere potuit, in hominis corpus collegit, ac postea ignem subiecit, miserumque combussit, ipse liberatus est ab illo, quo vexabatur diabolo, qui alterius animam ad inferos asportabat, nec reuertebatur. Vt ab his zizanijs ager expurgetur, admodum necessarium est obstare principijs. *Exstinguatur* (inquit B. Hieronymus) *scintilla vbi apparuerit, & fermentum à massæ vicinia coerceatur. Arrius vna scintilla Alexandriæ fuit, sed quia non tempestiuè oppressa est, totum terrarum orbem flamma eius depopulata est.* Hæretici proseminant vehementer modico tempore, sicut zizania quia carni afficiuntur, quâ carnales trahuntur, & magnorum, ac paruorum; sublimium, & humilium captant notitiam, & radices suas longe lateque diffundunt, vt protegantur, ac sustineantur ab omnibus. Hinc non permittendi sunt tam longe, ac alte serpere, sed

Leuit. 21. 9.

Actione 1.

Cantipr. 2. apum. c. vlt. §. 68.

Patronus energumenorum.

Principia hæresis impedienda.

Hieron. in c. 5. ad Gal.

Cur hęresis facile serpat.

ſed euellendi continuo atque ſe produnt; ſicut quondam Vigilantius, Iouinianus, Berengarius, Andebertus, Eunus in primo ingreſſu protriti ſunt.

Nota *Tertio* vtiliſſimum eſſe zizania demetere, & malos, maxime hæreticos, punire; cum tritico exin periculum nõ eſt. Priuilegium enim Eccleſiæ eſt, creſcere in perſecutionibus, quia Charitate diuina inflãmata eſt, & incaleſcit, exardeſcitq; perſecutione, vt focus flatu. Hæretici ſimiles ſunt aquis, quæ flatu frigeſcunt. S. Auguſtinus arbitrabatur in principio, apud hæreticos diſputando, quam perſequendo, plus effici poſſe. Verum cum aduerteret ciuitatem ſuam, quæ antea tota erat hæretica, Cæſareorũ edictorum metu, totam ad fidẽ conuerti, vt decretas ijs pœnas effugerent, mutauit ſententiã, & multis locis ſcripſit piè, & religiosè admodũ facere Imperatores, & Principes, cum hæreticos ſeueritate, ad matrẽ ſuam Eccleſiam, reducunt: iubentur enim *ſeruire Deo in timore*: quod faciũt cũ improbis, maxime hæreticis, terrorem incutiunt, ac infidelitatem, perfidiamq; ipſorum perſequũtur. Ratio eſt quia potior eorũ pars quæ ab hæreticis ſeducitur, magis quærit libertatem carnis, quam apud hæreticos inuenit; quã animæ ſalutem. Cum autem perſecutione hac illis libertas adimitur, redeunt ad cor, & reſpicere incipiunt animas, quas in damnationis ſtatu comperiunt iacere. Hinc dicunt nonnulli bonum quidem cum Luthero viuere, ſed malum mori.

Not. 3. Hæretici puniendi ſi non ſit periculum. Eccleſiæ prærogatiua. *Aug. ep. 41. ad Vincent.* *Aug. 2. Retr. c. 5. ep. 50 l. 1. cont. Par. c. 7 l. 1. cõt. Gand. c. 17. tr. 11. in Ioan.* *Pſal. 2. 11.* Hæreſis motiuum.

Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem. Duodecimum, quod de zizanijs dicit Chriſtus, eſt, vt permittantur vſq; ad meſſem, inter triticum, in agro manere. Non quod hæreticos ac maleficos punire prohibeat, ſed quia in Eccleſia ſemper boni, & mali, vſque ad conſummationẽ ſæculi futuri ſunt: quãuis Donatiſtæ, & moderni Anabaptiſtæ, alijq; nonnulli hæretici, Eccleſiam veram negent poſſe malos aliquos intra ſe habere. Optabile eſſet nullos in Eccleſia malos inueniri: ſed quia tum hic, tũ alibi contrariũ docet Chriſtus; ſpernenda nobis nõ eſt Eccleſia, quia multi in ea ſunt peccatores. vna enim ſagena, boni, malique concluduntur piſces; in vna figulinâ; vaſa gloriæ & cõtumeliæ, in eadẽ vanno, triticũ cum paleis: in eodẽ corpore, ſanguis bonus, cũ noxijs humoribus. Imo nulla eſt tam exilis familia,

VIII. 12. De zizanijs. Quid ſignificet. An mali in Eccleſia. *Matt. 13. 48. 2 Timo. 2. 20. Matth. 3. 12. Rom. 9. 23.* Vbiq; mali.

milia, vbi nemo malus sit. Duos habuit Adam filios; Abelum
Greg. hom. 38 cir. med. probum, Cainum reprobũ. Noë tres; Sem, & Iapheth bonos,
Cham malũ. Abrahã duos; Isaacũ bonum, malũ Ismaël. Isaac
duos; Iacobum bonum, Esau profanum. Nulla sanctior congregatio Apostolorum Collegio, in quo tamẽ Iudas Magistri sui proditor fuit: sicut inter septem diaconos Nicolaus Antiochenus à quo Nicolaitæ hæretici. Si boni tantum Ecclesiam constituerent, nemo eam agnosceret; bonitas enim in cuiusq; corde sita inuisibilis est. Verũ quidẽ Ecclesiã sanctam dici: credimus enim, *vnam, sanctam, Catholicã Ecclesiã*. Non tamen inde sequitur, singula ipsius membra, idcirco esse sancta. sed ideo *sancta* dicitur, quia intra se sanctitatem, & Dei gratias cõtinet, quæ extra eam nusquã sunt: sicut homo viuere dicitur, in quo anima est, quamuis multa in eo; sicut vngues, humores, &c. inanimata sint: & arbor viuere dicitur, vbi aliqui adhuc virescunt ramusculi, reliquo corpore emortuo.

Ecclesia sancta.

Deus igitur bonos, & malos in sua tolerat Ecclesia; bonos tãquam potiores, in quorum gratiam facta sunt omnia: iuxta illud S. Pauli. *Omnia vestra sunt siue mundus, siue vita, siue mors, siue futura, siue præsentia.* Item *Omnia sustineo propter electos vt & ipsi salutem consequantur.* Quo enim diutius viuunt, eo & ampliores vitæ diuturna probitate, coronas apud Deum merentur. Malos autem inter bonos tolerat Deus, varijs de causis. *Prima*: vt iusti pro talib⁹ orent. Sicut sæpè obsecrauit in eremo Moyses, pro filijs Israel preuaricantibus, quos, sine illius intercessione, aboleuisset Deus. & Loth pro ciuitate Segor. *Secundo*, propter merita piorum, qui iustam Dei vindictam retardant. Si enim decẽ iustos in Sodomis inuenisset Dominus, pepercisset Pentapoli. *Tertio*, quia ex parentib⁹ sceleratis, boni aliquando nascuntur filij, qui nati non fuissent, nisi illis ad tẽpus pepercisset Dominus: vt ex Thare (quem scriptura idololatrã fuisse perhibet, & Epiphanius fictorem idolorum) natus est Abraham: Achaz pater fuit optimi Regis Ezechiæ. ex alijs alij nati. Fœmina notissimæ sanctitatis Maria de Ognies (cuius vitam Iacobus de Vitriaco Episcopus, & Cardinalis doctissimus, ac illi synchronos conscripsit) matrẽ habuit peruersam, quæ post mortẽ apparens, indicauit illi se æternũ damnatam: quod audiens

1. Corin 3.22. 2. Timo. 2.10.
Mali inter bonos cur.
1. Exod. 33. Gen. 19 21.
2.
3.
Iosu 24.2. Epiph. initio Panarij.
Cantipr. 2 apum cap. 54. Sur. 23. Iunij.

diens filia eius Maria, tẽperauit à lacrymis gratias agens Diuinæ iustitiæ, quantum ad matrem; & misericordiæ, quantũ ad se, cui parcebat, & dilectionẽ exhibebat Deus, ex tali prognatæ. *Quarto*, vt ad frugem cõuertantur. Sicut Manasse, quem in 4.
captiuitate Babylonica scelera admissa deplorantem, ac eluentem, flãma cęlitus emissa, liquatis catenis, ac cõpedib. Clemens Papa scribit diuinitus liberatũ: Cui⁹ filius Amon, & ipse malus Dei vltionẽ non effugit, sed in iuuẽtute mortuus, quia (teste eodẽ Clemẽte) dicebat, modo peccata sectabor patris, postea eius pœnitentiã. erat enim illud peccatũ in Spiritum S. pręsumtio, sc. de diuina misericordia. *Quinto*, vt impleant peccata sua. Sicut enim olla rimosa nõ statim aquis mergitur, quãdo aliquantulũ aquæ concepit per rimas, & vrna foraminosa dependens in puteo non statim supernatat donec paulatim, quã habebat aquã, pro parte emiserit: ita Deus impijs aliquando permittit vitã, donec peccatorũ suorũ pondere subsidant. Graue enim est instar *plũbi* peccatũ, inquit Zacharias. De peccatore loquitur Iob: *vtinã impleatur vẽter eius vt in eũ emittat irã furoris eius*. id est, Vellẽ numerũ peccatorum, ac mẽsuram eius expletã, vt eũ à terra auferret Domin⁹, in qua bonos opprimit. Deus cuiq; relinquit peccati mensuram, quam cũ impleuerit, immittit vltionẽ Dominus: Et sicut ad capacẽ mergendã amphorã, pl⁹ aquę requiritur, quã ad exiguã: ita & mẽsura peccati in alijs ac alijs capacior est. De hac mensura Pharisæis dicebat Christus: *Implete mensurã patrũ vestrorũ*, id est, sicut magnas mensuras patres vestri peccãdo impleuerunt, ita facietis & vos: nõ enim cessabitis, donec mẽsuram vestrã impleatis. *Sexto*, vt hic 6.
bonorũ quorundã operũ suorũ recipiant mercedẽ: cũ postea aliã nõ sint habituri. Ita Epuloni dicebat Abrahã. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nũc autẽ hic cõsolabitur, tu vero cruciaris.* Tãta enim Dei liberalitas est, vt vltra cõdignũ etiã, omnia bona; vel hic, vel postea, pręmiet, *Septimo* 7.
ad vsum piorũ, qui, per lõgam vitã iniquorũ, iuuantur in multis. *Primo*: per malos à peccatis suis purgantur, cum illorum in- 1.
sectationes patienter tolerãt; quẽadmodum flabellis, cineres paulatim ab accensis auferuntur carbonibus. *Secundo* excitan- 2.
tur, ac cõpelluntur sæpè ad Deum: sicut Tobias, & Sara in suis vexa-

2. Par. 33. 12.
Clem. 3. const. c. 22.
Ib. c. 23.
Simile.
Zach. 5. 7.
Iob 20. 23.
Matt. 23. 32.
Luc. 16. 25.
Pios iuuant impij.
Tob. 3. 1. & 11

3. vexationibus. *Tertio*, Magnam Dei discunt bonitatem, ac potentiam qui illos non tantum obrui ab illis nō patitur; sed insuper fortitudinem tribuit, ac virtutem, vt omnem persequētium malitiā superent, ac contemnant, per auxilia gratię: quin

Num. 23. 8. multo illos celebriores, illustrioresq; per illa reddit. Balaam à Rege Balac conductus erat, vt malediceret populo Israel, & dedit benedictionem pro maledictione Dominus. Tyranni martyribus summam cogitauerunt inurere infamiam, & plurimam illis auxerunt gloriam. Inclarescit vento flamma. Isaias dicit pios, ab omnibus in Ecclesia agnoscendos. ac dictum iri

Isai. 61. 9. de illis: *Hi sunt semen, cui benedixit Dominus.* Sicut enim ex veste, & ornatu à rusticis & ciuibus dignoscitur nobilis; ita & probi, ab improbis, dignoscuntur symbolo patientiæ in aduersis, quod improbi gestare nolunt.

Cur verbo *crescendi* Dominus vtatur.

Notandum. Non dici à patrefamilias, *finite vtraq; manere.* sed *finite vtraq; crescere.* Vt discamus *primo*, Nunquam hominē in eodē statu permanere, semper crescere; vel in bono, vel in

1. malo. vt recte Leo Papa. & post illū Cassianus, ac S. Bernardus

Leo serm. 54. Cass. coll. 6. c. 14. Bern. ep. 341.

aiunt. *Secundo*, quia boni per Dei voluntatē crescunt in numero, in scientia, in virtutibus: Ecclesia enim paulatim terrarum proficit spatijs, & iam totum pene orbem peruasit, indies fit

2. **Ecclesia crescit.** doctior, clariusq; mysteria intelligit fidei: idq; maximè, hæreticorum contentionibus qui argumentis suis, velut acri vēto, ignorantiam ex Catholicis Doctoribus exsufflant, atq; vrgent eos alti[9] scrutari, & explicare veritatem. Crescit etiam in virtutibus; tum ob Religionum nouarū in Ecclesia nascentiū copiam; tum propter nouam, quæ in illis religionibus exercetur,

Ordines Religiosi. seueritatem, ac rigorem. Primū Benedictini surrexerunt, post illos rigidiores aliquanto Cistercienses, post illos etiā rigidiores, Carthusiani: post illos Ordines mendicantes, nominatim Franciscani, sine redditib[9] vllis, aut possessione vlla in cōmuni. post illos Minimi, qui solis cibis vescuntur quadragesimalibus, ac demum omnibus illis rigidiores Capuccini. Zizania

Zizania crescunt.

1. etiam crescunt, Dei permissione. *Primo*, mali indies deteriores fiunt, ac ex vno peccato in aliud decidunt, Deo, iusto suo iudicio, peccatū peccatis puniente. sic Apostolus incidisse scribit

Rom. 1. 21. Philosophos in immunditias, & in ea quæ nō cōueniunt; quia cum

cum cognouissent Deum, nō sicut Deum glorificauerunt. *Secundo*, nouis peccatis impletur mundus. Quotidie nouæ excogitantur vestium formæ, noua tripudia, nouæ artes parādi pecunias, nouæ decipulæ virginū, nouæ Veneres, nouæ inebriādi rationes, bibendo in sanitatem Principum, in pacem, aliaq; quę largitur nobis Dominus, aut quę à Deo optamus: ac nouę in peccatis excusationes. *Tertio*, nouę quotidie pullulant hęreses, quæ antiquis nequiores sunt. Primi erant Lutherani, secuti sunt eos Caluinistæ deteriores, illos nequiores etiā Puritani, ac demum Athei, ac Politici, domusq; amoris. genimina pessima. Dat enim hæresis, semper progeniem vitiosiorem. 2. 3.

IX. *Et in tempore messis dicam messoribus.* Tempus messis, finis est sæculi. Sciendū enim nobis, non fore semper hanc mūdi formam. sed sicut in quibusdam regionibus per bella, aliasq; causas maximę inducuntur mutationes, & sicut mutatus est temporibus Noe diluuio mundus; ita & ante iudicium mundus immutabitur; & maxime post iudicium. Comparatur optimè mundi finis messi. *Primo*, quia sicut ante messem ager segete plenus conspicitur, ac herbis, ac paulò post, cum falsem miserint messores istorum nihil: ita iam hominibus plenus mūdus est, sed post iudicium nihil erit eorū quæ modo videmus. Particulatim scribit S. Ioannes, nec aurum, nec argentū, nec gemmas, nec merces, nec spectabile quidquam futurum post hęc, vt discas animum non figere transitorijs, sed Deo, qui manet semper. *Secundo*, sicut ante messem, quęcunq; in agro crescunt participant de eius pinguedine, & de solis radijs, & de pluuijs, de rore, de aura; at cum demessa fuerint nihil habent illorum amplius: ita & homines qui adhuc in mūdi agro viuunt capiunt & emolumenta sua inferius, id est, ab Ecclesia habent, & irriguū superius à diuina nimirum gratia, vt ita in bono crescant: sed post mortē pręcisi sunt à terra, nec mereri vltra possunt, nec crescere. iurauit enim Angelus: post tempus hoc, nō erit aliud. Quare dum viuis instanter operare, ne post vitā indigeas. *Tertio*, Sicut segetes ante messem pulcherrimę apparēt, inæquali tamen altitudine, aristis alijs magis, minusq; exstantibus, post messem autē stipulæ omnes æquales sunt, & ignoratur iam vbi cellior culmus aliquādo excreuerit: ita & in hac vita

Mundi immutatio. *Genes. 7. 23.* Cur finis mundi cōparetur messi. I. *Apoca. 18. 12* 2. *Apoc. 10. 6.* 3.

vita summum discrimen est inter seruos, ac Dominos, pauperes, ac diuites, Reges, & subditos, inclytos, & obscuros, Epulonem, & Lazarum: post mortem autem quando præcisi fuerint cum aristis calami, ac demessi in terram, non erit inter crania, & ossa eorum vlla disparitas, nec mendicus à Rege di-
4. stabit. *Quarto*, sicut herbæ nullæ, siue frugiferæ, siue infrugiferæ falsem effugiunt metentium; ita inquit, Gregorius nemo
Lib. 33. Mor. c. 14. mortis effugiet imperium. Cogita hęc crebrò: sicut enim dixi, ita continget tibi.

Messores Angeli sunt qui in fine mundi iubebuntur de-
Apoc. 14. 14 metere mundum. In Apocalypsi B. Ioannis clarius describitur modus, quod nimirum venturus sit filius hominis sublimis in nube lucida, tenens falcem acutam, & auream portans in capite coronam, ad quem Angelus de cœlo, tanquam legatus
Apoc. 14. 15. Sanctorum clamabit: *Mitte falcem tuam & mete: quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ.* Clamabit hoc Angelus iste, significans desideria eorum qui in cœlis sunt, & corporum
Apoc. 6. 10. suorum resurrectionem expectant, sicut alibi habetur. Dicit messem terræ arescere, id est, quod impleto sanctorũ numero, nihil vltra à terra expectandum sit boni, vbi mali soli sint, ac aridi, omni gratiæ diuinæ succo destituti. Christus falcem
Psal. 115. 15. suam mittet in terram, & omnes pios à terra tollet: *pretiosa e-*
Ioan. 14. 3. *nim in conspectu Domini mors sanctorum eius*, inquit, Propheta. Atque ita ipsemet eos à terra vult tollere, & sicut promisit ad ipsos venire, ac suscipere eos. Alius etiam de cælo exibit Angelus, habens falcem acutam, qua omnes amputabit botros ex vineis, id est, omnes impios qui vino scatent venenato. de
Deut. 32. 32. quibus Moyses *fel draconum vinum eorum*, id est, plenum nequitia. Morientur itaque boni, cum malis, & mundo finem da-
Cap. 3. 12. bunt, quod etiam per Ioelem ita ait Dominus. *Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniã maturuit messis, venite, & descendite quia plenum est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum.* Nec terra tantum in sæculi hac vltima messe purgabitur ab habitatoribus, sed omnes etiam creaturæ, omniaq; elementa, & maximè illa tria, quæ ex hominum peccatis aliquam senserunt contagionem, aer, aqua, terra. Angeli

omnia

omnia mundabunt.&, vt inquit, B. Ioannes, *cœlum nouũ, & terra noua creabitur, & omnia immunda cum damnatis detrudentur in ignem.* Sicut enim temporib⁹ Noe, aquæ diluuij inundauerunt terram, & partem aeris vsq; ad duodecim cubitos supra altissimos Armeniæ montes: ita ignis iam exardescet, qui purgabit, ac absumet omnia contaminata: quamuis enim res brutę peccare non possint, certũ tamen est, quod ex peccatis inquinentur. Cum idolorum templa profanata sacrilegis sacrificijs Deo dicanda sunt, primum lustrali aqua, ac thure mundantur, cõsecrantur Chrismate, precibusq; varijs, vt contractæ à peccatis sordes expientur. S. Ioannes Angelo dicit datam potestatem super ignem: Et S. Petrus hoc igni, aerem, terramq; hanc, dicit mundandã, ac dein illuc reprobos præcipitandos. Viue sic, vt ille te ignis non lædat: sicut enim damnatos cum infernalibus flammis perpetuo crematurus est; ita & iustos à quotidianis delictis, & remissorum peccatorum reatib. mũdabit, ne quidquam maculatum in conspectu seueri iudicis veniat. In cœlũ enim nihil sordium, ne mẽdacium quidẽ, aut otiosum verbũ introibit. Disce hinc nõ magni facere huius mundi creaturas; tũ quia immundę sunt: tũ quia igni isto conflagrabunt, & post iudicium nihil præter vacua remanebit elemẽta, dom⁹ nullę, arbores nullæ, null⁹ ornatus, qui nemini seruitur⁹ sit: lucebũt autem, vt sanctorũ oculos illa ex cęlo despicientiũ oblectent.

Apocal. 21. 1. *Apoc. 14. 18.* *2. Pet 3. 7.* *Apoc. 21. 27.* *Matth. 12. 36.*

X.

Colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Hoc decimumtertium est, quod de zizanijs dicitur quid videlicet de illis post messem futurum sit. Quatuor paterfamilias mãdat seruis suis. *Primum*, vt colligant: quod significat discretionem bonorũ, à malis: ita enim ipse Christus exponit, dicẽs: *Mittet filius hominis Angelos suos, & de regno eius*, id est, Ecclesia *omnia scandala*, id est, omnem nequitiam, & quidquid vllo modo obest, *colligent & eos, qui faciunt iniquitatem.* In hoc mundo mali, bonis: & amara, dulcibus permixta sunt. sed in vltimo iudicio pastor summus Christus hędos sęparabit ab agnis, in æternum nunquam iterum confundendos. firmabitur enim inter illos chaos magnum: (sicut Epuloni dicebat Abraham) impediens mutuos accessus. quod chaos, immutabilis Dei sentẽtia est, quæ bonos in Dei amore, ac damnatorũ odio, confirmabit: & mali obstinabuntur in malo, ac odio

Quatuor imperat paterfamilias ministris. I.

Matt. 13. 41. *Matt. 25. 32.* *Luc. 16. 26.*

beatorũ, adeò vt vtrimq; summa futura sint odia. Sancti enim odio habituri sunt malos ex virtute iustitię, sequentes Deum, Sap. 14. 9. *cui odio sunt impius & impietas eius*, vt inquit, Sapiens. Damnati autẽ ex malitia odio habituri sunt omnes electos Dei; sequentes diabolum *qui homicida est ab initio*, inquit Christus, & *eius inuidia peccatum intrauit in mundum.* Ioan. 8. 44. Sap. 2. 24. Ad horum disiunctionem nullo opus erit labore: conditiones enim corporum statim illos distinguent: iusti corporibus lucidissimis, immortalibus, impatibilibus, ac agillimis obuiã procedent Christo in aëra, vt ait S. Paulus. 1. Cor. 15. 12. 1. Thess. 4. 16 Impij in terra consistent, obscuri, ponderosis, tardis, deformibusq; membris. Vltima discretio erit, cũ damnati post suam maledictionem, id est, post sentẽtiam Christi, cum omnibus mundi abominationibus, sine vllo bono in intima terræ, id est, inferni abyssum deijcientur: & Beati in summa cœli exaltabuntur, vbi bona omnia, mala nulla.

II. *Secundo* mandat seruis suis, vt hanc seiunctionem *primum* faciant, id est, ante omnia. Quãuis enim omnes simul exituri sint de monumentis, dicuntur tamen mali primũ discernendi, ob duas caussas. (Mali dicũtur primo discerni ob 2. caussas.) 1. *Primò*, vt significetur damnatorum vilitas, ac gloria saluandorũ. Cum enim magni Principes aliquò pergunt, stipatores præeuntes turbam submouent: ita & impij turpiter extrudentur de via, qua sancti trãsituri sunt cum gloria. 2. *Secundò*, quia damnati citius in infernum introituri sunt, quam Beati in cœlum: quamuis enim sanctis à Christo prius sua danda sit sententia, prius tamen damnati in terram cum pauore concident, ac tumultu; quasi indigni, qui gloriam sanctorum videant. Matth. 25. 34 Hoc illis verbis dicit Christus, *Ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam:* & de impio dicit Isaias, Isa. 26 10. *tollatur ne videat gloriam Dei.*

3. *Tertio* imperat vt zizania, id est, malos colligant in fasciculos. (Impij tribus modis constringetur.) Tribus modis ligandos damnatos comperimus. 1. *Primo*, in personis suis manus, pedesq;: sicut illi præcepit fieri Rex, qui non habebat vestem nuptialem: Matth. 22. 13. quod non tantũ animæ vincula significat, quibus impediuntur operari aliquid boni, aut bene affici, ac boni aliquid intendere: sed vincula etiã corporis, quæ erunt inhabilitas, & impotentia agendi. Iacebunt enim sine viribus, ac motu propter ineffabilia illa tormenta.

Nec

Necimpossibile, vt ferreis vinciantur catenis, vt misertimus Magdeburgensis Archiepiscop. Vdo Brunoni Sacellano suo visus est apud Luciferum. Nulla enim ibi, inquit, Augustinus, tormentorum deerunt genera. *Secundo* alligabūtur damnati in fasciculos diuersos, vt hic dicitur: sicut enim; ex Christi testimonio, in cælo *mansiones sunt multæ*, in quibus pares meritis sociabuntur, vt Virgines, Doctores, Martyres, Apostoli, & sic de cæteris: ita illi etiam colligabuntur, qui in paribus vixere flagitijs. elati cum elatis, auari cum auaris, luxuriosi cum luxuriosis, impostores cum impostoribus, inquit, Gregorius. Vsurarius, cum vxore, & liberis, ac famulis, & Confessario, qui ipsum indignè absoluit, in vnum compingetur fasciculū. scortatot, cum scortis, ac lenonibus: phaleratæ pupæ, cum mangonibus & comtricibus; saltatores, cum fidicinibus: iniqui Iudices cum suis Aduocatis, fiscis, procuratoribus, scribis, simoniaci emtores cum venditoribus, cum omnibus complicibus: detractores cum auditoribus; concionatores hæretici cū omni suo popello, caupo cum potatoribus. Nec commodè quidem in fasciculos illos compingentur, sed incommodissimè, & vt spinæ se inuicem complectentes, inquit Nahum. lacerabunt, pungent, maledicent se mutuo, nec mutuam sustinebunt graueolentiam. Tormentum esset ineffabile, si cadaueri colligatus esses putenti, aperto ore, ac omnibus membris coextensus. Maius in his fascibus erit tormentum, vbi viua, ac verniculosa corpora, quolibet cadauere putidiora sunt, & à quibus nulla est solutio. de quibus, ait, Isaias *erunt vsque ad satietatem omni carni*, id est, ita abominabiles propter fętorē, vermes, eiulatum, aliaq; omnia, vt qui ea semel adspexerit, nō sit appropinquaturus. *Tertio*, Omnes damnati colligabuntur simul in fascem vnum: iuxta Isaiam. *Congregabuntur in congregatione vnius fascis, in lacum; & claudentur ibi in carcere.* Omnes enim illi fasciculi congerentur, & sicut multi filorum, ligularum, similiumq; mercium fasciculi in vnum vas compinguntur, ac clauduntur, ita illi claudentur inferno. S. Ioannes dicit deturbandos illos in lacum iræ Dei magnū, & proculcandos extra ciuitatē prorsus: vt eorum sanguis mille sexcentis stadijs exūdaturus sit. i. damnati arctissime in inferno cōpingentur, & ad

Lib. de tripli-ci habitaculo cap. 2.

2.

Ioan. 14. 2.

Lib. 4. dial. cap. 35.

Nah. 1. 10.

Isai. 66. 24.

3.

Isai. 24. 22.

Apo. 14. 20.

quærẽdum locum calcibus, pedibusq; in vnum summo cum dolore cogentur: equidem ordinarius inferni locus non sufficiet, sed dilatandus erit mille sexcentis stadijs, id ẽst, quinquaginta circiter nostratibus milliaribus. Terræ enim crassities tantum mille septingenta, & octodecim, habet milliaria, in cuius centro infernus est, clausurus tot damnatorum corpora, qui vnquam ad nouissimum vsq; diem vixerint. Ach quam locus ille tibi futurus est angustus, vbi perpetuo es mansurus. Quære potius cœli laxa habitacula, quæ singulis Sanctis tota terra assignabuntur latiora.

4. *Quarto*, iubentur serui fasciculos comburere. Sicut enim
Ezech. 15. 4. lignum vitis præcisum, nulli rei, nisi igni aptum est, vt, inquit Ezechiel; ita reprobi nulli vsui sunt, quam vt æternis suis tormentis Dei iustitiã exhibeant. Cogita hunc ignẽ, qui non corpora tantum, sed & animas, & ipsos torquet diabolos. Et cogita quis illuc te præcipitaturus sit, tuus videlicet custos Angelus, qui tantopere te, dum viueres, dilexit, tam fideliter adiuuit, tam fortiter defendit, tam feruenter pro te orauit, tot te periculis exemit, tam sedulò semper tibi adfuit, ne tibi dæmones nocerẽt. Hic omnia tibi obijciet beneficia, & propter ingratitudinem tuam tradet te ignibus, & diabolis. Satius igitur, vt in vita tua eum auscultes, amicitiam eius colas, consilia sequaris, ac quotidie grato animo inuoces, ac honores, ne postea te deserat.

XI. *Triticum autem congregate in horreum meũ*. Hoc exponit Chri-
Matt. 13. 43. stus his verbis: *tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris mei*, aliquo modo ostendere nobis volens statum sanctorum. Tria
Triticum qui. parabolæ suæ verba tribus alijs commutat. *Triticum*, Iustis, iusti enim tritico similes sunt, non tam quando integrum, & incontusum quam quãdo in farinam, panemq; redactum est; quia agricola non manducat triticum nudum, sed panem ex tritico coctum. significatur ergo hic summa sanctorum in cœlo vnitas; quia granis in pane similes sunt. Sicut enim in pane grana non apparent, sed panis vnus ex multis granis cõfectus; ita tamen vt partes quædam panis alijs tenuiores crassioresq; sint: ita in cœlis vnum tantum gloriosum corpus est, ex multis sanctorum corporibus constitutum, per claritatem gloriæ diuinæ,

diuinæ, quæ omnia gloriosa facit, impartiens tamen alijs plus, alijs minus fulgoris: vt de stellis, ait. S. Paulus; In terra hic vnus panis sumus multi, propter vnionem charitatis, & participationem eiusdem sacramenti Altaris, vt testatur Apostolus: in cœlo autem maior futura est vnitas vbi nihil præter Deum in Angelis ac sanctis videbimus. *Secundo congregate*, mutatur verbis, *fulgebunt vt Sol*; Sancti enim non tantum à reprobis diuidentur, ac omnibus malis, quæ vllo modo noxam tristitiamque afferre possunt sed ab omni etiam imperfectione ac obscuritate. Erunt itaque inter creaturas reliquas quod sol est inter stellas. De sponsa dicit scriptura *pulchra vt luna, electa vt sol*, id est, sicut luna non ex se sed ex sole omne suum lumen haurit; ita sancti omnem suam claritatem habent ex diuinitate Christi qui sol iustitiæ est: & sicut nulla so s claritate maior est claritas, ita sanctorum claritas alias omnes superabit. Atq; ita in gloria, dignitate, pulchritudine, sublimitate & omni prærogatiua ab alijs omnibus diuisi sunt creaturis, euecti super omnem creaturam & simul in lucidis mansionibus cōgregati diligentes, honorantes, & congratulantes sibi mutuo. nemo enim ibi egens eleemosynæ, nemo alieni auxilij, nemo eruditionis institutionisque alienæ, ignobilis nullus vt contemnatur, sed omnes diuites sunt, docti sapientes, potentes, Sancti Filij Dei. Hoc labora vt illuc peruenias & inter illos numereris, atque ita nihil tibi deerit. *Tertio, In horreum meum* mutat *In regno patris eorum*. vt scias quo deportandi sint iusti. Horreum spatiosum locum significat, siccandis ac à cœli iniuria protegendis frumentis aptum. Cœli magnitudinem describit Barius: *O Israel quam magna est domus Dei & ingens locus possessionis eius? Magnus est & non habet finem, excelsus & immensus.* Terra cœlo comparata vix punctum est; omnes enim sublunares creaturas excedunt cœli magnitudine. Illuc nullæ procellæ, nullæ hostilitates pertingunt: Horreum enim Dei est qui sanctos suos multo solicitius custodit quam nos pupillam oculi. Horreum est *regnum patris eorum* quo significatur *primo* gloria, magnificentia, splendor, & sublimitas non tantum loci illius qui regius est, sed etiam sanctorum, qui filij sunt Regis cœli.

1. Cor. 15. 41.
1. Cor. 10. 17.
Cant.

Secundo, dulcis & quieta habitatio: adſunt enim patri ſuo, qui ipſos diligit ac habet optime; in domo eius quæ ipſorum vera hæreditate eſt. Atq; ita nemo illos expellet, toruum intuebitur, contriſtabit. ſed quilibet illos vt filios regni diliget, venerabitur, magnificabit ac exhilarabit. Delibera iam vtrum malis, triticum eſſe potes in agro Domini ac lolium. Reſpice finem vtriuſque: ſi lolium es paratur tibi ignis, ſi triticum paratur cœlum. Elige vtrum placet & cogita æternitatem carere fine.

ORATIO.

O Domine Ieſu Chriſte, Angelorum Domine & orbis ſeruator, qui vbiq; bona ſeminas ſemina tum in cordibus hominum per inſpirationes bonas ac motus, tum in Eccleſia quam pijs reples: & quamuis noſtra indies creſcat malitia, ſuffers tamen nos cum magna patientia, vt conuertamur ac ſancta conuerſatione proximos ædificemus. Malos cum bonis in Eccleſia tua toleras, tum vt iuſti exerceantur, tum vt malorum exſtirpatione non lædantur. Aduertimus noſtra ac ſuperiorum negligentia plurima ab inimico in Eccleſiam ſeminari zizania. Mundus ſcatet erroribus, ignorantijs, peccatis. Diabolus nihil aliud quam mala noſtris cogitationibus ingerit, & mundani nihil aliud quam proximorum ſtudent deprauationi: oramus te adiuua nos in omnibus his malis: da gratiam vt bonum inſpirationum ac motionum tuarum ſemē cordibus ſuſcipiamus ac cuſtodiamus. Excita ſuperiores omnes ad diaboli inſidias, & quandoquidem omnia exſtirpare zizania non poſſunt, adeſto tamen illis vt illorum multiplicationem impediant: & omnibus finem bonis maliſq; imminentem, inſtilla, vt per gratiam tuam in triticum conuertamur, & in horrea regni cœleſtis colligamur, per te Domine Ieſu Chriſte filij Dei qui cum Patre & Spiritu S. regnas in ſecula ſeculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA VI. POST EPIPHAN.

Euangelium Matth. 13.

IN illo tempore dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum cœlorũ grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

Compendiosa Euangelij Exegesis.

DOminus Iesus qui in mundum venerat docere, ac instituere populum, duplicem illis fere proposuit doctrinam; *Vnã* quid agendum, credendumque esset: quod non obscure, sed clarissime solet explicare: monens Dei mandata custodire, commendans virtutes, redarguens vitia, & suauiter trahens ad vitæ, Duplex Christi doctrina. I.

 Christia-

Christianæ perfectionem: per corporis castitatem, paupertatem bonorũ temporalium, & obedientiam animæ, Solet etiam explicitè satis de fide loqui probans argumẽtis, & signis, se verum Messiam & Christum esse, saluatorem mundi, qui animas à peccatis

2. sicut corpora à morbis venerat liberare. *Altera* de regimine erat Ecclesiæ, docens quomodo Ecclesiam institueret multum à Iudaica Synagoga diuersam, de qua cum ageret varijs vtebatur parabolis, id est, similitudinibus, vt qualis illa futura esset ostenderet. Parabolæ istæ obscuræ erant, nec à plebe intelligebantur: pleræque enim erant prophetiæ futurorum, quas facilius posteri, qui impletas vident, intelligunt. Adferens tamen tam multas de regno Dei, id est, de Ecclesia, parabolas: indicare voluit in Ecclesia illa mirabilia multa pulcherrime aliquando gerenda. vt cum Apostolis interpretationem indagarent, ac illam iam inde desiderarent. Ex compluribus quas vno sermone protulit, similitudines duæ in præsenti sunt Euangelio; quarum explicatio apud Euangelistas non est. *Prima*, Quod Ecclesia grano sinapi similis sit, quod, propter exilitatem suam, minimis accensetur seminibus: cum tamen satum est, altius alijs herbis fruticat, adeo enim adolescit (maximè in calidis Syriæ regionibus, vbi hæc à Christo data est comparatio) vt arbor esse videatur, quoniam aues in ramis eius sedent, ac quiescunt, nec raro, quia grana illa libenter comedunt. Ita se habet regnum cœlorum, id est, Ecclesia. In semine enim, & initio suo, admodum modica est. *Primo*, quia Christus fabri filius, ab omnibus habebatur abiectus. *Secundo* Apostoli

Duæ parabolæ huius Euangelij.

1. (Prima)

Ecclesia granum sinapi.

1.

2.

Apostoli piscatores, rudes, & pauperes. *Tertio* Prædicatio Euangelij simplex, non in doctis humanæ sapientiæ verbis. At postquam adoleuit, sublimior, nobilior, potentior, numerosior est omnibus alijs congregationibus. Christus enim *imprimis* exaltatus est super omnes cœlos; & illi flectitur omne genu; cœlestium, terrestrium, & infernorum. *Deinde* Christiani per vniuersum orbem multiplicati sunt. *Tertio* prædicatio Euangelij, id est, verbum Dei suscipitur ab omnibus, & omnibus alijs doctrinis præponitur. Volucres cœli, id est, Principes qui altum volant, in huius ramis conquiescunt: nituntur enim doctrina Apostolorum, & subijciunt se Ecclesiæ, ac libenter hoc semen manducant: reficiuntur enim Dei verbo ac sacramentis.

3. Ecclesiæ dignitas. 1. 2. 3.

Altera parabola comparat Ecclesiam fermento, quod pistrix in farinam, quantum tria sata capiunt, abdit. & quamuis magnus ille cumulus sit, fermentatur tamen totus. AEterna enim Dei sapientia (quæ mulieris nomine non male intelligitur) in tres orbis partes; Europam, Africā, Asiam post tres filios Noe, Sem, Cham, & Iaphet, Apostolos, cum Euangelio suo, misit vt illic fundarent Ecclesiam: quæ quamuuis in principio exigua erat, in mundo vastissimo; & abscondita, ob contemtum, & persecutiones gentilium; mundū tamen cōuertit, ac ad aliā viuendi formā reduxit: carni quidem acidam, spiritui autē dulcem. Euangelista dicit Christum omnes has parabolas locutū, id est, maxima populis proposuisse mysteria: non aperte tamen, sed obscure; sub parabolis, ac similibus, & hac quidem vice, aliter illos non docuit ob duas caussas. *Primā* dat S. Marcus,

Secunda parabola. Christ' vsus parabolis. 1.

quia necdum idonei erant ad intelligenda Ecclesiæ
2. mysteria, auditores. *Altera* est, quia in Psalm. 77. prædictus erat Christus locuturus sublimia, & arcana; obscure tamen, & sub parabolis; nec omnia simul, sed modo hæc, modo illa. Quemadmodum enim qui ventriculum cibo impleuit eructare solet, & nonnunquam aliquid etiam cibi eijcere: ita egit etiam Christus; plenus erat cœlesti sapientia, & sciebat quæ ab initio mundi gesta essent, ac illorum aliquando odorem aliquem diffundebat, magna reserans mysteria, sed parabolarum inuolucris operta.

Documenta Concionis vndecimæ.

I. ...istus va... metho... docet

D*Ixit Iesus turbis parabolam hãc.* Christus summus omnium magister varijs vtebatur docendi modis. Sæpe admodũ loquebatur intelligibiliter, & præcepta clarissime explicabat: vitia redarguebat apertè, & passionem suã explicitè satis proponebat, quamuis ob summam charitatem illa non assequebantur discipuli. Nonnũquam exemplis præteritorum docebat, vt Epulonis, Galilæorum quos occiderat Pilatus, & illorum octodecim quos ruina turris oppressit, &c. Docebat etiã operibus, vt attactu curans morbos, reddens visum cæcis, absterso quod antea illeuerat luto, quibus summam sanctissimi sui corporis indicabat virtutem, ac baptismi, sordes eluentis potentiam: sed vt plurimum populo loquebatur in parabolis.

...5. 21. et 14. ...11. 42. et 32. ...16. 9. et 13. 1. ...9. 6. ...istus ...para...lis.

1. *Primo*, vt ita melius quæ dicebat obseruarent, & ex discipulis sciscitarentur interpretationem, aut post mortem recordarentur quando ab Apostolis audirent explicari. Cum enim postmodum diceret Petrus Pharisæis *est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus*, recordati sunt statim, illud ipsum dictũ antea à Christo. similitudines enim velut annuli quidam aurei sunt gemmam continentes. (Act. 4. 11. Mat. 21. 42.)
2. *Secundo*, vt facilius quæ dicebantur intelligerent, obscura enim similitudine illustranda sunt. Non

tamen

tamen interpretatus est illis hanc parabolam. vt significaret *primo:* illos adhuc suos non esse discipulos, sed teneri sub vmbra veteris legis: vbi omnia ceremonijs, & figuris inuoluta erant: ac cum ad Christum accederent, auferebatur ab illis velum istud, vt exin veritatem clare intuerentur, inquit Apostolus. *Secundo*, ne confunderet eos quos sub parabolis arguebat. maxime sacerdotes; quos præcipiebat honorari. Ita parabolam adduxit vinitorum; qui seruos, & filium Domini vineæ vulnerauerunt, ac occiderunt: & duorum fratrum; quos in vineam ire præcepit pater, quorum alter promittebat obedientiam, & non præstabat; alter negabat, & ibat. Quos tangebat sermo, sciebant quo tenderet; alij minime. docens nos etiam in reprehendendis vitijs, proximorum honori consulere. *Tertio*, vt huius vitæ statum agnoscamus: qui claram mysteriorum visionem non habet: sed sub ænigmate, per speculum. Non videmus quid in nobis Sacramenta operentur: nisi per ceremonias discimus, quæ adhibentur foris. Cum enim corpora aquis ablui videmus baptismalibus, ac passi Venerabili Eucharistiæ Sacramento, quod panis habet speciem; discimus statim, eadem in anima nostra impleri. *Quarto*, vt discamus Christum, verum Dei Patris Verbum, ad nos descendisse carne humana velatum: & sicut parabolæ, ac similitudines quæ diuina mysteria obuelant, diligenter nobis perscrutandæ sunt: ita etiam per humanitatem Christi quam videmus paulatim irrepamus ad latentem in ea diuinitatem. *Quinto*, vt diuinorum verborum energiam adspiciamus, quæ tanta est: vt etiam non intellecta moueant. Plebs enim parabolas has non intelligebat, & tamen libenter eum audiebat: & ministri Pharisæorum, qui ad ipsum capiendum venerant, verbis eius non leuiter erant commoti, quæ tamen non intelligebant. Quare libenter audi sermones Domini, nec argue eos, qui preces latinas, quas non intelligunt, recitant: Deus enim qui illas audit, intelligit: & donat, quod supplicant.

[Margin: Christus non interpretatus hanc parabolam. 1. 2.Cor.3.14. 2. Matt.21.23. Ibid. 28. 3. 4. 5. Ioan.7.4]

II. *Simile est regnum cælorum grano sinapi.* S. Paulus Ecclesiam dicit esse *regnum Christi, & Dei.* Regnum Dei est; quia omnia quæ in ea sunt diuina sunt. Dei sapientia quæ illam gubernat,

[Margin: Eph.5.23. Ecclesia regnum Dei.]

misericordia Dei quæ dotat, potentia quæ protegit, illic filij Dei, viuentes in Dei gratia, sacramenta diuina continentia gratiam & merita Christi. Imo in omnibus Ecclesiæ mēbris, quantūcunq; prauis diuinæ fidei virtus est, qua reliquo Ecclesiæ corpori cohærent, & communionem sanctorū participat: vt nihil æque timeas, atq; ab hoc corpore disiungi ac à Deo auelli. *Regnum* etiam *Christi* est, quia Christus illius Rex est, cui *omnis data est in cœlo, & in terra potestas.* Reges enim, & Principes qui nos in mundo gubernant, famuli tantum sunt, ac ministri qui tenentur subditos, id est, comministros suos, ad eius voluntatem dirigere. Vocatur sæpe à Christo *regnum cœlorum*, quia vnum tantum Ecclesiæ corpus est, duplicia habēs membra. Quemadmodum enim in vno corpore membra quædā sana, ac integra sunt; quædam vulnerata, quæ quotidie reficiuntur, donec sanitatem eandem adipiscantur: ita in Ecclesia, quædam membra omni omnino defectu carent, in cœlo videlicet sine omni peccato ac vulnere; alia plane defectuosa, sicut nos in terris, qui quotidie in peccata labimur, ob infirmitatem passionesq; nostras, quas quotidie sacramentorum medicatione, orationum feruātium fotu, ac bonorum operū exercitijs debemus curare. In omni regno Rex est ciues, siue subditi, regiones, aliaq; externa bona, honores, diuitiæ, potētia. Eadem in Ecclesia sunt, i. in regno Dei vbi potissima regia cęlum est; vbi Christus *Rex* cōspicitur corporaliter, ac residet, vbi potissimi habitant *aulici*, vbi bona omnia, sine malis omnibus possidentur. Nostra in terris Ecclesia, exiguum tuguriolum est, hærens tantæ ciuitatis muro: tum, ob cœlorū magnitudinem, ac terræ paruitatem; tum, ob maximum sanctorum in cęlo numerum, ac innumeram Angelorum multitudinē; & sanctorum in terris raritatem: de quibus dicebat Christus *nolite timere pusillus grex.* Exigua hæc casa, id est, in terris militans Ecclesia significatur, per terram Iudaicam, quam his verbis Deus Abrahæ promisit. *Omnem terram quam conspicis tibi dabo, faciamq; semen tuum, sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit.* Item, *numera stellas si potes, sic erit semen tuū.* Significare hic voluit Deus Abrahæ, quod duplices in Ecclesia esset habiturus filios: terrenos

[Margin notes: **Regnum Christi.** *Matt. 28.18.* — **Regnum cœlorum.** — **Ecclesiæ duplicia membra.** — **Ecclesiæ regnum.** — *Luc. 12.32.* — *Gen. 13.16.* — *Gen. 15.5.* — **Abraham duplices filios habet.**]

renos alios, alios cœlestes, id est, alios bonos, malos alios. Terreni multiplicantur, vt puluis terræ, & cõditiones, qualitatesque habent terrenas, frigidi sunt, aridique, instar terræ facile à vento huc illucq; agitantur, decidunt deorsum vt terra, suis student commodis, sicut terra fructus terrenos profert, quorum folijs sustentatur, ac impinguatur, &c. Hi innumerabiles sunt; de quibus sapiens: *stultorum infinitus est numerus.* Boni Abrahæ filij stellis cœli comparantur, quæ tam multæ non sunt (Astrologi enim mille tantum, & viginti duas à nobis dicunt conspici) mandata Dei sequuntur, continuo, & circum terram rotantur, id est, non sua quærunt, sed aliorum commoda, nec maculas habent terrenas, & à sole splendorem mutuantur. Cogita iam cui in hoc regno cohabites. Necdum in summo es, sed in exigua adhuc casa. Iũge te paucioribus, qui stellis comparantur. Conuersatio tua in cœlis sit, sæpe de cœlestibus, meditare cum ciuibus, illos imitare. Et sicut oculi ipsorũ semper sunt ad Dominum, cuius voluntatem semper volunt sequi, ita & tu, nihil nisi Dei mandata, ac voluntatem exequi stude, ac proximos corporaliter, ac spiritualiter iuuare. Christus regnum cœlorum, *grano sinapi* comparat, corrigere volens errorem scribarum, & Pharisæorum, qui ipsum cum summa expectabant magnificentia, ac gloria, ac cum fastu, & turba credebant subacturum Romanos: Quod cum in ipso nõ aduerterent, abijciebant, ac spernebant, ridebantq; eum dicentes *quando veniet regnum Dei,* id est toties nobis regnũ Dei pollicitus es, dicens: *Appropinquauit regnum Dei*: sed huc vsque non comparet. vbi ergo est, ac vbi hæret? Respondet Christus. Nõ adueniet, vt vos opinamini, Dei regnũ. in principio enim paruum erit, & prope inuisibile; veri enim Christiani in minuto erunt numero, & persecutoribus suis ignoti; imo inquit *regnũ Dei intra vos est,* id est, Ecclesia iam Ierosolymis est, & membra eius, Apostoli videlicet, discipuli, ac qui in me credunt hic Ierosolymis, intra vos commorantur. Atq; ita cęlorum regnum *grano sinapi* simile est. Nota *primo* quod Ecclesiam non comparet Christus nuci, aut glandi, vnde magnæ excrescunt arbores, sed *grano sinapi*, multo minutiori, quamuis surgens inde truncus ad arborum quantitatem non excrescat.

Malos.

Eccl. 1. 15.

Bonos.

Ecclesia grano sinapi cur comparetur.

Luc. 17. 20.

Mar. 1. 15.

Luc. 17. 21.

Primo,

Ecclesia grano sinapi comparata.

I. *Primo*, vt grani illius pusillitate, innueret minutissima Ecclesiæ principia, quæ omnium aliarum congregationum initijs minora erant: atq; inde potentia, ac sapientia Dei elucesceret, qui ex tam vilibus initijs, tanta ac tam gloriosa educit opera. Dei. n. opus est, extollere humillima, vt artem, ac sapientiam suã nobis manifestet. Quid humano semine fœdius turpius, ac horribilius, inde tamen homines adducit Deus speciosissimos, intelligentissimos, doctissimos, omnium creaturarum dominos. *Secundo*, quia in grano sinapi non paruitas tãtum, sed & vis, ac energia spectabilis est: multis enim morbis medetur, vnde & ab auiculis appetitur. Condimentum etiam est difficilium, crudorumque ciborum: quemadmodum in Ecclesia omnium malorum remedia sunt spiritualia, & cõcessa sibi gratia manducabile facit. i. factibile, quod alias comedi, & fieri non posset. *Tertio*, quia hæc sinapi vis maxime se prodit, quando frangitur, ac conteritur: sicut nunquam virtutem suam melius prodit Ecclesia quam in persecutionibus. Ideo primis trecentis annis, grauissimis iactata persecutionibus gentilium summa inclaruit gloria, ac per vniuersum mũdum dispersa est. Ijsdem de causis fidem etiam *grano sinapi* cõparat Christus, dicens: *si habueritis fidem sicut granum sinapi; dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit.* In contracta enim simplicium fide qui pauca explicito, sed firmo tenent assensu quem vitæ profusione consignant, vt non pauci fecere martyres, qui conterebantnr vt grana sinapi: in tali inquam fide, magna virtus est, etiam operãdi miracula, vt clarum est in antiquis Martyribus. *Quarto*, nominat Christus *granum sinapi*, quod non est arborum, sed herbæ semen: vt melius scholis Philosophorũ, alijsq; congregationibus Ecclesiam compararet, quæ quamuis grandiora habeant semina. i. maiora splendidioraq; initia, non surgunt tamen à terra; sicut holera, sine calore, ac statim exarescunt: vt patet in Philosophis, Principibusq; gentilibus. Ecclesia autem arbor fit, & fructus habet efficaces, & stabiles.

Dei opus.

2.

Plin. li. 20. cap. 22.

Vide B. August. 31. de Sanctis qui est 1. de S. Laur.

3. Ecclesia splendet in persecutionibus.

Matt. 17. 19.

4.

Ecclesia nõ comparatur multis granis sed vni.

Nota *Secundo*, quod non comparet Ecclesiam suam Christus multis granis sinapi, sed vni. *Primum* vt ostenderet, quomodo aucta sit, & creuerit in arborem. In primitiua enim Ecclesia

1.

clesia multi quidem erant Christiani, sed tanta vnitate colligati, vt omnium credentium esset *cor vnum & anima vna.* nulla erant propria, nihil meum, & tuum, sed omnia communia: vna omnibus erat voluntas, intentio eadem, paria desideria, sine contentionibus ac dissidijs. Atq; ita diabolum, & mūdum expugnarunt, vt vnanimis ac concors exercitus. Perijt magna ex parte hæc ab Ecclesia vnitas, atq; ideo nihil mirum, per tā multos sacerdotes, ac Ecclesiasticos tam paucos ad fidem cōuerti, tam multos à fide deficere. Ecclesia enim tunicę similis est, cuius initia circa collum stricta sunt, panduntur & laxātur extrema. ita modo quidē plures, latioresq; sumus, sed minus vniti. rugosi sumus proprijs studijs, ac iudicijs, & philautia: dum quisque quæ sua sunt quærit, non sollicitus de proximo.

Ecclesiæ vnitas. *Act. 4. 32.*

Secundo, quia similitudo hæc non Ecclesiæ tantum, sed & cuilibet fideli applicari potest. qui enim se habet vt granum sinapi, humiliter, feruenter, à peccatis alienè facile succrescet, ad virtutum perfectionem assurget, ac plurimas lucrabitur animas. Vnum S. videte Franciscum, quomodo sanctitate, ac Religione sua orbem vniuersum repleuerit. 2.

III. *Quod accipiens homo seminauit in agro suo.* Homo ille Christus est, qui granum sinapi primum accipit, deinde seminat. Sumit illud in manus. i. purgat ab omni peccato, dat illi virtutem, ac pleniori benedictione replet, quam pisces ac volucres quinta creationis mundi die; incrementū enim dat Deus. Ager mundus *Imprimis* est; quem creauit Deus, ac sibi seruat, iacentē sub dio, ac expectantem superne solares radios, pluuias, auram, & gelu quod vermes decoquat. i. Ardētem Dei charitatem, pluuias gratiæ, ac charismatum cęlestium, quæ ab Isaia *spiritus* appellantur, quia vela nostra ad virtutē inflāt, & frigora timoris Domini, q futurorū meditatione, passiones instabiles domat, ac enecat. *Secundo* corda hominū, quæ bonis, malisq; seminibus accipiendis idonea sunt. illa. n. sub cœlo exporrigūtur, præstolanturq; non cęlestia tantū beneficia, sed tolerāt, ac sustinent etiā diabolicarū tempestatum procellas ac mundi, quę tentationibus spirant, minis grandināt, illicitis caloribus incendūt, carnalibus voluptatibus refrigerāt, ac terroribus humanis velut bruma quadam constringunt. In agro hoc Christus sinapi semi-

Gen. 1. 28. Ager quis 1. mundus. *Isai. 11. 2.* 2. Corda nostra.

ſeminat, i. quæ foris abiecta, ac contemtibilia parent, ſed intus efficacia ſunt, ad aſſurgendum altius: tum, ad ſaporem, ac ſanitatem rebus adferendam. Magna ſeminat ſemina diabolus, ſpecioſa, pulcra, nobilia; ſumtuoſa in oculis, intus vero vacua, euigorata, exſucca. Proponit honores, diuitias, lautitias, cupediaſque, purpuramque; & vitam illam diuitis epulonis. extollit ſua vt circumforaneus agyrta quidam, qui merces quantum poteſt commendat, aut veneficus, ac præſtigiator, qui oculos incũdis quibuſdã, falſiſq; ludit ſpectris. Nabuchodonoſor auream erexit ſtatuam, ſexaginta cubitos altam, ſex latam: vt magnitudine, ac ſumtu rei ad idololatriam populũ permoueret. Diabolus omnia regna terræ promiſit Chriſto, ſi ſe adoraret. S. Ioann. magnam de mari aſcendere vidit beſtiã, habentem capita ſeptem, & cornua ſeptem, & omnis terra, i. terreni homines, ſtupentes adorabant beſtiam, dicentes *Quis ſimilis beſtiæ & quis poterit pugnare cũ ea*. Ita ſtultos decipit diabolus, reſpicientes externa, neglectis interioribus. Iuxta mare mortuũ, vbi olim Sodoma, ac Gomorrha, aliæq; tres illæ ciuitates ſitę fuerunt, poma hodie creſcunt, foris admodũ ſpecioſa, intus plena cinere: ita diabol⁹ extrinſeca quadã pulchri ſpecie incautos decipit. S. Ioann. Damaſcen. pulcram refert ſimilitudinem, quã Barlaam à Ioſaphat in aulã receptus, dederat. Fuit, inquit, Rex, qui per plateas rheda aurea circũuectus, obuios duos pauperes habuit monachos, laceris veſtibus, pallida facie. Deſilijt continuo de curru, honorem illis exhibens procidit in genua, ac dein amplexans eos, oſculabatur. Videntes hęc nobiles murmurabant; quaſi parũ pro gradu, ac cõditione Rex egiſſet: at prudens Rex quatuor ſumſit arcas, quorũ duas carnijs, ac oſſibus impleuit mortuorũ, extrinſecus ornatas multo apparatu, ac auro. alias duas bitumine, ac pice incruſtauit, intus vero repleuit gemmis. Vocatis deinde ad ſe nobilibus, rogabat vtras illarum arcas eligerent. reſponderunt deauratas, tanquã proculdubio auro, ac gemmis plenas. Reſpõdit Rex, conijciebã iam ante hanc veſtram optionem, qui interna externis ſoletis metiri. ac tum iuſſit reſerari. quumq; illi errorem ſuum viderent, dixit Rex: deauratæ hæ ciſtæ mundanos ſignificãt, qui oſſa mortuorum, ac peccata putentia aurea

veſte

Semen diaboli.

Luc. 16. 19.

Dan. 3. 1.

Matt. 4. 9.

Apoc. 13. 1.

Geneſ. 19.

Aug. 1. Ciui. cap. 5.

In vita Barlaam apud Surium 27. Nouemb.

veste tegũt, vacui à virtutibus, boniſq; operibus. aliæ duæ, humiles notant; foris deſpicabiles, intus virtutibus fartos. Tales duo illi erant monachi quos veneratus ſum, interno illorum conſpecto nitore, atq; ſanctitate: videbar enim mihi illorum contactu, multo glorioſior; quã hac quã circũdor purpura, ac corona. O quot nobiles, & matronę baccis, auroq; onuſtę ambulant, decora ſpecie, odorem habentes paſtillorum ſuorum, ac aromatum, quarum fœtor, & abominatio aſcendit in conſpectum Dei! O quot murenulas circũferunt ex collo aureas, vnde multo ſatius reſtis penderet, ac laqueus! O quot incedũt magno comitati famulitio, quos meliori iure tortor inſequeretur ac carnifex! quam multi magnificas ædes habitãt, quibus hara eſſet ſalutarior. Quare caue ne decipiat te diabolus. *nolite ſecundum faciem iudicare*; aiebat Chriſtus: inſpice quę intus lateant. diabolus enim qui *ſe transfigurat in Angelum lucis*, mala nouit multiplici prætexere pallio. Ioan. 7. 24. 2. Cor. 11. 14.

IV. *Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus.* Significare vult Chriſtus inter minima ſemina numerari ſinapi. ſunt enim alia quædam, vt papaueris, illis minora. Dicit tamen eſſe minimũ, quia Eccleſia quæ per illud ſignificatur, abiectiſſima, minima, & contemtiſſima habuit principia, omniũ quæ vnquã fuerũt. Nihil erat externum quod alliceret, inuitaretque homines ad fidem, ad aſpernandã detrectandamq; eam, multa. Hæc paruitas ſita erat in tribus. *Primo*, in materia concionũ. Quoniã .n. in homine duplices potentiæ ſunt; aliæ cognoſcitiuæ quibus diſciplinã accipimus, ac ſcientias: quales ſint interni, externiq; ſenſus, ac intellectus: aliæ appetitiuæ, vt volũtas, ac appetitus: fidei myſteria quę prędicabantur, erãt quaſi omnibus illis potentijs contraria, intellectui enim proponebantur in ſpeciem incredibilia. qualia *primo* Religionem quam iam tribus tenuerant annorum millibus, ſuperſtitioſam eſſe: idola ipſorum non deos eſſe, ſed dæmonia: maiores ipſorum cum Dijs ſuis æternis torqueri cruciatibus: idola aurea, argenteaq; omnia confringenda, ipſorum cultus explodendos vt diabolicos. *Secundo*, quod pro omni illa multitudine Deorum, vnus eſſet adorandus Deus, & homo, qui, propter inopiam parẽtum, in ſtabulo natus, primum opificio aratris, iugiſque fabricandis, vitam toleraſſet, dein mendicus apud omnes nobiliores

Sinapi quomodo minimum. Eccleſiæ paruitas in tribus. 1. Myſteria fidei pene incredibilia initio. 1. 2.

Iudæos, sacerdotes summos, scribas, Pharisæos, seniores despectus, imo tanquã prestigiator, potator, comessator, seditiosus, comprehensus, flagellatus, illusus, ac demũ summo, turpissimo, crudelissimoq; supplicio, inter duos latrones, tanquam
3. dux & antesignanus eorũ, medius in Crucem actus. *Tertio*, vt pro omnibus idolis adorarent, id quod speciem habet panis,
4. ac crederent non panem ibi, sed corpus esse Christi. *Quarto*, salutem per Sacramenta parãdam esse. vt, per modicam aquã baptismi, modicum Chrisma Confirmationis, modicum olei
5. Vnctionis extremæ &c. *Quinto*, credẽda esse quæ incredibilia videãtur: vt tres esse personas in vna natura diuina: vnã Christi personam, in naturis duabus; vnũ corpus Christi locis multis: mortuorũ esse resurrectionem, quorum tot annorũ millibus corpora repulsa, cineres dispersi, corrupti, in alia corpora cõuersi. Pugnat cum sensibus credere in Venerabili Sacramẽto sub parua hostia ipsum esse Christum, cũ anima, cum carne, sanguine, ossibus, neruis, membrisq; omnibus, ea quæ erat ad annũ trigesimum quantitate, cum tamẽ nihil videatur, gustetur, sentiatur, quam panis quædã particula. Appetitiuæ etiam potentiæ suas inuenerũt difficultates. *Inprimis* enim prohibebantur illa, ad quæ maxime inclinabantur homines, & vitiosa esse non censebantur; luxuria etiã cogitata, ebrietates, comessationes, arrogantia, vindicta. *Deinde* improbabantur diuitiæ, corporis commoda, proprius sensus: commendabantur insuper omnia illis contraria, paupertas, patientia crucis, sui mortificatio, resignatio, ieiunia obedientia, & quidquid carni aduersatur. *Tertio* hæc ijs proponebantur, qui iam consenuisse, & concreuisse videbantur in peccatis, & qui ab Apostolo nõ *obscurati* tantũ sed *tenebræ* appellabantur: antiquissima enim erat peccãdi consuetudo; Diabolus qui peccatoribus preerat, illos in peccatis detinebat, & violentissimè inclinationes eorũ prauas concitabat: quin persuasi erant à Poetis suis nec Deos quidem ipsos, Iouem, Venerem, Saturnum Martem à cõcubitu
4. illicito abstinere, &c. *Quarto*, Quæ proponebantur credenda nullis claris probabantur rationibus, sed dicebatur tantum, hoc credendum est. Hinc Auerroes, Seneca, Galenus, alijque docti subijcere se Ecclesiæ non potuerunt. quia omnium postulabant rationes, ac caussas.

Fides appetitui vtriq; difficilis.
1. 2. 3.
Ephes. 5. 8.

Secundo

Secundo sita erat hæc paruitas, in personis, qui Euangelium prædicabãt: illi enim pauperes, ignobiles, opifices, piscatores, nautæ, retifici, scenofactores, telonarij, rudes, sermone imperiti, timidi, quorum animosissimus magistrum negabat, & alij omnes eundem deserebant. Deus ad maxima sua opera, vilissima assumere solet instrumenta: vt cum Holofernem, ac tantam Assyriorum multitudinẽ strauit manu fœminæ, Goliath, manu adolescẽtuli, Pharaonem vndis; & mille Philistæos maxilla asini, &c. Tum enim omnis ad artificem redit gloria cùm in instrumentis nihil est cõmendabile. Deus volebat conuertere mundum, magnæ vtiq; opus, sapientiæ, potẽtiæ summæ, ac charitatis: nec ad hanc rem Imperatorum, ac militum vi vsus est, vt Mahometh postmodum, ac hæretici solent: nec Philosophorum Pythagoræ, Platonis, Socratis, Aristotelis, opera; qui omni sua eruditione nũquam persuadere potuerunt hominibus veritatẽ quamuis illud pro viribus contenderet Plato in Græcia, Sicilia, Italia, Ægypto: Nec Oratorũ, vt Ciceronis, Demosthenis qui auribus placebant, corda interim non molliebant, nec abducebant à vitijs: sed simplicium vsus est opera, quorum doctissimus Athenis appellabatur *spermologus*, id est, *seminiuerbius*, qui verba sine intellectu multiplicat, ac eloquentia: Et de se affirmabat ipse, *Etsi imperitus sermone, sed non scientia: Non enim arbitratus sum me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum: & hunc crucifixũ*, Talia ciuitatis erant fundamenta, & arboris huius sinapi semina, qui nudi sine armis, sine pecunia, sine terrore, ac vi, mundũ perambulabant, mendicãtes panẽ, ac lucrãtes manib⁹, ab omnib. abiecti, spreti, *omnium peripsema* & purgamenta: imo tanquã malefactores, omnib⁹ inuisi, inter catenas, carceres, tormenta, neces: Vt discas in Deo confidere, cũ ad ardua quædam ab illo legitime vocaris, & nihil tibi tribuere eorum quæ per te Dominus operatur. Ipse enim facit totum, & te, sicut inutile instrumentum, applicat; vt artem suam ostendat, ac te honoret.

Tertio sita est hæc paruitas, in primorũ Christianorũ, qui vt membra cõstituebant Ecclesiam, cõtemptibilitate. Erãt enim *Inprimis* pleriq; pauperes, ignobiles, indocti, vt testatur S. Paulus. de quib. Iudæi dicebãt; *Nemo principũ aut Pharisæorũ credit in*

Marginalia: 2. In quo Ecclesiæ paruitas. — Iudith 13.10. — 1 Reg. 17.49. — Exod. 14.24. — Iud. 15.15. — Act. 17.18. — 2. Corin. 11.6. — 1. Cor. 2.2. — 1. Cor. 4.11. — 3. In quo Ecclesiæ paruitas. Primi Christiani abiecti. — I. — Ioan. 7.48.

Iesum: sed plebecula tantum maledicta, & ignara legis. Hinc Christiani, vt mancipia quædam, spernebantur; & Ecclesia, vt
Apud Sur. 1. Februa. taliũ quædam colluuies. Quintinianus Iudex B. Agathæ, quã in Sicilia tenebat captiuam, ad hunc modum loquebatur. *Ecquid te pudet tam sordidæ ac seruili tradere? quæ tam nobili orta genere es?* At illa prudentissimè. *Christiana humilitas ac seruitus omnibus*
2. *Regum dignitatibus cælsior nobiliorq; est. Secundo,* Persequebãtur eos omnes vt blasphemos, Cęsarũ hostes, latrones, anthropophagos, veneficos; ac ad tormẽta exquisitissima quærebant. Appellabãtur *Biothanati,* quasi violenta morte perituri. ac vt non simpliciter perirent crudelissimi quiq; ab Imperatoribus Prouincijs præfecti sunt: Rictiouarus Galliæ, Dacianus Hispaniæ, Lysias & Maximus Ciliciæ, Iulianus Africæ, Musonius Syriæ, Fabianus ac Laodici⁹ Romę, Caius Germanię, Delphius Sardiniæ, Caluisianus Sicilię. Et ne quisquam effugeret prohibe-
Apoc. 13. 17. bantur omnes (iuxta S. Ioannis Prophetiam) emere necessaria, antequã eo fine erectam in foro Iouis statuã adorassent, thus in adpositum ignẽ iacientes. Hinc vides, quæ fuerint Ecclesiæ initia, quæ ab omnib. raptabatur ad exitium: ne animũ vnquã despondeas in aduersis, sed cogites te primorum illorũ Christianorũ filiũ, qui passione, sanguine, morte Ecclesiã primitus plantarunt, petẽtes vt ijsdẽ medijs illã ad profectũ deduceremus. solet enim semper crescere aduersis, & cõtrahi prosperis.

V. *Cum autem creuerit, maius est omnib. oleribus, & fit arbor.* Granũ sinapi adolescit vt arbor in qua duo sunt. *Primo,* quidẽ longi-
Arbor duo habet. tudo ac latitudo. *Secundo,* Solitidas: arbores enim herbis solidiores firmioresq; sunt. Atq; ita significatur hic *Primo* Ecclesię
Ecclesiæ applicãtur. amplitudo. *Secundo.* ipsius duratio. Amplitudo eius colligi po-
Ecclesiæ amplitudo. test, ex triũ prædictarum paruitatum incrementis: in singulis
1. enim illis creuit in longũ, ac latũ quã maxime. *Prima* paruitas cõsistebat in ipsa materia; quæ in principio humilis admodũ, ac incredibilis videbatur; sed iã plurimum exaltata est. Totus enim mundus ea quæ intellectum cõcernunt recepit. cum ita penitus ablata est idololatria, vt ne idolorum quidẽ nomina, ac ritus colendi nota sint. Cõtra autẽ Christus toti mundo in-
Philip. 2. 10. notuit, cui flectitur *omne genu cælestiũ terrestriũ & infernorũ.* Sancta eius Sacramenta à Christianis omnibus cum summa susci-

piuntur

piuntur reuerentia, & maximè Sacramẽtum Altaris, quod solenniter cum cãtu, ac lumine, omniq; festiuitate, ac ornatu in processionib. circumfertur. Cui Imperatores, Reges, & Principes, faces, tædasq; præferunt, imo & vmbellã proprijs manibus gestant. Quæ incredibilia videbãtur tanta iã recepta sunt cõsensione, vt Dei verbum, quod illa nobis ꝓponit, omnium aliarũ sciẽtiarum forma ac regula sit: nullæ enim scientię, nulla scripta, nulli libri, nulla Philosophia tãquã vera recipitur, quæ nõ cũ Dei verbo, vel scripto in Biblijs, vel tradito ab Ecclesia, per omnia cõsentiat. Maior Dei verbo quã proprijs sensib⁹, ac experiẽtię est fides. Vnde B. Petrus. *Vocẽ de cælo allatã audiuimus, & habemus firmiorẽ propheticũ sermonẽ.* id est, Scripturas sanctas. 2. Pet. 1. 19.

Quę autẽ cõcupiscentijs, & sensib. ingrata sunt; paupertas, castitas, humilitas mortificatio ac refrænatio sui, obedientia, patientia, tãta auiditate arrepta sunt: vt post primum, quem in Pentecoste Petr⁹ faciebat, sermonem, annũcians fidem Christianã, cõfestim tria hominũ millia tã rigidæ, asperęq; se dederint vitę. ac paulò post alia 5. virorũ millia; qui oẽs (vt Cyrillus habet Hierosolymitan⁹) se cõuertebant. Et exin innumerabiles sẽper fuerunt cuiuscunq; cõditionis, generis, sexus, qui in pęnitẽtia, & sui abnegatione admodũ sanctè vitã traduxerũt: tã cõmuniter, sub superioribus, in Monasterijs; quã sigillatim, in eremo, ac solitudine: Ex quo enim (vt ait Cassianus) primi Christiani Religiosã vitã in paupertate, castitate, & obediẽtia viuere cęperũt, nũquã defecerũt cęnobia: imo quo magis adoleuit Ecclesia, eo & plures surrexerũt Religiosę familię, ac Ordines, qui variè corpora castigãt, & feruore suo Ecclesiã augẽt. Act. 2. 41. Act. 4. 4. Cyr. cat. 17. Cassi. 2. de instit. cænob. c. 4 5.

Altera paruitas, in primis erat Concionatoribus, in pauperib. scilicet, indoctisq; Apostolis, quos ad tantam celsitudinẽ promouit Christus. *Primo*, vt doctrina sua mundum conuerterint & (vt S. Paulus ait) vt destruxerint *munitiones, & consilia, & omnẽ altitudinem extollentẽ aduersus scientiã Dei, & in captiuitatem fidei omnem redegerint intellectum in obsequium Christi.* Philosophi contra illos non poterant quidquam, sed stupebant eorum doctrinam, ac conuertebantur. vt patuit in B. Catharina, quæ adolescẽtula Regia in Ægypto, eruditione sua Maxentio, (aut vt alij malunt Maximino) Imperatori silentium imposuit: 2. Incrementum. Apostolorũ gloria. 1. 2. Cor. 10. 4. B. Catharinæ certamẽ

qui victũ se cernens, vndequaq; eruditissimos euocauit Rhetores, ac Philosophos quinquaginta, vt cũ hac de fidei negotijs disputarent: quod dum facerent, tantã eloquij eius senserunt vim, vt non tantum victos se faterentur, sed omnes conuerterentur ad Christum, ob quem continuo, à Tyranno flã-
2. mis adiudicati atq; enecti sunt. *Secũdo*, Ipsorum scripta omniũ Doctorũ libris, quasi doctiora, sublimiora, certiora, sanctiora præponuntur: dedit enim illis hoc priuilegium Deus, vt nihil nisi à Spiritu S. inspirati scriberent, (quod nõnullis etiã sanctis contingit; maxime Episcopis in Concilijs generalibus, quos S. Spiritus assistentia errare non sinit) imo insuper dictabãtur illis omnia, adeo vt scribæ tantum essent, quibus singula etiã verba, Spiritus S. suggerebat. Atq; ita scripta ipsorum Dei potius quam ipsorum verba sunt. vbi nec iota, nec apex abũdat,

Dignitas Apostolorũ in scribẽdo.

3. sed omnia maximis plena sunt mysterijs. *Tertio*, quod iã Christo tanquam Assessores assideant patroni, & auxiliatores nostri; quos in terris ieiunijs, inuocationibus, statuis honoramus festa, reliquiasq; eorũ colimus, memorijs eorũ templa erigimus, lõgis peregrinationib⁹ visitamus, magnã fœlicitatem in attactu exuuiarũ reponentes: Imo ipsi (inquit Chrysostomus) adoratum veniunt Imperatores, & magnæ gratiæ loco habuit Constantinus Magnus, quod ad SS. Petri & Pauli limina sepulchrum haberet tanquam ianitor & ostiarius Sanctorum.

Chrys. 2. Cori. ho 26. & ho. 66. ad pop.

3. Incremẽtum.

Tertia paruitas erat, in contẽptibilitate ac persecutione primorum Christianorum; qui vbiq; quærebantur ad necẽ, imo tota ad interitũ postulabatur Ecclesia; sicut laborabat Aman omnem Iudæorum perdere nationem: Verum sicut omni arte ac industria laqueum sibi, ac crucẽ fabricauit & familię suę, quam parauerauerat Mardochæo; qui cũ omni sua gente plurimum exaltatus est. Ita omni tyrannide sua nihil gentiliũ effecerunt Imperatores, quam vt Ecclesia gloriosius cresceret, ac ipsimet male perirent. Diocletianus & Maximian⁹ Herculeus, qui decimam, crudelissimam omnium, mouerunt persecutionem & maxime diuturnam, videntes quod omni sua sęuitia nihil promouerent; desperantes abdicarunt se imperio, ac mala morte vitã amiserunt. Maximinianus enim Massiliæ fauces laqueo sibi interclusit; Diocletianus in grauem incidit infir-

Esth 3. 8.

Esth. 7. 10.

Diocletian. & Maximiani pœna.

Metaphrast. in gestis Mennæ. 10. Decemb. vide to 6. Sur. Cedrenus in compendio.

nfirmitatem, quæ internis ipsum vrebat caloribus, ac paulatim scatens vermibus, orbatus lumine, plenus summis fœtoribus, consumpta carne, misere eiulans, *Væ mihi qui tãtopere persecutus sum Christianos, mercedem recipio operum meorum*, infęlicem spiritum efflauit. Sãcta interim Ecclesia per orbem diffusa nomen *Catholici*, id est, vniuersalis, accepit; qua etiam nota ab omnibus alijs congregationibus discernitur. Apostoli enim videntes augmenta Ecclesiæ, ante diuisionem suã, varia Antiochiæ celebrarunt Concilia, ac discipulis ibi nomen *Christiani*, dederunt: vt ita ab hæreticis distinguerẽtur; inquit B. Athanasius. & *Credo* composuerunt, seu symbolum, in quo Ecclesiam *Catholicam* nominant, dotantes eam nota singulari, quæ in alijs non inueniatur. Quamuis enim vbique esse possint hæreses; eadem tamen vbiq; esse non potest: inquit B. Augustinus, sed vna in hac, alia in altera orbis parte: vt Caluiani in Gallijs, Lutherani in Germania, Hussitæ in Bohœmia; Donatistæ in Africa, &c. Ecclesia autem sancta eadem est in omnibus orbis partibus, ob fidei, quam vbique tenet, vnitatem. Arrogarent libenter sibi hæretici nomen hoc, quemadmodum olim Donatistæ, & modo Lutherani, ac Caluinistæ: sed hoc æque ridiculæ faciunt atq; simiæ veros imitantur homines. Si enim ad illos externus aliquis accedat, ac de Catholica ex illis vbi sit quærat, nemo illorum suam illi demonstrabit (inquit Augustinus) sed veram, antiquam Ecclesiam.

Ecclesia Catholica.

Disputat. cõtra Arrium.

Symboli cõpositio.

Action. 1. Concil. 2. Nicani.

Quomodo hæreses vbique.

Lib. de Pastoribus c. 8. reperitur in fine Tom. 9. operũ eius.

Ca. 4. contra epistolã fundamenti.

Incrementum, & dilatatio hęc Ecclesię breuissimo accidit tẽpore; statim videlicet postquam Dei instinctu, diuiserunt se Apostoli in omnes orbis regiones, quod factum videtur Anno Domini 44. occiso iam ab Herode S. Iacobo, & S. Petro incarcerato: nam B. Paulus in Epistola sua ad Romanos data Anno Domini 58. & ad Colossenses data anno 60. agnoscit, iam tum fidem per vniuersum mundum annunciatam, quod scire potuit, ex SS. Apostolis, qui miraculosè in obitu B. Marię Virg. conuenerunt in locum vnũ, vt scribit Dionysius[a] Areopagita, & post illum Iuuenalis Patriarcha Hierosolymitanus, [b] ac Nicephorus. [c] S. Augustin⁹ scribit suis temporibus, id est, anno Domini quadringẽtisimo, vno scilicet sæculo post dirã illam Diocletiani & Maximiani persecutionẽ, neminẽ ausum

Diuisio Apostolorũ.

Act. 12. 1.

Rom. 10. 18.

Coloss. 1 23.

Apostoli interfuerũt funeri B. Mariæ.

a *C. 3. de diuinis nominibus.*

b *Epist. ad Pulcheriam Augustam.*

c *Lib. 2. hist. c. 21. 22. 23. & lib. 15. ca...*

fuisse blasphemare Christum, aut publice immolare idolis: tāta huic grano sinapi erat vis, quod tantillo se tempore tantopere diffuderat: accepit etiam arborum soliditatem, ac firmitudinem: adeo vt hæc arbor nec frangi, nec eradicari procellis possit. Hæretici qui erroribus pleni sunt, in Ecclesia errores quęrunt: sed Christus qui illam sibi, vt angulari ac fundamentali petræ, ac S. Petro vt primo fundamentali lapidi, inædificauit; ne minimos quidē illuc errores irrepere sinit: alioquin enim nullam fidei haberemus certitudinem, si Ecclesia in fide errare posset. Hæc firmitudo multos fecit martyres, hæreses profligauit, ac indies adhuc mysteria fidei explicat.

Ecclesiæ soliditas. *Matt. 16. 18.*

Modi quibus semen hoc tam cito auctum, dilatatumq; est varij sunt. *Primo* miracula, quæ primi Christiani Christi virtute operabantur, qui illis affirmabat per fidē propulsari dęmones, curari infirmos, serpentes tolli, eademq; omnia fieri, imo & maiora quam ipse fecisset. *Secundo* persecutio, quæ Ecclesiæ nauiculam, sicut aquæ Arcam Noë inaltauit: Quēadmodum enim modico igni tota exuritur ciuitas, si ventus accedat vehemens: ita & persecutio Dei amorem accēdit. *Tertio*, sanguis martyrum; qui vt fimus agros, ita Ecclesiā fœcundauit. *Quarto* merita ac preces eorum, quibus gentium multarum cōuersionē, ac maximè suorum persecutorum à Deo impetrabāt. Ita pro Saulo, S. orabat Stephanus, & Paulum exorauit, & ex persecutore magnum patronum fecit Ecclesiæ. *Si enim Stephanus non orasset* (inquit B. Augustinus) *Ecclesia Paulum non haberet. Sed ideo erectus est Paulus; quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus.* *Quinto*, Efficacia verborum Euangelicorum, quę medullas penetrant, & intima emolliunt, animā consolantur, intellectum captiuant, voluntatē immutant, passiones mitigant & maiore ad Deum vi rapiunt homines; quā carmina, incantationesq; alia animalia. Ruffinus[a] & Sozomenus[b] referunt, ꝙ in primo Nicæno Cōcilio, trecentorum & octodecim Episcoporū, qui ad dānandum Arrium cōuenerant, nonnulli etiā cōuenissent Philosophi gentiles, vt fidem Christianā impugnarent, fuerit vnus inter eos præcipuus, (Glycas Eulogium illum nominat) qui plurima mouebat, nec vlils acquiescebat rationibus. Erat vnus inter Episcopos Spiridion senex (vt habent Metaphrastes,

Modi quib. fides propagata. 1. *Marc. 16. 17.* *Ioan. 14. 12.* 2. *Genes. 17. 2.* 3. 4. *In fine sermo. 11. de B. Stephano.* 5. *Heb. 4. 12.* a *Lib. 1. c. 3.* b *Lib. 1. c. 17.*

ſtes,[a] & Nicephorus [b]) Antiſtes Trimituntinus in Cypro, humanas quidem nõ callens argutias, ſed plenus Spiritu ſancto. qui videns Philoſophi arrogantiam, & ea quæ dicebantur auſcultans; depopoſcit cum illo certamen. Gẽtiles qui hominis nouerant ſimplicitatem, acceperunt cum riſu, certam eius ſuſpicantes infamiam. Timuerunt idem & Catholici, permiſerunt tamen ætati, & notiſſimæ eius ſanctitati, vt quæ vellet ageret. Aggreſſus itaq; hac oratione hominem. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, audi vir Philoſophe. Vnus Deus eſt, qui omnia per Verbum, & Spiritum ſanctum ſuum creauit. Hoc Verbum Dei Filius eſt, qui miſeratus naturam humanam, eandem ſuſcepit, vt à peccatis, & damnatione homines redimeret. & poſtea venturus eſt iudicare viuos ac mortuos, & reddere vnicuiq; iuxta opera ſua. Quare noli myſteria hæc curioſe inquirere, & ſcrutari, quomodo fieri iſta poßint: ſed humiliter crede, atque intellectum captiua. Habes quod ad hæc reſpondeas? Reſponde, credis nec ne?* Philoſophus in ſancti viri verbis diuinam ſentiens virtutem, *Imo vero,* reſpondit, *ac ſingula quidem credo: & gratias habeo quod tam bene me inſtruxeris.* Conuerſus autem ad diſcipulos ſuos, alioſq; adſtantes, ait. *Quamdiu verba mihi allata ſunt, verba verbis repoſui: at ex quo diuinã expertus ſum virtutẽ per ſancti huius Epiſcopi linguã, reſiſtere vltra nõ poſſum.* Atq; ita fidẽ & baptiſmũ ſuſcepit. Hæc media ſunt quæ hoc granũ ſinapi tantopere auxerunt, exaltarunt, dilatarunt, ac cõfirmarunt: quo nõ parũ iuuit ſancta Chriſtianorum cõuerſatio, qui virtute gentilib. prælucebant, cum ipſi charitate arderent. Ex illis quæ Eccleſiam ita auxerunt diſces *primo.* Quid te oporteat facere vt magnificeris in oculis Domini. Humiliabis enim te, & deprimes, puſillũq; facies, nõ quidẽ lendiũ inſtar, quæ nõ augẽtur, ac puſillitate ſua inquietant, vexantque impune homines: ſed ſicut granũ ſinapi, cum latenti virtute. *Eſt enim qui nequiter ſe humiliat,* (inquit Sapiens) *& interiora eius plena ſunt dolo.* Multi externa humilitate gloriã, honoreſq; captant. Alij ꝑ illã decipere ſtudẽt ꝓximos. Hi à Deo nõ exaltantur. Cura vt humilitas tua int⁹ calorẽ, vimq; habeat grani ſinapi, id eſt, verã Dei charitatẽ, atq; ita à Deo magn⁹ habeberis. Diſce *ſecũdo.* neminẽ tã eſſe puſillũ, cui⁹ De⁹ rationẽ nõ habeat, eũq; ꝓtegat, &, ſi ad humilia ſe cõponat, exaltet. Quid in homine capillis vilius eſt? iuſtorũ

[a] Decemb. 12. c. 14.
[b] Lib. 8. c. 15.

Documenta ex Eccleſiæ propagatione.

1. Humilitas vera.

Eccl. 19. 23.

2. Deo omnes curæ.

Luc.12.7. Num.6.18. tamẽ capilli apud Deũ in numerato sunt,&coli voluit oblatis Nazareorũ pilis. Contẽne igitur teipsum, & cõfide in Domino, qui custodiet honorabitq; te; prout viderit te humiliatũ.

VI. *Ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius.* Per B. Eccle-
Rami Ecclesiæ. siæ ramos varia intelligi possunt. *Primo* multiplex scripturarũ
doctrina: in quibus omnes scientiarum thesauri; quæ quãdo-
1. quidem certæ sunt fidam Christianis omnibus requiem præ-
2. stant. *Secundo*, SS. Sacramenta, quæ per totum orbẽ ministran-
Eccle.24.22. tur, & Christianis animæ requiem tribuũt. De duobus his ramis inquit Sapiens. *Rami mei honoris, & gratiæ.* Scripturarũ enim
3. notitia, gloriã; sacramenta, gratiã causant. *Tertio*, diuersi Ecclesiæ gradus, vt Religiosorũ, Sacerdotũ, Virginũ, Viduarũ Coniugatorũ, &c. Itẽ munia ac officia distincta Superiorũ, subditorũ, mercatorum, opificũ, operariorũ, &c. In his quiescitur,
1.Corin.7.20. quia vnumquẽq; vocatione sua oportet esse cõtentũ; vt ait A-
4. postolus. *Quarto*, particulares Ecclesiæ ciuitates, ac regiones. Quemadmodum enim infidelitate olim Ecclesia erat in prouincijs, ac regnis; quæ ipsius necdum erant sed sub gentibus; quemadmodũ modo adhuc est sub Turcis, Brasiliẽsibus, Peruanis, ac multis locis vbi infideles prædominãtur: ita modo regna terręq; sunt Ecclesię subditę, in quib. Christiani tuto re-
Psal.90.1. quiescunt: vbicunq; enim habitant, habitant *in protectione Dei*
5. *cæli*, in eadem fide ac Sacramentis, cęlis æq; vicini. *Quinto*, Episcopi, & Prælati, qui nos regunt; & Doctores, qui nos erudiunt
Lib.19.Mor. c.2. (inquit Gregorius) quorũ auctoritati fideles secure acquiescere possunt; nõ solum sicut in ramusculis aues, sed velut in sinu matrũ infantes: debent enim illi pro animabus eorum curam
Hebr.13.17. gerere, & *reddere rationẽ.* Nihil ergo incumbit subditis, nisi vt obediãt: rationẽ enim, ac discretionẽ à Superiorib. exiget Do-
6. minus. *Sexto*, Sancti qui modo cum Christo regnãt in cęlis; in quib. bene cõquiescim⁹: sunt enim singulares nobis sub Chri-
Patrociniũ SS. sto patroni, qui nos ab iniurijs, procellisq; dæmonũ tuẽtur, ꝙ etsi oẽs faciant sancti, & maxime maiores, qui toti orbi præsident vt B. Vig. S. Petrus S. Paulus & omnes Apostoli per totũ mundũ destinati, specialiter tamẽ illa respiciũt sancti loca, vbi ipsorũ requiescunt corpora, aut vbi laborarunt: vt SS. Petr⁹ &
Leo ser.1.de Apost. Paulus Romam, quemadmodũ testatur B. Leo Papa, SS. quadraginta

draginta Martyres Cæsaream Cappadociæ, vt testatur Basil. ac frater ipsius Gregorius Nissenus. S. Theodorum Amaso in Ponto specialiter ait intendere, alijque Doctores de sanctis alijs qui alibi quiescunt. Per *volucres cœli* intelliguntur qui alta sectantur, ac habitant. Quales sunt *primo* Reges, ac Principes, quos præcellere ait S. Paulus. Hi in Ecclesia quiescunt, quia extra eam quietem non inueniunt. Cùm Catholici Principes officio suo satisfaciunt, interna conscientiæ pax, & quies ipsis à Domino conceditur: quam in *impijs non esse* Isaias ait: externam insuper tranquillitatem, ac pacem addit; vt ex Dauide, Salomone, Ezechia clarum est, alijsque Israelis Regibus qui Dominũ secuti sunt: in nouo etiam testamẽto perspicuum in Constantino, Carolo Magno, alijsque omnibus. Contra quomodo plurimi Imperatorum Gentilium, ac hæreticorum trucidati ac mala morte à Deo percussi sint vt Valens, Anastasius, Copronymus, &c. longum foret dicere. *Secundo*, Volucres, pij sunt, *quorum* iuxta Apostolum, *conuersatio in in cœlis est*; instar *ciuium ac domesticorum Dei*. In principio mundi creauit Deus quinta die ex materia eadem, aqua videlicet, volucres, & pisces: illæ statim euolabant sursum, hi manebant infra in aquis. Volucres sanctos significant; pisces, impios. de quibus Abacuc, *Facies homines quasi pisces maris, nõ habentes principem*. Per diem laboratur; per noctem saltatur: atque ita nec corpori, nec animæ requies est. De auibus his duo dicit Christus. *Primum*: quod veniant, nemo enim in Ecclesia nascitur. Nascimur gentiles, sed per Baptismi ianuam in Ecclesiam intramus. *Alterum* quod in ramis habitent seu quiescant: auiculæ enim grana sinapi pascuntur. O quantam pij in Ecclesia quietem habent, præ quam in hæresi sua hæretici, aut in peccatis suis impij! pacem sentiunt in corde, in intellectu, in voluntate, in anima: non discrutiant se nouis sicut hæretici commentis, ac opinionibus, de quibus Apostolus, *Quod circumferantur omni vento doctrinæ, ad circumuentionem erroris*. Fides maximam animæ præstat quietem; sicut hæresis, ac dubitatio in fide, perpetuam inquietudinem. Voluntas piorum à Dei voluntate non recedit, atque ideo immota manet; quia in Deo confidit qui mutationem, vicissitudinemque non

Basil orat. de 40. mart.
Nyssen. orat. de S Theodo.
Volucres cœli.
I.
1. Tim. 2. 2.
Isai. 57. 21.
2.
Philip. 3. 20.
Ephes. 2. 19.
Habac. 1. 14.
Nemo fidelis nascitur
Pax piorũ.
Ephes. 4. 14.

Iacob. 1. 17. sentit, vt habet Malachias Propheta, ac S. Iacobus. Atq; ideo quo quis magis vnitur Deo, eo quiescit tranquillius: Acciditque ipsi quod ait Sapiens. *Prou. 12. 2.* *Non cõtristabit iustum quidquid ei acciderit.* Nihil enim petit nisi quæ Deo placent, & quæ immittuntur ipsi, tanquã de manu Domini, suscipit: à quo nõ aliter quam sicut dilectus à patre filius corripitur. Hæc animæ pax crescit *Imprimis* vsu Sacramentorum, maxime Cõfessionis, & Eucharistiæ, in qua omnis pacis auctor ad nos ingreditur; Spiritus S. per Cõfessionem; Christus ipse, sub Venerabili Sacramento; qui dona sua, pacemque suscipientib⁹ adfert, vt experiuntur illi, qui ea digne frequentant. *Secundo*, per bona opera, quæ animã magis pascunt, & reficiunt; quã vlli cibi, corporis membra. Ita dicebat Christus *meus cibus est, vt faciam voluntatẽ eius qui me misit.* Hinc tãtis consolationibus abundabat S. Paulus, alijque qui ad subuentionẽ proximorũ labores magnos subeunt. S. Franciscus Xauerius, qui in Iaponia primus Euangelium prædicauit, cum summis periculis ac difficultatibus, tanto nonnunquam intus perfundebatur gaudio vt clamaret, *Satis est Domine, satis est.* Nos miseri mundi cõmoda quærimus, consolationesque: atque ideo tantum ab animæ gaudijs absumus, vt qualia illa imo etiam an vlla sint ignoremus.

Pacis augmentum. I. — 2. — *Ioan. 4. 34.* — *2. Cor. 7. 4.* — *Horat. Tursellinus lib. 6. c. 5. vita eius.*

VII. Cur Christus varijs parabolis vsus.

Aliam parabolam locutus est eis. Christus omnis generis homines docere volens, varias eiusdem rei dabat similitudines; vt quilibet, quid vellet intelligeret. Priorem viris dederat serendo plurimum occupatis: alteram mulieribus dat, domi plurimum pinsendo distentis. Atque vt mulierculas (quæ seu dum illis boni aliquid dicitur fabulantur) excitet ad attentionem, apud S. Lucam hæc præmittit. *Cui regnum Dei simile æstimabo?* q. d. attendite, dabo pulchram similitudinem. Optime hæc cum præcedenti cõuenit parabola, vtraque enim de Ecclesia agit: differunt tamen in ijs, quæ per illas significantur. Prior enim multiplicationem proponit fidelium, qui toto diffusi orbe sunt: ac explicat nobis nomen *Catholici.* Id est, vniuersalis, quod omnia regna, nationes omnes, ac quælibet hominũ genera cõplectitur. Atque hinc Viro seminãti cõparatur: Viri enim est populũ colligere ac cõtrahere exercitũ. Hęc autẽ parabola magis innuere nobis videtur mutationem, quę in ipsis fit

Luc. 13. 20. — Differentia harum parabolarum. — *Vincent. in princ. c. 3. aduersus hæreses.*

fit hominibus, quando ad Ecclesiam, aut Sacramenta admittuntur: atque ita, exponitur hic ly *Sanctam Ecclesiam*, videlicet quomodo sancta sit nostra Ecclesia; non imputatione externa vt volunt hæretici, id est, vt Deus illam quasi sanctam habeat, & per merita Christi adspiciat, quamuis reapse peccatis sordidissima sit, sicut per vitrum rubrum, alij etiam colores rubri apparent: sed interna, & vera sanctitate, sicut farina verè per fermentum fermentatur, non imputatiuè solum. Et quia mulierum est ea coquere, ac ornare quæ mariti domum deferunt, ita inquit Christus, quod mulier fermentum farinæ misceat. Hoc enim quasi fœmineum opus domi & intra parietes peragitur, virorum labor foris in agro est.

Simile est regnum cælorum fermento. Fermentum tres habet conditiones, *prima* mala est; videlicet, quod corrumpat, ac iuxta hoc in malum à scriptura accipitur: v. g. cum dicit Apostolus *modicum fermentum totam massam corrumpit*. Et designat peccatum, quod totum hominem corrumpit: aut vnum peccatorem, qui totam societatem malo exemplo inficit. *Secunda* bona est, quod det pani aliquid subacidi saporis, ac propter illam præsenti in loco comparatur regno cœlorum. *Tertia*, quod augmentet, ac inflet: quod aliquando in vitio est, v. g. cum ex superbia proficiscitur, vnde dicebat Saluator *cauete à fermento Pharisæorum.* Id est, ab eorum doctrina quæ inflat, ac ad tumorem impellit: aliquando in virtute; cum per eruditionem accedit incrementum sapientiæ, cæterisque virtutibus. In hac parabola *fermentum*, in bonam partem interpretãdum est ob mutationẽ quã in farina facit: atque ita iuxta diuersas Doctorum sententias tria significare potest. *Primo*, quidem ex sententia Chrysostomi primos Christianos, ac Sanctos Apostolos: qui orbem immutarunt vniuersum, vt videre est. Vita eorum austera erat, ac subacida instar fermenti, ob pœnitẽtiæ labores, mortificationes, ac passiones: dabat nihilominus saporẽ rebus: per ea enim act⁹ noстri sapiunt Deo, ac hominibus. *Secundo*, ex sẽtẽtia Hieronymi, doctrinã Christianam: ea enim quæ per fidẽ accipitur doctrina, totũ hominem penitus alterat. Ex impuris, inuidis, iracundis, blasphemis, superbis, ac iuratis Dei inimicis, qui passionum flatibus ad dia-

[Margin: VIII. Fermenti cõditiones. 1. Bona est. *1. Cor. 5. 6.* 2. Mala. 3. Indifferẽs. *Matth. 15. 6.* Fermentũ quomodo hic accipiendum. Tria significat. 1. *Chrys. hom. 47. in Matth.* 2. *Hieron. Com. in Matth.*]

ad diaboli nutum agebantur;pudicos,mansuetos,benignos, similesque Dei filios constituit; per interiorem gratiam qua iuuantur,vt ex tantum quæ Domino placita sunt cupiant. In principio quidẽ hoc aceris habet aliquid, at postea dulcescit.
Apoc.10.9. Ezech.3.3. S. Ioannes, & Ezechiel ab Angelo librum acceperunt deuorandum qui in ore erat *quasi mel dulcis*; sed amaricari fecit ventrem B. Ioannis; quia Christi doctrina auditui grata, concoctioni autem, & in mores proprios transformationi laboriosa, ac grauis est, maximè ijs qui illuc vsque carnalia sectati
Nissen. serm. de Euch. Cyrill. lib.4. in Ioan. c.17. sunt desideria. *Tertio*, ex S. Greg. Nysseni, & Cyrilli Alexandrini sententia, Venerabile Sacramentum Eucharistiæ: quæ non minus hominem, quam fermentum farinam alterat. Et quamuis suauissimus, ac Angelicus plane sit cibus, habet tamen suam etiam acrimoniam: tum, quia passiones malas decoquit, non sine aliquo nostro dolore: tum, quia multa ha-
Ioan.6.61. Eucharistiç dura. bet captu difficilia, de quibus discipuli, *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire*. Iubemur credere. *Primo*, Non esse ibi pa-
1. nem, sed solum Christi corpus cum ossibus neruis, sanguine, humoribus, omnibusque membris, ac totum perfectumque hominem: cum tamen nihil tale videatur; sed oculi, nares,
2. palatum, contactus, omnia panem esse iudicent. *Secundo*, Quod sub tam parua hostia plenæ statura vir lateat, qui tātil-
3. lo loco videtur contineri non posse. *Tertio*, quod idem illud corpus in cœlo, ac plurimis alijs terræ locis simul præsens sit: cum ratio dictare videatur vnum corpus vno tātum loco es-
4. se posse. *Quarto*, quod Corpus Domini, cum species franguntur, integrum indiuisumque maneat; sub qualibet particula. Omnia hæc aliaque plura firma nobis fide tenenda sunt, etiamsi sensibus, intellectui, ac experimentis aduersari videantur. Notandum tamen, nullos qui ad fidem primum conuertuntur, in credendis illis facere difficultatem; sed facile, firmiterque credunt ac cum reuerentia suscipiunt, vt primi
Act.2.46. Christiani qui communicare solent quotidie, & maiores nostri; qui hunc cum reliquis Articulum susceperunt: & nouiter conuersi in Iaponia, China, alijsque ignotis regionibus. Cogitant enim opus maximæ, esse potentiæ, Deum autem omnipotentem, cui non est impossibile omne verbum, &

maxime

maxime charitatis Christi in Sponsam suam argumentum, quod ei se in cibum dederit, vt ita corporaliter ipsi vniretur. Qui de his dubitant, vetusti sunt Christiani, in quibus cum refrixerit charitas, vacillat & fides, eamque vt deliri senes paulatim, deserunt. Similes sunt malis Monachis, qui pio quodam feruore cucullum arripiunt, at quia veterem Adam exuere nolunt, mutato animo, cucullum iterum exuunt ac transfugiunt. Ita plane & hæretici agunt: dum enim ab Ecclesia bene instituti sunt, ac mores corrigere nolunt, Matrem ac Magistram suam turpiter deserunt.

Quod acceptum mulier. Christus in duabus hisce parabolis pellè viri, ac mulieris seruat proprietates. Virorum enim est foris: mulierum intus rem curare, ac raro in plateis conspici. Ita Betsabee mater Salomonis egit; de qua scriptum: *Considerauit semitas domus suæ & panem otiosa non comedit.* Id est, inspexit sedulo domesticorũ opera, ac bono ad omnia præibat exemplo. Idem & Christianas mulieres monet Apostolus, *vt domus curam habeant:* & potissimum occupandis ancillis, sicut mariti famulis, intendant, iuxta illud Dauidis: *Oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ.* Cùm ita administratur familia, omnia fiunt debitè, ac decenter: maritus cum seruis laborans, ac victum quærens, mulier cum ancillis quæsitum apparans, ac domum componens, vt necessaria ac requiem reuertens maritus inueniat. Mysticè *primo*, per mulierem hanc æterna Patris significatur sapientia; Christus scil. qui à cœlesti Patre sanctos suos acceperat Apostolos, vt ipse dicebat. *Tui erãt & tu mihi eos dedisti*; ac misit eos in mundum vniuersum, vt eum diuinis præceptis, ac Baptismatis Sacramento fermentarent. Dicens. *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Secundo,* Christiani Doctores: qui doctrinam Christi à Christo, & Ecclesia accipiunt, & tradunt alijs. Non enim sua possunt prædicare somnia, vt faciunt hæretici, sed quod in Ecclesia à Patribus acceperunt. Sicut & S. Paulus se tradidisse ait *quod acceperat. Tertio,* cuiusque anima; quæ ex ore Doctorum diuinã accipit doctrinam, vt omnes facultates, potentiasque suas immutet, eandem

[Margin: IX. — Prou. 31. 27. — Tit. 2. 5. — Psal. 122. 2. — Mulier quid. — 1. — Ioan. 17. 6. — Marc. 16. 15. — Matth. 28. 19. — 2. — 1. Cor. 11. 3. — 3.]

2. *Secundo*, vt mites sint; non duri, rigidi, concitatique aliqua animi perturbatione. Vt enim S. docet Bernardus non est ad mensam Domini commoto veniendũ animo: ac animi turbatio fructum etiam verbi diuini impedit. *Tertio*, vt totos se diuinæ resignauerint voluntati. Quo enim ea perfectior est resignatio, eo & fructus subsequens est copiosior. *Quarto*, vt pro viribus proximos ædificent; non leues, non vani, nõ morosi. Multis enim omnia videntur transuersa, cum aliquam sensisse videntur deuotionem. Hæc optime per Sacramentum Confessionis acquiruntur; quod Communionem præcedere debet, ac veluti Sacristia quædam est vbi se vestit, ornat, ac ad Altare præparat sacrificaturus. Illic enim *inprimis* remittuntur peccata; & qui attritus accedit, fit ex attrito contritus: imo non raro fit, vt qui sine emẽdationis proposito ad sacerdotem accesserat, optime dispositus, ac proponens firmissime emendationem recedat: tum per Confessarij monita, qui, apertam videt confitentis conscientiam, ac illi *ad cor* loquitur vt ait Propheta: tum, quia in Confessione Spiritus sanctus operatur, & verbis sacerdotis dat efficaciam. Cum ex superbia quadam populi sui numerum iniri vellet Dauid, frustra Ioab eum monebat; cum autem peccati illius argueret eum Gad Propheta, agnouit, ac deplorauit delictum suum, quia Deus per os Prophetæ, sicut iam per ora sacerdotum loquebatur. *Secundo*, In Confessione passionum fluctus componuntur. Quare si in te inuidiæ, iræ, luxuriæ passiones sentias, quæ Communioni te videantur facere inhabilem, noli saltem eorum differre confessionem, vt plurimum enim mali motus aut à diabolo, aut à proprio oriuntur peccato. Ideo quando peccatum aufertur, & Confessione diabolus fugatur, cessat sæpe tentatio, & animus tranquillatur; sicut fugiunt ad conspectum solis vespertitiones. Cum sacerdotes Arcam portantes ad Iordanis aquas venissent; substiterunt aquæ superiores, ac inferiores defluxerunt, vt transitum darent populo. Ita quando verbis in Confessione te tangit sacerdos, fugiunt passiones, ac dant Christo aduentanti locum. *Tertio*, in Confessionis Sacramento magna à Deo donatur gratia, quæ charitatem auget, & hominem ad sui plenam resignatio-

nem

Marginalia: *Bern. lib. de præcep. & dispensat.* — 3. — 4. — Confessionis fructus. 1. — *Osee 2. 14.* — *2. Reg. 24. 3.* — *Ibidem 13.* — 2. — Typus. *Iosue 3. 16.* — 3.

nem promouet, vt nihil præter Dei voluntatem scire, ac perficere desideret. *Quarto*, Sacerdotis exhortationibus, & instructionibus in Confessione discis, quomodo imposterum vitam instituas, vt verbis ac exemplo proximos iuues, & perducas ad Dominum.

Tertium est: Quod fermentum ascondatur tribus farinæ mensuris, quas Syri *Sata* appellant; & tria conficiunt vnum *Ephi*. Ita vt fermentum asconditum sit vno Ephi farinæ, quæ magna fuit mensura; attamen vno fermentari solet à mulieribus fermento. Potuisset Christus vno verbo dixisse abscondit fermentum Ephi farinæ, sed *tria Sata* loco *Ephi* dicere voluit; sicut nos viginti asses pro floreno, & triginta pro dalero dicimus. Ratio eius fuit partim, quia Abraham Saræ vxori suæ mandabat, tria Sata similæ commiscere, quæ figura fuit huius mixturæ. Partim, vt significaret partes illas quæ fermento spirituali siue doctrinæ Christi, siue Ecclesiæ, siue Venerabilis Sacramenti fermentantur. Per tria enim *Sata*. *Primo*, tres orbis partes; Asiam, Africam, Europam intelligit Hilarius, secundũ tres filios Noe Sem, Cham, & Iaphet. In quib⁹ regnis primum abscondita fuit Ecclesia; cum Apostoli per mundũ vniuersum Euangelizarent, ac fidem dilatarent. *Secundo*, tres hominis potentiæ sunt; rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Doctrina enim Christi facit vt ratio non erret, comprimit concupiscentiam, ac iram, vt nihil à nobis contra rectæ rationis dictamen admittatur. *Tertio*, Aduertit S. Hieronymus, significari hic posse tres hominis partes; spiritum videlicet, animam, & corpus: de quib⁹ Apostolus *vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur*. Qui enim frequenter digne corpori Domini communicant, magnam in tribus his partibus mutationem sentiunt.

Tertia fermenti conditio.
Sata quid.
Cur dixerit Christus tria Sata.
Gen. 18. 6.
Sata tria quid.
1.
Hilar. in Matth.
2.
3.
Hieron. in Matth.
1. Thess. 5. 23.

Quantum enim ad corpus, & corporalia, quæ *primũ Satum* faciunt illud suscipit, ex Venerabili Sacramento hęc quinque commoda. *Primo*, homo in meliori viuit sanitate: tum, ob internam cordis lætitiam, de qua Sapiens: *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa*: tum, quia magis cauet ab omni excessu, qui lædere solet valetudinem. Quare

Eucharistiæ fructus in corpore.
1.
Prou. 17. 22.

cum ad conuiuia, nuptias, aliaque vocaris loca, vbi excessum times; noli ideo communionem omittere, quin ideo tanto accede lubentius, vt maiorem habeas ratione frugalius, parciusque agẽdi. Venerabile enim Sacramentum præseruatiua quædã medicina est, quæ præmunire solet aduersus infectionem aëris. Sumptuosa prandia, pestilentissimæ auræ sunt; aduersus quas præparandus antidoto hoc est animus. Christus enim qui in te est, suggeret tibi cõsilia ac robur, vt omnia mala declines. Hæc corporalis sanitas figuratur per sanitatem filiorum Israel; quibus in eremo nunquam doluit caput, totis quadraginta annis, quibus panẽ cœli manducabant. *Secundo,*

Typus.

2\. Corporalis etiam sanitas aliquando hoc Sacramento præstatur; sicut de S. Agapito Papa B. Gregorius testatur, quod cum porrexisset claudo ac surdo corpus Domini, confestim subsecuta sit sanitas. Non enim minoris in Sacramento, quã in terris agẽs est efficaciæ, vbi attactu omnes morbos curauit. *Tertio,*

Gregor. lib. 3. dial. cap. 3.

3\. Eucharistia corporalis etiã cibus est sicut dixit Christus, *Caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.* Quod inde constat clarè, quia plurimi sancti sola Eucharistiæ sumptione multo tẽpore victitarunt, non gustatis cibis alijs vt S. Catharina Senensis, Maria de Ognies, Liduida, alijque plures. Non quod Corpus Christi in hominũ substantiam conuertatur; sicut alij solent cibi: sed quia post specierum corruptionẽ, panis & vini maneat nutritiua qualitas, quæ hominẽ reficit; ac alit non secus ac si verum panem ac vinum sumpsisset: hoc tamẽ discrimine, quod Eucharistia, cum sit alimentum viuum, vt aiebat Christus, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, nobis viuas suas qualitates communicat. Sicut enim ex corporali cibo corporeæ induuntur qualitates; calor, frigus, humor, siccitas, prout cibus fuerit, quo nutrimur: ita & viuus hic cibus, viuas nobis infundit qualitates proprietatesque Christi; humilitatem, mausuetudinem, castitatem, misericordiam, &c. aptans corpus nostrum ad seruitia diuina. *Quarto,* suscipiunt corpora nostra virtutem resurgendi nouissimo die, vt dixit Christus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Impossibile enim est (inquit Cyrillus) vt in morte maneat & non resurgat corpus

Ioan. 6. 56.

Ioan. 6. 51.

4\.

Ioan. 6. 55.

Cyrill. l. 10. in Ioan. cap. 13.

hominis quod Christi carne pastum est. S. Gregorius dé
ɔdā refert cuius cadauer eijciebatur semper sepulchro: cui
ı ex mandato S. Benedicti corpus Domini fuisset imposi-
ı,conquieuit: vt ita etiam in mortua corpora huius Sacra-
nenti potestas pateret. *Quinto*, ex hoc Sacramento maxi-
n corpora nostra trahunt dignitatē: qui enim illud susci-
nt (inquit Cyrill. Ierosolymitanus) *Christophori* fiunt, id est,
titores Christi, quia ipsum intra se portant. Hinc S. Maria
Ognies vidit Sacerdotes digne sumentes, clarissima intus
ɛ perfusos: vt Cardinalis Iacob. de Vitriaco scribit. Atque
o Christiani per Sacramentū hoc dæmonibus valde sunt
midabiles, vtpote induti Regē gloriæ (inquit Chrysosto-
s) ad quem inimici Dei appropinquare non possunt.
Alterum Satum anima est; qua viuimus, sentimus, ac moue-
r: complectens omnes interiores, & exteriores sensus, cū
poreis passionibus, ac inclinationibus: In illā etiā magna
Eucharistiam inducitur mutatio. Nam *primo*, quidem nō
em iam rebus, quibus solent, externi delectantur sensus:
ıli non intendunt in speciem mulierum, aures nō arrigun-
ad detractiones, & scurrilitates: atque sic de cæteris adeo
d omnem mundi ornatū nauseent: sicut de se ait Aposto-
, quod omnia arbitratus sit *vt stercora*, ac detrimēta vt Chri-
m lucrifaceret. *Secundo*, interni sensus suas etiā mutant con-
ɔtiones: minus distrahuntur, minus impugnātur, minus fa-
ıntur: magis se Deo quā sæculo recreant. *Tertio*, malæ ad su-
biam, auaritiam, gulam, &c. inclinationes multū minuun
vt S. Bernardus de fratrib⁹ suis dicebat, quos summopere
ɛ ratione videbat cōmutatos, ac ex hominib⁹ effectos An-
os. Verum quidem est, hanc mutationem à pijs nō semper
ıtiri, ac nō cessare eorum querelas, sæpe de indeuotione ac
tractionibus: nō tamē ideo minus proficiunt, quia nō sen-
nt, sicut nec corpora nostra crescere sentimus. Bonū pro-
ɛtus indicium est, ꝙ peccata sua videat homo, eaque digne
imet, & distractionibus alijsq; defectibus suis torqueatur.
'ertium Satum, Spiritus est, id est, hominis anima, quæ intel-
ɛtum, voluntatem, & memoriam continet. Impossibile esse
cit S. Chrysostomus, illam perire animam quæ in exitu suo

Margin notes: Gregor. 2. dial. cap. 42. — 5. — Cyr. Catech. 5. mystagogi. — Lib. 1. vitæ eius c. 4. to 3. Surij die 23. Iuny. — Chrys. hom. 61. ad populum. — Secundum Satum. — Eucharistię effectus in anima. — 1. — Philip. 3. 8. — 2. — 3. — Bern. serm. in cœna Domini. — Tertium Satum. — Lib. 6. de Sacerdotio.

Corpus Domini dignè susceperit, quia de corpore Domini facta est diuina, & Dei virtute omnes penetrat cuneos diabolorum, qui ipsius iter impedire student. Intellectus autem accipit hæc tria. *Primo*, Illustratur vt clarius videat, intelligat, gustetque diuina dogmata: tales enim non credunt tantum, sed & sentiunt, per gratiam Spiritus sancti, qui in illis diuinā quādam creat sapientiam, ac cognitionem. Hoc figuratur in duobus Discipulis abeuntib⁹ in Emaus, qui postquā panem, id est, Eucharistiam sumpserunt, apertis oculis agnouerunt Christum. *Secundo*, intellectus melius discernit, ac ponderat peccata, sicut sanus oculus facilius terræ puluisculos, quā lippus magna cōspicit. Hinc nihil mirum, quod pij semper peccata sua lamententur, quia melius nobilitatē inspiciunt animæ, ac parua peccata pluris faciunt, sicut matrona leuem maculam, in pulchra Syndone. *Tertio*, Intellectus ad diuina contemplanda redditur aptior, ac habilior: sicut Eliæ magna à Deo reuelata sunt, postquam in eremo panem manducauit.

Eucharistiæ effectus in anima rationali.
1.
Luc. 24. 31.
2.
3.
3. Reg. 19. 10.

Memoria etiam hoc Sacramento iuuatur. *Imprimis* peccatorum recordatio, non eorum tantū quæ quotidie obrepunt, sed illorum etiam, quæ in adolescentia admissa sunt: quemadmodum aquila, quæ (vt inquit Physiologus) cum senuit ac propter rostri excrescentis aduncitatem cibum capere non potest, nec deficiente visu vltra videre, dat se præcipitem in Saxum, ac frangit rostrum, ac postea oculos lauat, clarumque videt, & iuuentutis suæ vires recipit; iuxta illud Dauidis *renouabitur vt aquilæ iuuentus tua*. Lapis iste Christus est, qui in Sacramento SS. appetitum acuit, & visum roborat. *Secundo*, iuuatur memoria vt fideliter quæ in concionibus audit, ac diuina retineat; detractiones, & vitia aliena obliuiscatur. Ita vides bonos, ac pios, pia, ac bona retinere felicius, malos autem fabulas, turpes cantiones, ac alienos næuos.

Effectus in memoria.
1.
Aquilæ industria.
Psal. 102. 5.
2.

Voluntas quæ frigida primum erat hoc Sacramento accenditur, in amorem Dei. Hinc in cœna vltima ita ardebant Apostoli cum primū sacramentaliter Christum suscepissent, vt omnes se neci, & cum Christo in mortem offerrent. S. Cyrillus ait quod diabolus Iudam cōtinuo ex cænæ loco ad domum

Effectus in voluntate.
Cyrill. l. 9. in Ioan. cap. 19.

m Caiphæ recta deduxerit, ne per Corporis Domini effi-
iam, & maxime per pulcherrimũ illum sermonem, quem
discipulos tunc Dominus habuit, conuerteretur. Primi *Actor.2.44.*
ristiani qui quotidie communicabant, tanto ardebant ze-
rt sua pauperibus, se tormẽtis libenter superimpenderent.
hoc feruore ipsorum incalescebant preces, ac Deo fiebant *Actor.4.31.*
iores; adeo vt orantibus immitteret Spiritum sanctum,
uente se terra nec hominum istorum ardorem sustinente.
Do hoc fermentatum est totum. Tanta fermẽti vis est, vt quam- XI.
paruula sit massa, tria tamen Sata, id est, magnam farinæ
iam fermentare possit, iuxta Apostolum, *modicum fermen-* *1. Cor.5.6.*
tũ massam corrumpit. Apostoli enim, & primitiui Christia-
ti in minuto numero, nõ cessarunt tamen, antequam to-
conuertissent mundum. Neque Ecclesiastici tantum, sed
aici omnes omnẽ admouebant industriam, vt proximos
risto lucrifacerent. Sicut enim flamma quæ attigerit, cor-
t; ita inflammatos, igneosque deceret esse Christianos, ac
quauersum amorem Domini scintillare. Olim cum ignis
in Christianorum cordibus vehementer arderet, conuer-
int duces suas cohortes: vt S. Porphyrius ducentos suos *Metaphrast.*
os ad S. Catharinam adduxit. Tribuni suos centuriones ac *in vita B. Catharinæ.*
ites, ita S. Maur. totã legionem Thebæorum: Patresfami- *In actu S.*
suos domesticos, sic S. Sebastian. Chromatium Vrbis Præ- *Sebastiani tom. 1. Surij*
tum, Tranquillinum, Claudium, Nicostratum, alijq; plu- *die 20. Ian.*
qui cum familijs suis à S. Sebastiano cõuersi sunt. Senatus *In Martyr.*
s ciues: sic Palmatius cum socijs suis missi cum imperio *Roman. die 5. Nouemb.*
uiros, in persecutione Diocletiani ita animauit ciues vt à
tiouaro omnes trucidati sint 7. Octobris: quorum tantus
t numerus, vt inde dicti sint *Innumerabiles Martyres.* Refrixit
rimũ ille ignis in nobis, quib⁹ nulla cordi sunt animarum
ra. Ecclesiastici opulenta quærunt beneficia, vt commode
ant. Pastores magis inquirunt annuos prouentus, quã ani-
rum saluandarũ numerum. Seculares Principes, superio-
, & heri pecunias magis, quã animas computant. S. Gregor. *Tom. 6.*
ocesareensis Episcopus constitutus in extremis rogabat, *Gregor. die 17. Nouemb.*
ot in ciuitate adhuc superessent infideles? respondebatur
e septemdecim. *Deo gratias*, inquit, *totidem inueni in vrbe cum*

Iacob. 1. 17. sentit, vt habet Malachias Propheta, ac S. Iacobus. Atq; ideo quo quis magis vnitur Deo, eo quiescit tranquillius: Acciditque ipsi quod ait Sapiens. *Non cōtristabit iustum quidquid ei acciderit.* Nihil enim petit nisi quæ Deo placent, & quæ immittuntur ipsi, tanquā de manu Domini, suscipit: à quo nō aliter quam sicut dilectus à patre filius corripitur. Hæc animæ pax crescit *Imprimis* vsu Sacramentorum, maxime Cōfessionis, & Eucharistiæ, in qua omnis pacis auctor ad nos ingreditur; Spiritus S. per Cōfessionem; Christus ipse, sub Venerabili Sacramento; qui dona sua, pacemque suscipientib⁹ adfert, vt experiuntur illi, qui ea digne frequentant. *Secundo*, per bona opera, quæ animā magis pascunt, & reficiunt; quā vlli cibi, corporis membra. Ita dicebat Christus *meus cibus est, vt faciam voluntatē eius qui me misit.* Hinc tātis consolationibus abundabat S. Paulus, alijque qui ad subuentionē proximorū labores magnos subeunt. S. Franciscus Xauerius, qui in Iaponia primus Euangelium prædicauit, cum summis periculis ac difficultatibus, tanto nonnunquam intus perfundebatur gaudio vt clamaret, *Satis est Domine, satis est.* Nos miseri mundi cōmoda quærimus, consolationesque: atque ideo tantum ab animæ gaudijs absumus, vt qualia illa imo etiam an vlla sint ignoremus.

Prou. 12. 2.

Pacis augmentum.

I.

2.

Ioan. 4. 34.

2. Cor. 7. 4.

Horat. Tursellinus lib. 6. c. 5. vita eius.

VII.

Cur Christus varijs parabolis vsus.

Aliam parabolam locutus est eis. Christus omnis generis homines docere volens, varias eiusdem rei dabat similitudines; vt quilibet, quid vellet intelligeret. Priorem viris dederat serendo plurimum occupatis: alteram mulieribus dat, domi plurimum pinsendo distentis. Atque vt mulierculas (quæ seu dum illis boni aliquid dicitur fabulantur) excitet ad attentionem, apud S. Lucam hæc præmittit. *Cui regnum Dei simile æstimabo?* q. d. attendite, dabo pulchram similitudinem. Optime hæc cum præcedenti cōuenit parabola, vtraque enim de Ecclesia agit: differunt tamen in ijs, quæ per illas significantur. Prior enim multiplicationem proponit fidelium, qui toto diffusi orbe sunt: ac explicat nobis nomen *Catholici.* Id est, vniuersalis, quod omnia regna, nationes omnes, ac quælibet hominū genera cōplectitur. Atque hinc Viro semināti cōparatur: Viri enim est populū colligere ac cōtrahere exercitū. Hęc autē parabola magis innuere nobis videtur mutationem, quę in ipsis fit

Luc. 13. 20.

Differentia harum parabolarum.

Vincent. in princ. c. 3. aduersus hæreses.

ſit hominibus, quando ad Eccleſiam, aut Sacramenta admittuntur: atque ita, exponitur hic ly *Sanctam Eccleſiam*, videlicet quomodo ſancta ſit noſtra Eccleſia; non imputatione externa vt volunt hæretici, id eſt, vt Deus illam quaſi ſanctam habeat, & per merita Chriſti adſpiciat, quamuis reapſe peccatis ſordidiſſima ſit, ſicut per vitrum rubrum, alij etiam colores rubri apparent: ſed interna, & vera ſanctitate, ſicut farina verè per fermentum fermentatur, non imputatiuè ſolum. Et quia mulierum eſt ea coquere, ac ornare quæ mariti domum deferunt, ita inquit Chriſtus, quod mulier fermentum farinæ miſceat. Hoc enim quaſi fœmineum opus domi & intra parietes peragitur, virorum labor foris in agro eſt.

Simile eſt regnum cœlorum fermento. Fermentum tres habet conditiones, *prima* mala eſt; videlicet, quod corrumpat, ac iuxta hoc in malum à ſcriptura accipitur: v. g. cum dicit Apoſtolus *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*. Et deſignat peccatum, quod totum hominem corrumpit: aut vnum peccatorem, qui totam ſocietatem malo exemplo inficit. *Secunda* bona eſt, quod det pani aliquid ſubacidi ſaporis, ac propter illam præſenti in loco comparatur regno cœlorum. *Tertia*, quod augmentet, ac inflet: quod aliquando in vitio eſt, v. g. cum ex ſuperbia proficiſcitur, vnde dicebat Saluator *cauete à fermento Phariſæorum*. Id eſt, ab eorum doctrina quæ inflat, ac ad tumorem impellit: aliquando in virtute; cum per eruditionem accedit incrementum ſapientiæ, cæteriſque virtutibus. In hac parabola *fermentum*, in bonam partem interpretãdum eſt ob mutationẽ quã in farina facit: atque ita iuxta diuerſas Doctorum ſententias tria ſignificare poteſt. *Primo*, quidem ex ſententia Chryſoſtomi primos Chriſtianos, ac Sanctos Apoſtolos: qui orbem immutarunt vniuerſum, vt videre eſt. Vita eorum auſtera erat, ac ſubacida inſtar fermenti, ob pœnitẽtiæ labores, mortificationes, ac paſſiones: dabat nihilominus ſaporẽ rebus: per ea enim act⁹ noſtri ſapiunt Deo, ac hominibus. *Secundo*, ex ſentẽtia Hieronymi, doctrinã Chriſtianam: ea enim quæ per fidẽ accipitur doctrina, totũ hominem penitus alterat. Ex impuris, inuidis, iracundis, blaſphemis, ſuperbis, ac iuratis Dei inimicis, qui paſſionum flatibus ad dia-

VIII. Fermenti cõditiones.
I. Bona eſt. *1. Cor. 5. 6.*
2. Mala.
3. Indifferẽs. *Matth. 15. 6.*
Fermentũ quomodo hic accipiendum. Tria ſignificat.
I. *Chryſ. hom. 47. in Matth.*
2. *Hieron. Com. in Matth.*

ad diaboli nutum agebantur; pudicos, mansuetos, benignos, similesque Dei filios constituit; per interiorem gratiam qua iuuantur, vt ex tantum quæ Domino placita sunt cupiant. In principio quidē hoc aceris habet aliquid, at postea dulcescit.

Apoc. 10. 9. Ezech. 3. 3. S. Ioannes, & Ezechiel ab Angelo librum acceperunt deuorandum qui in ore erat *quasi mel dulcis*; sed amaricari fecit ventrem B. Ioannis; quia Christi doctrina auditui grata, concoctioni autem, & in mores proprios transformationi laboriosa, ac grauis est, maximè ijs qui illuc vsque carnalia sectati

Nissen. serm. de Euch. Cyrill. lib. 4. in Ioan. c. 17. sunt desideria. *Tertio*, ex S. Greg. Nysseni, & Cyrilli Alexandrini sententia, Venerabile Sacramentum Eucharistiæ: quæ non minus hominem, quam fermentum farinam alterat. Et quamuis suauissimus, ac Angelicus plane sit cibus, habet tamen suam etiam acrimoniam: tum, quia passiones malas decoquit, non sine aliquo nostro dolore: tum, quia multa ha-

Ioan. 6. 61. Eucharistię dura. bet captu difficilia, de quibus discipuli, *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire*. Iubemur credere. *Primo*, Non esse ibi pa-

1. nem, sed solum Christi corpus cum ossibus neruis, sanguine, humoribus, omnibusque membris, ac totum perfectumque hominem: cum tamen nihil tale videatur; sed oculi, nares,

2. palatum, contactus, omnia panem esse iudicent. *Secundo*, Quod sub tam parua hostia plenæ statura vir lateat, qui tātil-

3. lo loco videtur contineri non posse. *Tertio*, quod idem illud corpus in cœlo, ac plurimis alijs terræ locis simul præsens sit: cum ratio dictare videatur vnum corpus vno tātum loco es-

4. se posse. *Quarto*, quod Corpus Domini, cum species franguntur, integrum indiuisumque maneat; sub qualibet particula. Omnia hæc aliaque plura firma nobis fide tenenda sunt, etiamsi sensibus, intellectui, ac experimentis aduersari videantur. Notandum tamen, nullos qui ad fidem primum conuertuntur, in credendis illis facere difficultatem; sed facile, firmiterque credunt ac cum reuerentia suscipiunt, vt primi

Act. 2. 46. Christiani qui communicare solent quotidie, & maiores nostri; qui hunc cum reliquis Articulum susceperunt: & nouiter conuersi in Iaponia, China, alijsque ignotis regionibus. Cogitant enim opus maximæ, esse potentiæ, Deum autem omnipotentem, cui non est impossibile omne verbum. & maxime

ıaxime charitatis Christi in Sponsam suam argumentum, uod ei se in cibum dederit, vt ita corporaliter ipsi vniretur. Qui de his dubitant, vetusti sunt Christiani, in quibus cum :frixerit charitas, vacillat & fides, eamque vt deliri senes aulatim, deserunt. Similes sunt malis Monachis, qui pio uodam feruore cucullum arripiunt, at quia veterem Adam cuere nolunt, mutato animo, cucullum iterum exuunt ac ansfugiunt. Ita plane & hæretici agunt: dum enim ab Ecesia bene instituti sunt, ac mores corrigere nolunt, Matrem : Magistram suam turpiter deserunt.

Quod acceptum mulier. Christus in duabus hisce parabolis IX.
:llè viri, ac mulieris seruat proprietates. Virorum enim est ıris: mulierum intus rem curare, ac raro in plateis conspici. a Betsabee mater Salomonis egit; de qua scriptum: *Conside-* *Prou.31.27.*
uit semitas domus suæ & panem otiosa non comedit. Id est, inspexit dulo domesticorũ opera, ac bono ad omnia præibat exemo. Idem & Christianas mulieres monet Apostolus, *vt do-* *Tit.2.5.*
us curam habeant: & potissimum occupandis ancillis, sicut ariti famulis, intendant, iuxta illud Dauidis: *Oculi seruorum* *Psal.122.2.*
manibus dominorum suorum, & oculi ancillæ in manibus Dominæ :. Cùm ita administratur familia, omnia fiunt debitè, ac denter: maritus cum seruis laborans, ac victum quærens, ılier cum ancillis quæsitum apparans, ac domum compons, vt necessaria ac requiem reuertens maritus inueniat.
ysticè *primo*, per mulierem hanc æterna Patris significatur *Mulier quid.*
ɔientia; Christus scil. qui à cœlesti Patre sanctos suos accerat Apostolos, vt ipse dicebat. *Tui erãt & tu mihi eos dedisti*; ac 1. *Ioan.17.6.*
.sit eos in mundum vniuersum, vt eum diuinis præceptis, Baptismatis Sacramento fermentarent. Dicens. *Euntes in* *Marc.16.15.*
ndum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ baptizantes *Matth.28.19.*
in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Secundò*, Christiani 2.
ɔctores: qui doctrinam Christi à Christo, & Ecclesia acciınt, & tradunt alijs. Non enim sua possunt prædicare som-., vt faciunt hæretici, sed quod in Ecclesia à Patribus acceunt. Sicut & S. Paulus se tradidisse ait *quod acceperat. Tertiò,* *1.Cor.11.3.*
usque anima; quæ ex ore Doctorum diuinã accipit doctri- 3.
n, vt omnes facultates, potentiasque suas immutet, eandem

4. dem meditando ac ruminando. *Quarto*, Ecclesia sancta; quæ dogmata sua, ac Sacramenta à sponso suo Christo accepit, & maxime Venerabile Sacramentum Eucharistiæ, de quo dicebat Apostolus: *Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis*. Ne dubitemus credere, ac manu ipsorũ suscipere: Christus enim nec falsa docebit, nec noxia donabit. Primum hoc dedit in Cœna nouissima, cum Apostolos suos, Sacerdotes consecrauit dans eis potestatẽ idem in sacrificio Missæ conficiendi. Dat etiam adhuc quotidie; ipse enim Sacerdotis ore cõsecrat, ac manib⁹ porrigit: *Nõ sunt* (inquit S. Chrysost.) *humanæ virtutis opera proposita: qui tunc ipsa fecit in illa Cœna, idem ea nunc quoq; facit. Nos ministrorũ tenemus locum, qui vero sanctificat illa, & immutat, ipse Deus est*. Disce hinc doctrinam, & Sacramenta Ecclesiæ venerari: ac ea non tanquam ab hominibus, sed à Deo reuerenter suscipere. Quod quia negligis, paruus ex Concionibus ad te redit fructus, & parum dignè Sacramenta participas.

Vbi sup.

Hom. 60. ad pop. Antioch. circa princ.

X. *Abscondit in farinæ satis tribus*. Tria de hac dicuntur muliere. *Primum*, quod fermentum absconderit. Ecclesia enim *imprimis*, tribus initij sui sęculis sub gentilibus abscondita fuit; cum vbique Christiani peterentur ad necem: nec tamen ideo illa ab opere ac gẽtilium supersedit conuersione. Quamuis enim Christiani persecutoribus suis essent ignoti, sibi tamen mutuo erant agniti, & qui venire cupiebat ad fidem, illos nõ grauiter inueniebat. Non erat inuisibilis, vt de pecusculo suo aiunt hæretici, quia videlicet neminem hæresiarcha suo inueniunt antiquiorem, qui per omnia secum senserit. Semper nostra visibilis fuit Ecclesia, semper Episcopos, Doctores, capitaque sua habuit, quorum multi cum deprehenderẽtur, fidem sanguine, ac martyrio confirmarunt; vt & simplicium Christianorum innumerabiles, qui fidem suam publice profitebantur, ac si qui volebant ab infidelitate cõuerti, illos adducebant ad Ecclesiæ superiores. *Secundo*, abscondenda est in corde, Christi doctrina, se vis vt fructum in te faciat. Quare cum Dei verbum audis, ne hæreat in auribus, ne statim euanescat, nec in memoria solum; ibi enim ab alijs conculcabitur cogitationibus: nec in petroso corde, ibi enim radices agere non potest: nec in lingua tantum, inde enim euomitur: sed

Mulier tria agit.

1. Ecclesia abscondita.

Nõ tamen inuisibilis.

2. Doctrina Christi vbi abscõdẽda.

cor

r tuum aperi, atque illic abſconde, ne ibi otioſum ſit, ſed
icacia ſua operetur. *Tertio,* Venerabile Sacramentum Eu- 3.
ariſtiæ ad hunc modum in corde abſcondes. Cum ſuſcepe- Euchariſtia abſcondenda.
illud *primo,* ſenſus tuos claude, maxime aures, atque ocu-
;, ne quidquã illac ingrediatur quod ſponſo tuo moleſtum 1.
ipſumque expellat. *Deinde,* os tuum claude ne deuotionis 2.
ritus euaporet, admodũ enim ſubtilis eſt. Et quemadmo- Sap. 7. 22.
m quę arte aduruntur aquæ, aut vinum, arctiſſime obtura-
ne vapores, quos *vini ſpiritum* appellant, exhalent: ita, citra
ceſſitatem, poſt ſuſceptam Euchariſtiam oris clauſtra reſe-
da non ſunt. Recipies itaque te ad ſolitudinẽ, & cũ Spon- Cant. 3. 4.
Sponſum introduces in cubiculũ cordis tui, atq; iſtic ab
doceberis. Cum locuturus eſſet cũ Domino Moyſes, in Exod. 24. 15.
ntẽ aſcendit excelſum, vt populi declinaret ſtrepitum, &
auit in nubem, vt quæ infra erant nõ videret. Et tu fac ſi-
iter fuge diſtractionũ occaſiones, vt trãquillius in ſecreto
Domino loquaris, ipſum audias, atque intelligas. Cùm
nceps aliquis ad te ingreditur, à quo ſubſidia ſperas, & cũ
de grauibus agere cogitaſti negotijs, ſecedis cum illo, nec
te impediat admittis aliquem. Ita etiam cũ Chriſto age,
ta cum eo de ſalute tua, periculis, debitis, peccatis, pau-
ate, ac neceſſitatibus. gratias illi age pro vniuerſis benefi-
uis, & ex toto corde flagita auxilia, nõ vt fere fit ſolo ore
catis ex libello preculis; ſed ex toto cordis affectu, & ar-
tibus deſiderijs. Hoc faciens, fructũ de communione ca-
ineffabilem, ac magnã ſenties charitatem; cum iam ſæpe
è tepidus à templo abeas, atque acceſſeras.

lterum, quod abſcondat fermentũ farinâ, non tritico. Ne- Fermentũ farina conditur.
enim vtiliter fermentatur per Apoſtolos, Chriſti doctri-
, aut Euchariſtiæ Sacramentum; niſi primum redactus in Epiſt. 12. ad Rom. & Sur. tom. 1. die 1. Februar.
am: Vnde S. Ignatius, *frumentum Chriſti ſum dentibus beſtia-*
nolor vt panis mundus inueniar. Farinæ quatuor inſunt. *Pri-*
ndor. *Secundo,* mollities. *Tertio,* figuram recipit vaſis in Farinæ cõditiones.
l infunditur. *Quarto,* albedinem ſuam adflat tractãtibus 4.
ribus, molitoribus. Qui Dei verbo ac maxime SS. Eu- Applicatio.
ſtiæ Sacramento intus alterari volunt hæc quatuor ſecũ
re debent. *Primo,* vt cãdidi ſint, id eſt, mundati à peccatis. 1.

Secundo,

2. *Secundo*, vt mites ſint; non duri, rigidi, concitatique aliqua animi perturbatione. Vt enim S. docet Bernardus non eſt ad menſam Domini commoto veniendũ animo: ac animi turbatio fructum etiam verbi diuini impedit. *Tertio*, vt totos ſe diuinæ reſignauerint voluntati. Quo enim ea perfectior eſt reſignatio, eo & fructus ſubſequens eſt copioſior. *Quarto*, vt pro viribus proximos ædificent; non leues, non vani, nõ moroſi. Multis enim omnia videntur tranſuerſa, cum aliquam ſenſiſſe videntur deuotionem. Hæc optime per Sacramentum Confeſſionis acquiruntur; quod Communionem præcedere debet, ac veluti Sacriſtia quædam eſt vbi ſe veſtit, ornat, ac ad Altare præparat ſacrificaturus. Illic enim *inprimis* remittuntur peccata; & qui attritus accedit, fit ex attrito contritus: imo non raro fit, vt qui ſine emẽdationis propoſito ad ſacerdotem acceſſerat, optime diſpoſitus, ac proponens firmiſſime emendationem recedat: tum per Confeſſarij monita, qui apertam videt confitentis conſcientiam, ac illi *ad cor* loquitur vt ait Propheta: tum, quia in Confeſſione Spiritus ſanctus operatur, & verbis ſacerdotis dat efficaciam. Cum ex ſuperbia quadam populi ſui numerum iniri vellet Dauid, fruſtra Ioab eum monebat; cum autem peccati illius argueret eum Gad Propheta, agnouit, ac deplorauit delictum ſuum, quia Deus per os Prophetæ, ſicut iam per ora ſacerdotum loquebatur.

2. *Secundo*, In Confeſſione paſſionum fluctus componuntur. Quare ſi in te inuidiæ, iræ, luxuriæ paſſiones ſentias, quæ Communioni te videantur facere inhabilem, noli ſaltem eorum differre confeſſionem, vt plurimum enim mali motus aut à diabolo, aut à proprio oriuntur peccato. Ideo quando peccatum aufertur, & Confeſſione diabolus fugatur, ceſſat ſæpe tentatio, & animus tranquillatur; ſicut fugiunt ad conſpectum ſolis veſpertitiones. Cum ſacerdotes Arcam portantes ad Iordanis aquas veniſſent; ſubſtiterunt aquæ ſuperiores, ac inferiores defluxerunt, vt tranſitum darent populo. Ita quando verbis in Confeſſione te tangit ſacerdos, fugiunt paſſiones, ac dant Chriſto aduentanti locum.

3. *Tertio*, in Confeſſionis Sacramento magna à Deo donatur gratia, quæ charitatem auget, & hominem ad ſui plenam reſignationem

Marginal notes: *Bern. lib. de præcep. & diſpenſat.* — 3. — 4. — Confeſſionis fructus. I. — *Oſee 2.14.* — *2. Reg. 24.3.* — *Ibidem 13.* — Typus. *Ioſue 3.16.*

em promouet, vt nihil præter Dei voluntatem scire, ac per-
cere desideret. *Quarto*, Sacerdotis exhortationibus, & in-
ructionibus in Confessione discis, quomodo imposterum
itam instituas, vt verbis ac exemplo proximos iuues, & per-
ucas ad Dominum.

Tertium est: Quod fermentum ascondatur tribus farinæ mensuris, quas Syri *Sata* appellant; & tria conficiunt vnum Ephi. Ita vt fermentum asconditum sit vno Ephi farinæ, quæ magna fuit mensura; attamen vno fermentari solet à mulieribus fermento. Potuisset Christus vno verbo dixisse abscondit fermentum Ephi farinæ, sed *tria Sata* loco *Ephi* dicere voluit; sicut nos viginti asses pro floreno, & triginta pro dalero dicimus. Ratio eius fuit partim, quia Abraham Saræ vxori suæ mandabat, tria Sata similæ commiscere, quæ figura fuit huius mixturæ. Partim, vt significaret partes illas quæ fermento spirituali siue doctrinæ Christi, siue Ecclesiæ, siue Venerabilis Sacramenti fermentantur. Per tria enim *Sata*. *Primo*, tres orbis partes; Asiam, Africam, Europam intelligit Hilarius, secundũ tres filios Noe Sem, Cham, & Iaphet. In quib⁹ regnis primum abscondita fuit Ecclesia; cum Apostoli per mundũ vniuersum Euangelizarent, ac fidem dilatarent. *Secundo*, tres hominis potentiæ sunt; rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Doctrina enim Christi facit vt ratio non erret, comprimit concupiscentiam, ac iram, vt nihil à nobis contra rectæ rationis dictamen admittatur. *Tertio*, Aduertit S. Hieronymus, significari hic posse tres hominis partes; spiritum videlicet, animam, & corpus: de quib⁹ Apostolus *vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur*. Qui enim frequenter digne corpori Domini communicant, magnam in tribus his partibus mutationem sentiunt.

Tertia fermenti conditio.
Sata quid.
Cur dixerit Christus tria Sata.
Gen. 18. 6.
Sata tria quid.
1.
Hilar. in Matth.
2.
3.
Hieron. in Matth.
1. Thess. 5. 23.

Quantum enim ad corpus, & corporalia, quæ *primũ Satum* faciunt illud suscipit, ex Venerabili Sacramento hęc quinque commoda. *Primo*, homo in meliori viuit sanitate: tum, ob internam cordis lætitiam, de qua Sapiens: *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa*: tum, quia magis cauet ab omni excessu, qui lædere solet valetudinem. Quare

Eucharistiæ fructus in corpore.
1.
Prou. 17. 22.

cum ad conuiuia, nuptias, aliaque vocaris loca, vbi excessum times; noli ideo communionem omittere, quin ideo tanto accede lubentius, vt maiorem habeas ratione frugalius, parciusque agedi. Venerabile enim Sacramentum præseruatiua quædã medicina est, quæ præmunire solet aduersus infectionem aëris. Sumptuosa prandia, pestilentissimæ auræ sunt; aduersus quas præparandus antidoto hoc est animus. Christus enim qui in te est, suggeret tibi cõsilia ac robur, vt omnia mala declines. Hæc corporalis sanitas figuratur per sanitatem filiorum Israel; quibus in eremo nunquam doluit caput, totis quadraginta annis, quibus panẽ cœli manducabant. *Secundo*, Corporalis etiam sanitas aliquando hoc Sacramento præstatur; sicut de S. Agapito Papa B. Gregorius testatur, quod cum porrexisset claudo ac surdo corpus Domini, confestim subsecuta sit sanitas. Non enim minoris in Sacramento, quã in terris agẽs est efficacię, vbi attactu omnes morbos curauit. *Tertio*, Eucharistia corporalis etiã cibus est sicut dixit Christus, *Caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.* Quod inde constat clarè, quia plurimi sancti sola Eucharistiæ sumptione multo tẽpore victitarunt, non gustatis cibis alijs vt S. Catharina Senensis, Maria de Ognies, Liduida, alijque plures. Non quod Corpus Christi in hominũ substantiam conuertatur; sicut alij solent cibi: sed quia post specierum corruptionẽ, panis & vini maneat nutritiua qualitas, quæ hominẽ reficit; ac alit non secus ac si verum panem ac vinum sumpsisset: hoc tamẽ discrimine, quod Eucharistia, cum sit alimentum viuum, vt aiebat Christus, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, nobis viuas suas qualitates communicat. Sicut enim ex corporali cibo corporeæ induuntur qualitates; calor, frigus, humor, siccitas, prout cibus fuerit, quo nutrimur: ita & viuus hic cibus, viuas nobis infundit qualitates proprietatesque Christi; humilitatem, mansuetudinem, castitatem, misericordiam, &c. aptans corpus nostrum ad seruitia diuina. *Quarto*, suscipiunt corpora nostra virtutem resurgendi nouissimo die, vt dixit Christus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Impossibile enim est (inquit Cyrillus) vt in morte maneat & non resurgat corpus

Margin notes: Typus. — 2. — Gregor. lib. 3. dial. cap. 3. — 3. — Ioan. 6. 56. — Ioan. 6. 51. — 4. — Ioan. 6. 55. — Cyrill. l. 10. in Ioan. cap. 13.

hominis quod Christi carne pastum est. S. Gregorius de odã refert cuius cadauer eijciebatur semper sepulchro: cui n ex mandato S. Benedicti corpus Domini fuisset imposi-n, conquieuit: vt ita etiam in mortua corpora huius Sacramenti potestas pateret. *Quinto*, ex hoc Sacramento maxi-im corpora nostra trahunt dignitatẽ: qui enim illud susci-ınt (inquit Cyrill. Ierosolymitanus) *Christophori* fiunt, id est, ortitores Christi, quia ipsum intra se portant. Hinc S. Maria : Ognies vidit Sacerdotes digne sumentes, clarissima intus ce perfusos: vt Cardinalis Iacob. de Vitriaco scribit. Atque eo Christiani per Sacramentũ hoc dæmonibus valde sunt ormidabiles, vtpote induti Regẽ gloriæ (inquit Chrysosto-ıus) ad quem inimici Dei appropinquare non possunt.

Greg. 2. dial. cap. 42.

5.

Cyr. Catech. 5. mystagogi.

Lib. 2. vitæ eius c. 4. to 3. Surij die 23. Iunij.

Chrys. hom. 61. ad populum.

Alterum Satum anima est; qua viuimus, sentimus, ac moue-ıur: complectens omnes interiores, & exteriores sensus, cũ orporeis passionibus, ac inclinationibus: In illã etiã magna per Eucharistiam inducitur mutatio. Nam *primo*, quidem nõ jsdem iam rebus, quibus solent, externi delectantur sensus: oculi non intendunt in speciem mulierum, aures nõ arrigun-tur ad detractiones, & scurrilitates: atque sic de cæteris adeo vt ad omnem mundi ornatũ nauseent: sicut de se ait Aposto-lus, quod omnia arbitratus sit *vt stercora*, ac detriméta vt Christum lucrifaceret. *Secundo*, interni sensus suas etiã mutant conceptiones: minus distrahuntur, minus impugnãtur, minus fatigantur: magis se Deo quã sæculo recreant. *Tertio*, malæ ad superbiam, auaritiam, gulam. &c. inclinationes multũ minuuntur vt S. Bernardus de fratrib⁹ suis dicebat, quos summopere hac ratione videbat cõmutatos, ac ex hominib⁹ effectos Angelos. Verum quidem est, hanc mutationem à pijs nõ semper sentiri, ac nõ cessare eorum querelas, sæpe de indeuotione ac distractionibus: nõ tamẽ ideo minus proficiunt, quia nõ sentiunt, sicut nec corpora nostra crescere sentimus. Bonũ profectus indicium est, ꝙ peccata sua videat homo, eaque digne æstimet, & distractionibus alijsq; defectibus suis torqueatur.

Secundum Satum.

Eucharistiæ effectus in anima.

1.

Philip. 3. 8.

2.

3.

Bern. serm. in cœna Domini.

Tertium Satum, Spiritus est, id est, hominis anima, quæ intellectum, voluntatem, & memoriam continet. Impossibile esse dicit S. Chrysostomus, illam perire animam quæ in exitu suo

Tertium Satum.

Lib. 6. de Sacerdotio.

m Caiphæ recta deduxerit, ne per Corporis Domini effi-
iam, & maxime per pulcherrimũ illum sermonem, quem
discipulos tunc Dominus habuit, conuerteretur. Primi *Actor. 2. 44.*
ristiani qui quotidie commũnicabant, tanto ardebant ze-
vt sua pauperibus, se tormẽtis libenter superimpenderent.
hoc feruore ipsorum incalescebant preces, ac Deo fiebant *Actor. 4. 31.*
ıtiores; adeo vt orantibus immitteret Spiritum sanctum,
ouente se terra nec hominum istorum ardorem sustinente.

XI.

Donec fermentatum est totum. Tanta fermẽti vis est, vt quam-
s paruula sit massa, tria tamen Sata, id est, magnam farinæ
piam fermentare possit, iuxta Apostolum, *modicum fermen-* *1. Cor. 5. 6.*
totã massam corrumpit. Apostoli enim, & primitiui Christia-
i, etsi in minuto numero, nõ cessarunt tamen, antequam to-
ım conuertissent mundum. Neque Ecclesiastici tantum, sed
Laici omnes omnẽ admouebant industriam, vt proximos
Christo lucrifacerent. Sicut enim flamma quæ attigerit, cor-
ipit; ita inflammatos, igneosque deceret esse Christianos, ac
quaquauersum amorem Domini scintillare. Olim cum ignis
ille in Christianorum cordibus vehementer arderet, conuer-
terunt duces suas cohortes: vt S. Porphyrius ducentos suos
quos ad S. Catharinam adduxit. Tribuni suos centuriones ac
milites, ita S. Maur. totã legionem Thebæorum: Patresfami-
lias suos domesticos, sic S. Sebastian. Chromatium Vrbis Præ-
fectum, Tranquillinum, Claudium, Nicostratum, aliiq; plu-
res qui cum familijs suis à S. Sebastiano cõuersi sunt. Senatus
suos ciues: sic Palmatius cum socijs suis missi cum imperio
Treuiros, in persecutione Diocletiani ita animauit ciues vt à
Rictiouaro omnes trucidati sint 7. Octobris: quorum tantus
erat numerus, vt inde dicti sint *Innumerabiles Martyres.* Refrixit
plurimũ ille ignis in nobis, quib⁹ nulla cordi sunt animarum
lucra. Ecclesiastici opulenta quærunt beneficia, vt commode
viuant. Pastores magis inquirunt annuos prouentus, quã ani-
marum saluandarũ numerum. Seculares Principes, superio-
res, & heri pecunias magis, quã animas computant. S. Gregor.
Neocesareensis Episcopus constitutus in extremis rogabat,
quot in ciuitate adhuc superessent infideles? respondebatur
esse septemdecim. *Deo gratias,* inquit, *totidem inueni in vrbe cum*

Metaphrast. in vita B. Catharinæ. In actu S. Sebastiani tom. 1. Surij die 20. Ian. In Martyr. Roman. die 5. Nouemb.

Tom. 6. Gregor. die 17. Nouemb.

Corpus Domini dignè susceperit, quia de corpore Domini facta est diuina, & Dei virtute omnes penetrat cuneos diabolorum, qui ipsius iter impedire student. Intellectus autem accipit hæc tria. *Primo,* Illustratur vt clarius videat, intelligat, gustetque diuina dogmata: tales enim non credunt tantum, sed & sentiunt, per gratiam Spiritus sancti, qui in illis diuinã quãdam creat sapientiam, ac cognitionem. Hoc figuratur in duobus Discipulis abeuntib⁹ in Emaus, qui postquã panem, id est, Eucharistiam sumpserunt, apertis oculis agnouerunt Christum. *Secundo,* intellectus melius discernit, ac ponderat peccata, sicut sanus oculus facilius terræ puluisculos, quã lippus magna cõspicit. Hinc nihil mirum, quod pij semper peccata sua lamententur, quia melius nobilitatẽ inspiciunt animæ, ac parua peccata pluris faciunt, sicut matrona leuem maculam, in pulchra Syndone. *Tertio,* Intellectus ad diuina contemplanda redditur aptior, ac habilior: sicut Eliæ magna à Deo reuelata sunt, postquam in eremo panem manducauit.

Eucharistiæ effectus in anima rationali.
1.
Luc. 24. 31.
2.
3.
3. Reg. 19. 10.

Memoria etiam hoc Sacramento iuuatur. *Imprimis* peccatorum recordatio, non eorum tantũ quæ quotidie obrepunt, sed illorum etiam, quæ in adolescentia admissa sunt: quemadmodum aquila, quæ (vt inquit Physiologus) cum senuit ac propter rostri excrescentis aduncitatem cibum capere non potest, nec deficiente visu vltra videre, dat se præcipitem in Saxum, ac frangit rostrum, ac postea oculos lauat, clarumque videt, & iuuentutis suæ vires recipit; iuxta illud Dauidis *renouabitur vt aquila iuuentus tua.* Lapis iste Christus est, qui in Sacramento SS. appetitum acuit, & visum roborat. *Secundo,* iuuatur memoria vt fideliter quæ in concionibus audit, ac diuina retineat; detractiones, & vitia aliena obliuiscatur. Ita vides bonos, ac pios, pia, ac bona retinere felicius, malos autem fabulas, turpes cantiones, ac alienos næuos.

Effectus in memoria.
1.
Aquilæ industria.
Psal. 102. 5.
2.

Voluntas quæ frigida primum erat hoc Sacramento accenditur, in amorem Dei. Hinc in cœna vltima ita ardebant Apostoli cum primũ sacramentaliter Christum suscepissent, vt omnes se neci, & cum Christo in mortem offerrent. S. Cyrillus ait quod diabolus Iudam cõtinuo ex cænæ loco ad domum

Effectus in voluntate.
Cyrill. l. 9. in Ioan. cap. 19.

mum Caiphæ recta deduxerit, ne per Corporis Domini efficaciam, & maxime per pulcherrimũ illum sermonem, quem ad discipulos tunc Dominus habuit, conuerteretur. Primi Christiani qui quotidie communicabant, tanto ardebant zelo, vt sua pauperibus, se tormẽtis libenter superimpenderent. Ex hoc feruore ipsorum incalescebant preces, ac Deo fiebant gratiores; adeo vt orantibus immitteret Spiritum sanctum, mouente se terra nec hominum istorum ardorem sustinente. *Actor. 2. 44.* *Actor. 4. 31.*

XI.

Donec fermentatum est totum. Tanta fermẽti vis est, vt quamuis paruula sit massa, tria tamen Sata, id est, magnam farinæ copiam fermentare possit, iuxta Apostolum, *modicum fermentũ totã massam corrumpit.* Apostoli enim, & primitiui Christiani, etsi in minuto numero, nõ cessarunt tamen, antequam totum conuertissent mundum. Neque Ecclesiastici tantum, sed & Laici omnes omnẽ admouebant industriam, vt proximos Christo lucrifacerent. Sicut enim flamma quæ attigerit, corripit; ita inflammatos, igneosque deceret esse Christianos, ac quaquauersum amorem Domini scintillare. Olim cum ignis ille in Christianorum cordibus vehementer arderet, conuerterunt duces suas cohortes: vt S. Porphyrius ducentos suos quos ad S. Catharinam adduxit. Tribuni suos centuriones ac milites, ita S. Maur. totã legionem Thebæorum: Patresfamilias suos domesticos, sic S. Sebastian. Chromatium Vrbis Præfectum, Tranquillinum, Claudium, Nicostratum, aliiq; plures qui cum familijs suis à S. Sebastiano cõuersi sunt. Senatus suos ciues: sic Palmatius cum socijs suis missi cum imperio Treuiros, in persecutione Diocletiani ita animauit ciues vt à Rictiouaro omnes trucidati sint 7. Octobris: quorum tantus erat numerus, vt inde dicti sint *Innumerabiles Martyres.* Refrixit plurimũ ille ignis in nobis, quib⁹ nulla cordi sunt animarum lucra. Ecclesiastici opulenta quærunt beneficia, vt commode viuant. Pastores magis inquirunt annuos prouentus, quã animarum saluandarũ numerum. Seculares Principes, superiores, & heri pecunias magis, quã animas computant. S. Gregor. Neocesareensis Episcopus constitutus in extremis rogabat, quot in ciuitate adhuc superessent infideles? respondebatur esse septemdecim. *Deo gratias*, inquit, *totidem inueni in vrbe cum*

1. Cor. 5. 6.

Metaphrast. in vita B. Catharinæ. *In actu S. Sebastiani tom. 1. Surij die 20. Ian.* *In Martyr. Roman. die 5. Nouemb.*

Tom. 6. Gregor. die 17. Nouemb.

4. dem meditando ac ruminando. *Quarto*, Ecclesia sancta; quæ dogmata sua, ac Sacramenta à sponso suo Christo accepit, & maxime Venerabile Sacramentum Eucharistiæ, de quo dicebat Apostolus: *Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis.* Ne dubitemus credere, ac manu ipsorũ suscipere: Christus enim nec falsa docebit, nec noxia donabit. Primum hoc dedit in Cœna nouissima, cum Apostolos suos, Sacerdotes consecrauit dans eis potestatẽ idem in sacrificio Missæ conficiendi. Dat etiam adhuc quotidie; ipse enim Sacerdotis ore cõsecrat, ac manibꝰ porrigit: *Nõ sunt* (inquit S. Chrysost.) *humanæ virtutis opera proposita: qui tunc ipsa fecit in illa Cœna, idem ea nunc quoq; facit. Nos ministrorũ tenemus locum, qui vero sanctificat illa, & immutat, ipse Deus est.* Disce hinc doctrinam, & Sacramenta Ecclesiæ venerari: ac ea non tanquam ab hominibus, sed à Deo reuerenter suscipere. Quod quia negligis, paruus ex Concionibus ad te redit fructus, & parum dignè Sacramenta participas.

Vbi sup.

Hom. 60. ad pop. Antioch. circa princ.

X. *Abscondit in farinæ satis tribus.* Tria de hac dicuntur muliere. *Primum*, quod fermentum absconderit. Ecclesia enim *imprimis*, tribus initij sui seculis sub gentilibus abscondita fuit; cum vbique Christiani peterentur ad necem: nec tamen ideo illa ab opere ac gẽtilium supersedit conuersione. Quamuis enim Christiani persecutoribus suis essent ignoti, sibi tamen mutuo erant agniti, & qui venire cupiebat ad fidem, illos nõ grauiter inueniebat. Non erat inuisibilis, vt de peculsculo suo aiunt hæretici, quia videlicet neminem hæresiarcha suo inueniunt antiquiorem, qui per omnia secum senserit. Semper nostra visibilis fuit Ecclesia, semper Episcopos, Doctores, capitaque sua habuit, quorum multi cum deprehenderẽtur, fidem sanguine, ac martyrio confirmarunt; vt & simplicium Christianorum innumerabiles, qui fidem suam publice profitebantur, ac si qui volebant ab infidelitate cõuerti, illos adducebant ad Ecclesiæ superiores. *Secundo*, abscondenda est in corde, Christi doctrina, se vis vt fructum in te faciat. Quare cum Dei verbum audis, ne hæreat in auribus, ne statim euanescat, nec in memoria solum; ibi enim ab alijs conculcabitur cogitationibus; nec in petroso corde, ibi enim radices agere non potest; nec in lingua tantum, inde enim euomitur; sed

Mulier tria agit.

1. Ecclesia abscondita.

Nõ tamen inuisibilis.

2. Doctrina Christi vbi abscõdẽda.

cor

cor tuum aperi, atque illic absconde, ne ibi otiosum sit, sed efficacia sua operetur. *Tertio,* Venerabile Sacramentum Eucharistiæ ad hunc modum in corde abscondes. Cum susceperis illud *primo,* sensus tuos claude, maxime aures, atque oculos, ne quidquã illac ingrediatur quod sponso tuo molestum sit, ipsumque expellat. *Deinde,* os tuum claude ne deuotionis spiritus euaporet, admodũ enim subtilis est. Et quemadmodum quę arte aduruntur aquæ, aut vinum, arctissime obturatur ne vapores, quos *vini spiritum* appellant, exhalent: ita, citra necessitatem, post susceptam Eucharistiam oris claustra reseranda non sunt. Recipies itaque te ad solitudinẽ, & cũ Sponsa, Sponsum introduces in cubiculũ cordis tui, atq; istic ab ipso doceberis. Cum locuturus esset cũ Domino Moyses, in montẽ ascendit excelsum, vt populi declinaret strepitum, & intrauit in nubem, vt quæ infra erant nõ videret. Et tu fac similiter fuge distractionũ occasiones, vt trãquillius in secreto tuo Domino loquaris, ipsum audias, atque intelligas. Cùm Princeps aliquis ad te ingreditur, à quo subsidia speras, & cũ quo de grauibus agere cogitasti negotijs, secedis cum illo, nec qui te impediat admittis aliquem. Ita etiam cũ Christo age, tracta cum eo de salute tua, periculis, debitis, peccatis, paupertate, ac necessitatibus. gratias illi age pro vniuersis beneficijs suis, & ex toto corde flagita auxilia, nõ vt fere fit solo ore recitatis ex libello preculis; sed ex toto cordis affectu, & ardentibus desiderijs. Hoc faciens, fructũ de communione capies ineffabilem, ac magnã senties charitatem; cum iam sæpe æquè tepidus à templo abeas, atque accesseras.

3. Eucharistia abscondenda. 1. 2. Sap. 7. 22. Cant. 3. 4. Exod. 24. 15.

Alterum, quod abscondat fermentũ farinâ, non tritico. Nemo enim vtiliter fermentatur per Apostolos, Christi doctrinam, aut Eucharistiæ Sacramentum; nisi primum redactus in farinam: Vnde S. Ignatius, *frumentum Christi sum dentibus bestiarum molor vt panis mundus inueniar.* Farinæ quatuor insunt. *Primo,* candor. *Secundo,* mollities. *Tertio,* figuram recipit vasis in quod infunditur. *Quarto,* albedinem suam adflat tractãtibus pistoribus, molitoribus. Qui Dei verbo ac maxime SS. Eucharistiæ Sacramento intus alterari volunt hæc quatuor secũ adferre debent. *Primo,* vt cãdidi sint, id est, mundati à peccatis. 1.

Fermentũ farina conditur. Epist. 12. ad Rom. & Sur. tom. 1. die 1. Februar. Farinæ cõditiones. 4. Applicatio.

Secundo,

2. *Secundo*, vt mites ſint; non duri, rigidi, concitatíque aliqua animi perturbatione. Vt enim S. docet Bernardus non eſt ad menſam Domini commoto veniendũ animo: ac animi turbatio fructum etiam verbi diuini impedit. 3. *Tertio*, vt totos ſe diuinæ reſignauerint voluntati. Quo enim ea perfectior eſt 4. reſignatio, eo & fructus ſubſequens eſt copioſior. *Quarto*, vt pro viribus proximos ædificent; non leues, non vani, nõ moroſi. Multis enim omnia videntur tranſuerſa, cum aliquam ſenſiſſe videntur deuotionem. Hæc optime per Sacramentum Confeſſionis acquiruntur; quod Communionem præcedere debet, ac veluti Sacriſtia quædam eſt vbi ſe veſtit, ornat, ac ad Altare præparat ſacrificaturus. Illic enim *inprimis* remittuntur peccata; & qui attritus accedit, fit ex attrito contritus: imo non raro fit, vt qui ſine emẽdationis propoſito ad ſacerdotem acceſſerat, optime diſpoſitus, ac proponens firmiſſime emendationem recedat: tum per Confeſſarij monita, qui apertam videt confitentis conſcientiam, ac illi *ad cor* loquitur vt ait Propheta: tum, quia in Confeſſione Spiritus ſanctus operatur, & verbis ſacerdotis dat efficaciam. Cum ex ſuperbia quadam populi ſui numerum iniri vellet Dauid, fruſtra Ioab eum monebat; cum autem peccati illius argueret eum Gad Propheta, agnouit, ac deplorauit delictum ſuum, quia Deus per os Prophetæ, ſicut iam per ora ſacerdotum lo-
2. quebatur. *Secundo*, In Confeſſione paſſionum fluctus componuntur. Quare ſi in te inuidiæ, iræ, luxuriæ paſſiones ſentias, quæ Communioni te videantur facere inhabilem, noli ſaltem eorum differre confeſſionem, vt plurimum enim mali motus aut à diabolo, aut à proprio oriuntur peccato. Ideo quando peccatum aufertur, & Confeſſione diabolus fugatur, ceſſat ſæpe tentatio, & animus tranquillatur; ſicut fugiunt ad conſpectum ſolis veſpertitiones. Cum ſacerdotes Arcam portantes ad Iordanis aquas veniſſent; ſubſtiterunt aquæ ſuperiores, ac inferiores defluxerunt, vt tranſitum darent populo. Ita quando verbis in Confeſſione te tangit ſacerdos,
3. fugiunt paſſiones, ac dant Chriſto aduentanti locum. *Tertio*, in Confeſſionis Sacramento magna à Deo donatur gratia, quæ charitatem auget, & hominem ad ſui plenam reſignationem

Bern. lib. de præcep. & diſpenſat.

Confeſſionis fructus. 1.

Oſee 2.14.

2. Reg. 24.3.

Ibidem 13.

Typus. Ioſue 3.16.

nem promouet, vt nihil præter Dei voluntatem scire, ac perficere desideret. *Quarto*, Sacerdotis exhortationibus, & instructionibus in Confessione discis, quomodo imposterum vitam instituas, vt verbis ac exemplo proximos iuues, & perducas ad Dominum.

Tertium est: Quod fermentum ascondatur tribus farinæ mensuris, quas Syri *Sata* appellant; & tria conficiunt vnum *Ephi*. Ita vt fermentum asconditum sit vno Ephi farinæ, quæ magna fuit mensura; attamen vno fermentari solet à mulieribus fermento. Potuisset Christus vno verbo dixisse abscondit fermentum Ephi farinæ, sed *tria Sata* loco *Ephi* dicere voluit; sicut nos viginti asses pro floreno, & triginta pro dalero dicimus. Ratio eius fuit partim, quia Abraham Saræ vxori suæ mandabat, tria Sata similæ commiscere, quæ figura fuit huius mixturæ. Partim, vt significaret partes illas quæ fermento spirituali siue doctrinæ Christi, siue Ecclesiæ, siue Venerabilis Sacramenti fermentantur. Per tria enim *Sata*. *Primo*, tres orbis partes; Asiam, Africam, Europam intelligit Hilarius, secundũ tres filios Noe Sem, Cham, & Iaphet. In quib⁹ regnis primum abscondita fuit Ecclesia; cum Apostoli per mundũ vniuersum Euangelizarent, ac fidem dilatarent. *Secundo*, tres hominis potentiæ sunt; rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Doctrina enim Christi facit vt ratio non erret, comprimit concupiscentiam, ac iram, vt nihil à nobis contra rectæ rationis dictamen admittatur. *Tertio*, Aduertit S. Hieronymus, significari hic posse tres hominis partes; spiritum videlicet, animam, & corpus: de quib⁹ Apostolus *vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur*. Qui enim frequenter digne corpori Domini communicant, magnam in tribus his partibus mutationem sentiunt.

Tertia fermenti conditio.

Satu quid.

Cur dixerit Christus tria Sata.

Gen. 18. 6.

Sata tria quid.

1. Hilar. in Matth.

2.

3. Hieron. in Matth.

1. Thess. 5. 23.

Quantum enim ad corpus, & corporalia, quæ *primũ Satum* faciunt illud suscipit, ex Venerabili Sacramento hęc quinque commoda. *Primo*, homo in meliori viuit sanitate: tum, ob internam cordis lætitiam, de qua Sapiens: *Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus autem tristis exsiccat ossa*: tum, quia magis cauet ab omni excessu, qui lædere solet valetudinem. Quare

Eucharistiæ fructus in corpore.

1.

Prou. 17. 22.

cum ad conuiuia, nuptias, aliaque vocaris loca, vbi excessum times; noli ideo communionem omittere, quin ideo tanto accede lubentius, vt maiorem habeas ratione frugalius, parciusque agēdi. Venerabile enim Sacramentum præseruatiua quædā medicina est, quæ præmunire solet aduersus infectionem aëris. Sumptuosa prandia, pestilentissimæ auræ sunt; aduersus quas præparandus antidoto hoc est animus. Christus enim qui in te est, suggeret tibi cōsilia ac robur, vt omnia mala declines. Hæc corporalis sanitas figuratur per sanitatem filiorum Israel; quibus in eremo nunquam doluit caput, totis quadraginta annis, quibus panē cœli manducabant. *Secundo*, Corporalis etiam sanitas aliquando hoc Sacramento præstatur; sicut de S. Agapito Papa B. Gregorius testatur, quod cum porrexisset claudo ac surdo corpus Domini, confestim subsecuta sit sanitas. Non enim minoris in Sacramento, quā in terris agēs est efficaciȩ, vbi attactu omnes morbos curauit. *Tertio*, Eucharistia corporalis etiā cibus est sicut dixit Christus, *Caro mea verè est cibus & sanguis meus verè est potus.* Quod inde constat clarè, quia plurimi sancti sola Eucharistiæ sumptione multo tēpore victitarunt, non gustatis cibis alijs vt S. Catharina Senensis, Maria de Ognies, Liduida, alijque plures. Non quod Corpus Christi in hominū substantiam conuertatur; sicut alij solent cibi: sed quia post specierum corruptionē, panis & vini maneat nutritiua qualitas, quæ hominē reficit; ac alit non secus ac si verum panem ac vinum sumpsisset: hoc tamē discrimine, quod Eucharistia, cum sit alimentum viuum, vt aiebat Christus, *Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi*, nobis viuas suas qualitates communicat. Sicut enim ex corporali cibo corporeæ induuntur qualitates; calor, frigus, humor, siccitas, prout cibus fuerit, quo nutrimur: ita & viuus hic cibus, viuas nobis infundit qualitates proprietatesque Christi; humilitatem, mansuetudinem, castitatem, misericordiam, &c. aptans corpus nostrum ad seruitia diuina. *Quarto*, suscipiunt corpora nostra virtutem resurgendi nouissimo die, vt dixit Christus. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Impossibile enim est (inquit Cyrillus) vt in morte maneat & non resurgat corpus

[Margin notes: *Typus.* — 2. *Gregor. lib. 3. dial. cap. 3.* — 3. *Ioan. 6. 56.* — *Ioan. 6. 51.* — 4. *Ioan. 6. 55.* — *Cyrill. l. 10. in Ioan. cap. 13.*]

pus hominis quod Christi carne pastum est. S. Gregorius de quodã refert cuius cadauer eijciebatur semper sepulchro: cui cum ex mandato S. Benedicti corpus Domini fuisset impositum, conquieuit: vt ita etiam in mortua corpora huius Sacramenti potestas pateret. *Quinto*, ex hoc Sacramento maximam corpora nostra trahunt dignitatẽ: qui enim illud suscipiunt (inquit Cyrill. Ierosolymitanus) *Christophori* fiunt, id est, portitores Christi, quia ipsum intra se portant. Hinc S. Maria de Ognies vidit Sacerdotes digne sumentes, clarissima intus luce perfusos: vt Cardinalis Iacob. de Vitriaco scribit. Atque ideo Christiani per Sacramentũ hoc dæmonibus valde sunt formidabiles, vtpote induti Regẽ gloriæ (inquit Chrysostomus) ad quem inimici Dei appropinquare non possunt.

Gregor. 2. dial. cap. 42. — 5. — *Cyr. Catech. 5. mystagogi.* — *Lib. 2. vitæ eius c. 4. to 3. Surij die 23. Iunij.* — *Chrys. hom. 61. ad populum.*

Alterum Satum anima est; qua viuimus, sentimus, ac mouemur: complectens omnes interiores, & exteriores sensus, cũ corporeis passionibus, ac inclinationibus: In illã etiã magna per Eucharistiam inducitur mutatio. Nam *primo*, quidem nõ ijsdem iam rebus, quibus solent, externi delectantur sensus: oculi non intendunt in speciem mulierum, aures nõ arriguntur ad detractiones, & scurrilitates: atque sic de cæteris adeo vt ad omnem mundi ornatũ nauseent: sicut de se ait Apostolus, quod omnia arbitratus sit *vt stercora*, ac detrimẽta vt Christum lucrifaceret. *Secundo*, interni sensus suas etiã mutant conceptiones: minus distrahuntur, minus impugnãtur, minus fatigantur: magis se Deo quã sæculo recreant. *Tertio*, malæ ad superbiam, auaritiam, gulam. &c. inclinationes multũ minuuntur vt S. Bernardus de fratrib⁹ suis dicebat, quos summopere hac ratione videbat cõmutatos, ac ex hominib⁹ effectos Angelos. Verum quidem est, hanc mutationem à pijs nõ semper sentiri, ac nõ cessare eorum querelas, sæpe de indeuotione ac distractionibus: nõ tamẽ ideo minus proficiunt, quia nõ sentiunt, sicut nec corpora nostra crescere sentimus. Bonũ profectus indicium est, ꝙ peccata sua videat homo, eaque digne æstimet, & distractionibus alijsq; defectibus suis torqueatur.

Secundum Satum. — Eucharistiæ effectus in anima. — 1. — *Philip. 3. 8.* — 2. — 3. — *Bern. serm. in cæna Domini.*

Tertium Satum, Spiritus est, id est, hominis anima, quæ intellectum, voluntatem, & memoriam continet. Impossibile esse dicit S. Chrysostomus, illam perire animam quæ in exitu suo

Tertium Satum. — *Lib. 6. de Sacerdotio.*

mum Caiphæ recta deduxerit, ne per Corporis Domini efficaciam, & maxime per pulcherrimũ illum sermonem, quem ad discipulos tunc Dominus habuit, conuerteretur. Primi Christiani qui quotidie communicabant, tanto ardebant zelo, vt sua pauperibus, se tormẽtis libenter superimpenderent. Ex hoc feruore ipsorum incalescebant preces, ac Deo fiebant gratiores; adeo vt orantibus immitteret Spiritum sanctum, mouente se terra nec hominum istorum ardorem sustinente. *Actor. 2. 44.* *Actor. 4. 31.*

XI.

Dohec fermentatum est totum. Tanta fermẽti vis est, vt quamuis paruula sit massa, tria tamen Sata, id est, magnam farinæ copiam fermentare possit, iuxta Apostolum, *modicum fermentũ totã massam corrumpit.* Apostoli enim, & primitiui Christiani, etsi in minuto numero, nõ cessarunt tamen, antequam totum conuertissent mundum. Neque Ecclesiastici tantum, sed & Laici omnes omnẽ admouebant industriam, vt proximos Christo lucrifacerent. Sicut enim flamma quæ attigerit, corripit; ita inflammatos, igneosque deceret esse Christianos, ac quaquauersum amorem Domini scintillare. Olim cum ignis ille in Christianorum cordibus vehementer arderet, conuerterunt duces suas cohortes: vt S. Porphyrius ducentos suos quos ad S. Catharinam adduxit. Tribuni suos centuriones ac milites, ita S. Maur. totã legionem Thebæorum: Patresfamilias suos domesticos, sic S. Sebastian. Chromatium Vrbis Præfectum, Tranquillinum, Claudium, Nicostratum, alijq; plures qui cum familijs suis à S. Sebastiano cõuersi sunt. Senatus suos ciues: sic Palmatius cum socijs suis missi cum imperio Treuiros, in persecutione Diocletiani ita animauit ciues vt à Rictiouaro omnes trucidati sint 7. Octobris: quorum tantus erat numerus, vt inde dicti sint *Innumerabiles Martyres.* Refrixit plurimũ ille ignis in nobis, quib⁹ nulla cordi sunt animarum lucra. Ecclesiastici opulenta quærunt beneficia, vt commode viuant. Pastores magis inquirunt annuos prouentus, quã animarum saluandarũ numerum. Seculares Principes, superiores, & heri pecunias magis, quã animas computant. S. Gregor. Neocesareensis Episcopus constitutus in extremis rogabat, quot in ciuitate adhuc superessent infideles? respondebatur esse septemdecim. *Deo gratias*, inquit, *totidem inueni in vrbe cum*

1. Cor. 5. 6.

Metaphrast. in vita B. Catharinæ.

In actu S. Sebastiani tom. 1. Surij die 20. Ian.

In Martyr. Roman. die 5. Nouemb.

Tom. 6. Gregor die 17. Nouemb.

Episcopatũ suscepi fideles. O quãta fulgebunt gloria, qui ad fidem reducunt multos! quãta notabuntur ignominia, qui nullos, quantis cruciatibus qui seducunt! Dei verbum, & SS. Eucharistia eandem vim habent, & totũ hominẽ immutant quãdo ipsorũ operatio nõ impeditur. Viuus est sermo Dei, atq; ideo nõ dat quietẽ homini quẽ penetrat, mouet cõscientiam, agit ad Confessionem, excitat ad pietatis opera, imo, si daremus aurem, ad omnem nos perduceret perfectionem. Vim habet diuinam, atque ideo à S. August. Eucharistiæ cõparatur, cum dicit: non minus peccare illum, qui otiose dimittit verbum Dei, ac negligenter seruat, quam si in terram Eucharistia ipsi excidat. Sicut enim in sacra Eucharistia, sub panis & vini speciebus; corpus Domini ad nos venit, ita sub verborũ quæ audimus inuolucris, ad nos æterna ingreditur veritas. Atque ideo aperiendæ sunt nobis aures, nec impedienda vltima in nobis ipsius operatio: sumus enim fere aliquantula operatione contenti. Cum quotidie audimus sacrum, & aliquãdo largimur eleemosynam, videmur nobis rẽ bene gessisse, etiamsi alijs scateamus passionibus ac vitijs. Scriptura refert Iudæum quẽdam coluisse domi suæ idola: sed quia Sacerdotem apud se alebat, dicebat: *Nunc scio quod benefaciet mihi Dominus, quia habeo in domo mea Leuitici generis Sacerdotem.* Sufficere ratus si Sacerdotem aleret, ac reliqua peccata negligeret. Deus æmulator est: Totum te quærit. Ideo noli acquiescere in vno bono opere, sed omnia ipsius mandata serua, ac omnia peccata declina. *Quicunq; enim totã legem seruauerit delinquat autẽ in vno* (inquit B. Iacobus) *factus est omnium reus.* Id est, non minus damnabitur, quàm si mandata esset transgressus omnia. *Ad omnia mandata tua dirigebar* (dicit Psalmista) *& omnem viam iniquam odio habui.* Quid prodest omnes occludere; & vnã hosti portã aperire? quid prodest oẽs nauis rimas obturare, & vnã negligere. Vnum satis est ad damnationem, peccatum. Christus de iugo suo loquens non dixit *tollite iugum meum super collum,* humerum, brachium; sed *super vos:* indicans quod omnibus illud ferendum sit viribus. Cum bonus ille Driethelmus (vt habet Beda) purgatorium cœlumque vidisset: dixit illi Angelus; eos in inferno esse, qui in mortali excessissent peccato; in purgatorio

Margin notes: Verbi diuini vis. — Aug. hom. 26. ex 50. — Iudic. 17.13. — Iacob. 2.10. — Psal. 118.128. — Matth. 11.29. — Beda lib. 5. hist. Angli. cap. 13.

torio autem torqueri grauissime, qui pro mortalib⁹ adhuc in vita necdum satisfecissent peccatis, in illa autem purgatorij parte, vbi corporis cruciatus nō sunt, sed sola visionis diuinæ carentia; detineri illos, qui bene quidem vixissent, nō tamen tam purè quam deceat illos, qui recta euolant in cœlum. Quorum enim (inquit) cogitationes, verba, opera, perfecta sunt, illorum animæ recta in cœlum trransuolant. Ideo ora Deum vt operetur in te omnem perfectionem, per verbum suum, & Sacramentum SS. quod non tantum bonis trahit inspirationibus, sed suaui etiam gustu & auxilio. Suscipe itaque crebro Sacramentum hoc, & totū te illi adaperi. Quam diu enim in te manserit, non cessat radios suos in omnia tua membra, ac potentias iaculari, vt te calefaciat, ac sanctificet.

Disce hinc hæreticorum fraudem, qui nullam inhærere volunt Christianis Sanctitatē sed peccatis suis iustos, sanctosque maculari, ac imputari illis extrinsecus, acceptariq; à Deo Christi iustitiam. Hic enim vides hominem; sicut farina fermento intrinsece alteratur; spirituali hoc fermēto fermentari, ac per Dei verbum, & SS. Eucharistiam alterari intus. S. Paulus idē in nobis dicit operari Christum, quod Adam. Per Adamum enim peccatores cōstituimur, & maculā peccati in nobis accipimus; ita per Christum iustificamur, ac claritatem in nostra suscipimus anima; gratiam videlicet iustificātem, Dicit enim *Gratis* (id est, sine nostris meritis) *iustificati sumus per gratiam eius*, (scil. quā nobis infundit) *& charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū S. qui datus est nobis. Abluti sumus, sanctificati sumus, iustificati sumus.* Filij Dei per Spiritū qui datus est nobis. Nec tantū filij Dei nominamur, *sed filij Dei nominamur* (inquit B. Ioannes) *& sumus.* Ab intrinseca hac, atque inhærēti sanctitate, Catholica ac Romana nostra Ecclesia *sancta* dicitur, vt habet Symbolum, *Credo sanctā Catholicam Ecclesiam.* Quamuis enim singula eius membra sancta non sint, potissima tamen membra sancta sunt: illa enim potissima sunt, quæ intrinseca sanctitate viuunt. Atque hęc sanctitas propria Ecclesiæ nota est: tum, quia extra eam non inuenitur: tum, quia Deus sanctitatem illam sæpe externis miraculis manifestat.

[Margin: Iustificatio interna. — Rom. 5. 18. — Rom. 3. 24. — Rom. 5. 5. — 1. Cor. 6. 11. — Rom. 8. 14. — 1. Ioan. 3. 10. — Ecclesiæ sanctitas.]

Quando enim per sanctos quosdam vt S. Bernardum, Franciscum, miracula fiunt, non tam ad fidei confirmationem, de qua illorum temporibus nō dubitabatur: quam ad ostensionem sanctitatis, atque imitationem ipsorum; clare ostēdit illam in Ecclesia sanctitatē esse, quā quilibet possit acquirere, qui eodem modo vitā vult instituere. Valeant ergo hæretici qui sanctitatem nullam habent, & non sunt Dei, sed diaboli: iuxta illud Apostoli. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius: sed quicunq; Spiritu Dei aguntur ij sunt filij Dei.*

Rom. 1. 9. *Ibid. 14.*

XII. *Omnia hæc in parabolis locutus est Iesus ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis.* Christus non sine parabolis loquebatur ad turbas, vt doceret, quod ordinem vellet constituere in Ecclesia, ac cuique sua distribuere officia, ne quilibet illa promiscue inuaderet. Iob dicit, *Boues arabant, & asinæ iuxta eos pascebantur.* Id est, inquit B. Gregorius. Docti prædicant, ac simpliciores instituunt; rudes autem ab illis pasci debent. Hæretici semper faciunt populo potestatem interpretandi, altercandique de scripturis, docent id non minus laicorum quā Episcoporum, sacerdotum, ac Ecclesiasticorum esse: cum ipsi etiam Apostoli mechanici fuerint, rudes, & sine litteris. Atque hoc ideo, vt fauores laicorum concilient, ac doctorum concertationes effugiant, à quibus non ignorant suas detegendas fallacias. Sancti Apostoli qui sub Magisterio Christi habuêre triennium, simplices mechanici, ac indocti cēseri nō debent. Post studiū enim triennale illos Christus Sacerdotes cōsecrauit, in vltima cœna, & post resurrectionē suam Episcopos, & Apostolos; dicens. *Sicut me misit Pater & ego mitto vos. Accipite Spiritū sanctum quorū remiseritis peccata remittuntur eis, & quorū retinueritis retenta sunt.* S. Hieronymus, & ante illū Tertullianus conqueritur, quemlibet tractandas suscipere scripturas, nō viros, sed & fœminas, anusque garrulas, & iuuenculas, ac eas iam docere antequā didicerint. Theodoretus refert quod Imperatoris Valentis Archimagirus nomine Demosthenes nō sine minis, prouocarit ad disputationē de SS. Trin. B. Basil. Episcopum: cui lepide, prudēterque respōdit subridens. *Tuum est* (inquit) *iusculorū cōdimenta curare, nō autē scripturas tractare, & cū aures tibi culinaria fuligine sordeant, intelligere nō potes verba Dei.* Idē liceat & nasutis

Officiorum in Ecclesia distinctio.

Iob 1. 14. *Lib. 2. Mor. cap. 25.*

1. Ioan. 20. 21.

Hieron. epist. ad Paulin. cap. 8. *Tert. lib. de præscript. aduersus hæreticos.* *Theod. lib. 4. hist. cap. 17.*

nasutis hæreticorũ nostrorũ regerere ministris; qui magis sartoriã, sutoriamq;, quã scripturas callent. Receptũ prouerbiũ est. *Ne sutor vltra crepidam.* Iniuriam enim facit scripturæ, qui eam sine studio præuio interpretari pręsumit. Nemo sibi opificij alicuius professionem arrogat, quod non prius didicerit; vnde igitur hæc tam effrons proteruia, vt artium supremam, ac scientiarum reginam, rudes ac illiterati ita disperdere audeant? Quare sicut in vno corpore multa membra sunt, quorum quodq; suo adest muneri; oculus videt, auris audit, tact⁹ sentit, pes ambulat, manus laborat, &c. nec alteri suã functionem præripit, nec de altero conqueritur; inquit Apostolus, quasi de non necessario ac vtili: ita & in Ecclesiæ corpore membra, ac potentias diuersas donauit Christus; quæ in ea futuræ sunt, vsque ad cõsummationem sæculi, id est, vt loquitur Apostolus vsque ad *consummationem Sanctorum*; donec scilicet illorum numerus, & ruinæ impleantur. Hi *imprimis* sunt Apostoli, in quorum locum substituti sunt Episcopi inquit B. Athanasius. *Deinde* Prophetæ, qui obscura scripturæ loca explicant, vt patet apud Corinthios: & qui verbum Dei annunciant vt Iudas & Silas. *Tertio*, Euangelistæ, id est, Diaconi, qui Euãgelium in Missa canunt, ac prædicant etiam: sicut Philippus vnus ex septem Diaconis, cui nomen *Euangelistæ* ipsa scriptura dat. *Quarto*, Pastores, qui sub Episcopis regunt populũ. *Quinto*, Doctores qui Christianorum scholas instituunt, quales multi fuerunt Antiochiæ, atq; Alexãdriæ: Patenus, Origenes, Heraclas, Dionysi⁹, &c. vt testatur Eusebius & post illũ S. Hieronymus. Summi Doctores Apostoli erãt, sicut adhuc hodie Episcopi, qui in illorũ successerunt locum. In Cõcilijs Oecumenicis enim habẽt prima, ac principalia suffragia, sicut Apostoli in Concilio Hierosolymitano leguntur dixisse sententiam, S. Petrus, Iacobus, Paulus, Barnabas Apostoli, non alij. Hinc in quarto Oecumenico Chalcedonensi concilio dixerũt Patres. *Concilium Episcoporum, non aliorum esse.* Christus enim mysteria sua explicabat Apostolis, quos in fine interrogat. *Intellexistis hæc omnia.* dicunt ei. *Etiam Domine. Et dixit eis. Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera.* id est, Vos, quos Ecclesię meę

Rom. 12. per totum.
Ephes. 4. 12.
Membra Ecclesiæ.
1.
Athan. in synops.
2.
3.
1. Cor. 14. per totum.
Act. 15. 22.
Act. 21. 8.
4.
5.
Euseb. de Script. Eccle.
Hierony. de viris illustr.
Act. 15. 23.

præficio, omnis generis doctrinam proferetis, tam ex nouo, quam ex veteri depromptam Testamento, ad aliorum instructionem. *Qui enim vos audit, me audit*. Populus credet, & faciet, quæ docebitis. Ideo omnes Catholici laici suorum Episcoporum, ac Doctorum doctrinæ semper acquieuerunt: tum, quia non diffidunt de Dei prouidentia, qui Ecclesię non minus de bonis prouidebit Doctoribus, quā de bonis opificibus: tum, quia maximas sciebant pęnas, quibus affligere solet eos Deus qui contra Ecclesiasticos Superiores extolluntur, ac murmurant. vt cum Dathan & Abiron viuos demersit, ac ducentos & quinquaginta incendio peremit. In veteri Testamento in rebus spiritualibus consuli & audiri voluit Sacerdotes, sub capitis pœna. Apud Aggeum est. *Interroga Sacerdotes legem: sacerdotis enim labia* (vt ait Malachias) *custodiunt scientiam & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini est.* Tuum est Conciones audire, ac illas cum Deipara Virgine bene ruminare, & conseruare in corde; ac tum facies quod iussit Iosue. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ in eo scripta sunt.* Non enim secundum scientiam, sed secundum opera tua iudicaberis.

Num. 16. 27.

Agg. 2. 12. Malach. 2. 7.

X. *Vt impleretur; quod dictum erat per Prophetam, dicentem: aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.* Verba hęc sunt prophetæ Azaph qui psalmum composuit 77. in quo multa conscripsit arcana, maxime quæ à principio acciderunt. S. Euāgelista ait hæc verba de Christo, cuius tunc personam Asaph gessit fuisse, prolata: significans nobis duo quæ dum in terris viueret, & quotidie adhuc, agit Christus, *primū*, loquebatur in parabolis, id est, obscure, res sublimes inuoluens, vt cum de Sacramento Baptismi Nicodemum, & de SS. Eucharistiæ mysterio instruebat Capharnaitas, & cum de regno Dei tantum in parabolis loquebatur, & cum futura prædiceret. *Parabola* enim prophetiam etiam significat vt cum dicit Scriptura, de Balaam: *assumpta parabola dixit*, id est, prophetauit. Quod fecit Christus, cum de Hierosolymitano excidio, de Antichristo, & extremo prædixit iudicio. Significat etiam succinctas ac doctrinam continentes sententias, vnde & primum

Ioan. 4. & 6.

Parabola quid.

Num. 23. 7.

primum suum librum, quem nos Prouerbiorum dicimus, Salomon Parabolas appellauit. Christus sæpe etiam breues, doctasque dedit gnomas, vt octo beatitudines, aliaq; perfectionis quædam documenta. Idem & nobiscum aliquando facit. *Matth. 5. 3. & seqq.* Christus parabolas loquitur.
1. *Primo*, non manifestans nobis clare veritatē: tum vt cum Dauide ab ipso poscamus intellectū: *Illumina Domine oculos meos.* *Psal. 12. 4.*
Sicut S. etiā Thomas, orationibus quam studijs plura didicit: tum, vt doctiores humiliter consulamus.
2. *Secundo*, Sæpe futura nobis proponit, vt mortem, iudicium, & quæ post illa sunt, vt vitam componamus.
3. *Tertio*, Loquitur etiam intus in corde nostro, dictans breues, vtilesque sententias; vt illas capiamus, ac retineamus, animumque sæpè ad ipsum breui precatiuncula subleuemus, in medijs occupationibus. *Eructabat* etiam, id est, declarabat, eijciebat in lucem *abscondita*. Aperuit enim omnia, quæ vetus Testamentum varijs figuris ac vmbris occultabat. Docebat veritatem admodum dilucide, quoniam adimplebat legem *& aperuit Apostolis sensum Scripturarum*, vt eas possent interpretari. Idem adhuc quotidie facit docens pios, diuinam veritatem, quam in ipso credunt, imo & gustant, ac sentiunt: nemo enim maiorem Dei habet notitiam, quam qui humilitate ipsi proximus est. Ille in cellam inducitur vinariam, ac dulcissimo deuotionis, ac scientiæ Dei vino impletur. Ora Christum vt intus te semper doceat, ac ita custodiat os tuum, vt nunquam ad inania, vanasq; fabulas referetur; sed prudenter solum, cauteq; vtilia, casta, pudica, diuina quæ Deo placeant, hominibus prosint, charitatem, ac in Deum merita augeant.

(∴)

ORA-

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, qui exaltas humiles, & diligis mansuetos, qui Ecclesiam tuam ex paruis, abiectisq; initijs, toto orbe dilatasti, atque ita gratia spiritualibusq; implesti charismatibus, vt extra illā nulla inueniatur Sanctitas: sed in ea solum pura veritatis notitia, verus Dei cultus, Sacramenta syncera, ac virtutes, donaque cœlestia, qui magnificas humiles, & paruos in oculis suis, locupletas inopes, ac pauperes, diuitijs supernis, & ornamentis animæ: Quæsumus te adspice cum misericordia Ecclesiam tuam, hæreticorum, & schismaticorum defectione multum imminutam. Mitte in mundum Doctores zelosos, qui eruditione hæreses exstirpent, charitate bonos accendant: da verbis eorum virtutem, vt saxea corda emolliant, ac tria farinæ sata, id est, orbem vniuersum fermentent. Omnibus etiam Catholicis diuinam infunde gratiam, vt per Conciones, & bonas exhortationes peccata vitent, in virtutibus crescant, ac inspirationibus, auxilijsque tuis ad perfectionem pertingant: vt simul crescamus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis tuæ. id est, ad perfectum tui, virtutumq; amorem: Iesu Christe, Saluator mundi, qui cum Patre & Spiritu S. viuis, & regnas per omnia sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA SEPTVAGESIMA.

Euangelium Matth. 20.

N illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane, conducere operarios, in vineã suam. Conuentione autem facta cũ operarijs, ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextã & nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit ad illos. Quid hic statis tota die otiosi? dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ, procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem suam; incipiens à nouißimo vsque ad primum. Cum venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus Patremfamilias, dicentes: Hi nouißimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus. At ille respondens vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi

tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi, quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Compendiosa Euangelij Exegesis.



CVM adolescens opulentus quæsiuisset ex Christo, quid faciendo vitam æternam possideret, ac Christus ei responderet; *serua mandata: sed si vis perfectus esse, vade vende quæ habes, & da pauperibus, & sequere me*; abijt domum, tristis: erat enim locuples valde. Tunc ait discipulis suis Christus, diuites difficulter ingredi regnum cœlorum; Imo facilius camelum per foramen acus transire: subnectens; discipulos suos, qui reliquerant omnia, & secuti erant eum, non tantum consecuturos post hanc vitam beatitudinẽ, sed & in iudicij die assessuros iudices totius mundi, à quo hic contemnebantur. *multi* enim (aiebat) *nouissimi erunt primi*, contrà *primi nouissimi*. Confirmat dictũ hoc parabola Patrisfamilias: qui summo mane egreditur conductum operarios in vineam, paciscens cum eis denarium vnum: qui nostræ monetæ quatuor stuferos asses valet: ac cum tribus iam horis in vinea laborassent, iterum in forum exijt Paterfamilias, circa tertiam horam, id est, (secundum distinctionem Iudæorum) medio fere tempore, inter ortum solis, ac meridiem. quod in

Matth. 19. 16.

æqua-

æquinoctio verno & autumnali, cum circa sextam nobis sol oritur & occidit, incidit in nonam matutinam. Et alios ibidem inueniens operarios, misit & eos in vineam suam, sine vlla pactione; spondens se laborem eorum iusta mercede remuneraturum. Dein ad sextam, id est, in meridie, ad nostram duodecimam; & ad nonam, id est, medio tempore inter meridiem, & occasum, reuersus iterum est in forum: ac rursum inueniens ab opere vacantes operarios, increpuit eos, quærens quid starent tota die otiosi, nec elocarent operam? Responderunt se à nemine conductos. Cum enim hic Paterfamilias ad tertiam, sextam, nonamque horam illuc veniret, forte potitabant in diuersorio, aut non exhibuerunt se, vt conduci possent. Non dixit illis Paterfamilias, mentimini; iam enim quintum in forum prodeo quærens operarios: ne confunderet eos, ac vt redderet ad opus magis voluntarios. atque ita & illos in vineam suam misit, nullam certam pactus mercedem. Vesperi, post solis occasum, per procuratorem, aut œconomum suum Paterfamilias omnes operarios iussit vocari, illisque persolui: mandans à nouissimis vt inciperet: quibus singulis, singulos iussit dari denarios, id est, stuyvers. asses quatuor sicut cum primis conuenerat. AEque multum & reliquis dedit qui ad tertiam, sextam, nonam, conducti venerant. Primi qui tota die laborauerant, visa heri liberalitate, sperabant additamentum: sed nihil supra denarium acceperunt. Egit Pater familias in negotio hoc perquam prudenter, & iuste: aduertebat enim nouissimos breui illo

illo tempore tantum prętitisse operis, quantum primos: tum quod aptiora haberent instrumenta, tum quod recentiores alacrioresque fuissent, tum quod diligentius institissent operi. Primi enim laborauerant lentè, & pro rata temporis effecerant parum; cum tamē nihilo plus reliquis acciperent, murmurabant contra Patrem familias, quod tota die occupati fuissent in vinea, sustinuissent æstum solis, ac tempestates, procellas, feruores, molestias, &c. ac nihilo tamen acciperent plus quam qui vna hora ibi egissent. Paterfamilias qui opera magis computabat, quam tempora; respondere potuisset. Fateor diutius vos fuisse in opere; non video tamen à vobis plus quam ab alijs effectum; atque ita non minus illis debetur quam vobis. ne tamen eos confunderet, & facti rationem rudibus illis idiotis daret, aliam caussam non adduxit, quam iustitiam suam, quantum ad ipsos; & beneplacitum suum, quantum ad alios. Nam (inquit) non facio iniuriam vobis, quia ita conuenimus. Alijs autem tantundem dare volo; quia libera mihi est meorum bonorum donatio Non est quod de bonitate mea tam iniquè, ac malitiosè conqueramini. Ad hunc modum (inquit Christus) erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Qui enim postremi aduenerant, primi, & sine increpatione, mercedem accipiunt; opinione plus recipientes. Ratio est, quia multi sunt vocati, pauci electi. In qua ratione innuitur postremos hosce diligentiam, & media. quibus vtebantur, ex seipsis non habuisse; sed à Patrefamilias qui ipsos iuuabat, vt tantum vna, quantum alij duodecim efficerent horis: quod ex charitate faciebat, vt ipsos promoueret.

Idem

Idem facit Deus, qui omnes homines vocat. Quorum quidam veniunt, qui diuina gratia mouentur: quidam non veniunt, qui eam aut non habent, aut non sequuntur: quidam gratiam accipiunt copiosiorem, vt electi; qua plus vna hora, quam alij integra die efficiunt.

Documenta Concionis in Dominica Septuagesimæ.

Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Sicut S. Mater Ecclesia in Aduentu vsq; ad Natiuitatem memoriam recoluit incarnationis Christi, ac conceptionis eius, qui nouem mensibus in vtero Beatissimæ Virginis requieuit: à Natiuitate autem hucusque memoriam pueritiæ Christi, ac triginta illorum annorũ, quibus cum sanctissima Matre habitauit in Nazareth, antequam prædicatione & miraculis manifestaret se mundo: ita vult vt septem subsequentibus hebdomadibus, vsque ad decimum quartum diem ante Pascha, recogitemus vitam eius, ac tres annos prædicationis ipsius. Nam, cum quadraginta diebus, ac noctibus, ab omni cibo, ac potu ieiunasset, incipiens à suo baptismate, id est, à septimo Ianuarij; statim se dedit ad docendum verbum Dei, ac perambulandam, cum summo labore, regionem vniuersam, vt homines ad Deum raperet, pœnitentiam doceret, ac per contritionem locum in cordibus ipsorum inueniret; dicens: Impletũ esse tempus, adeoq; & regnum Dei appropinquasse; pœnitentiam agerent, & crederent Euangelio. S. Ecclesia hanc auscultans monitionem, vult vt his septem septimanis occupemur, meditatione vitæ Christi, ac prædicationis eius. Idcirco *Imprimis*, quotidianæ sunt in Quadragesima conciones; quia vltimis tribus annis idem factitauit Christus. *Deinde*, silet dulce, ac cœleste canticum *Alleluia*, vsq; ad Pascha. *Tertio*, Colores sunt tristes; omniaq; luctum ingerunt, quæ geruntur in templis. *Quarto*, Hodie Sacri introitus est. *Circumdederunt me dolores mortis, dolores inferni*

I. | Quid his septimanis cogitandũ. | *Marc. 1. 15.* | Cœremoniæ huius temporis. | 1. | 2. | 3. | 4. | *Psal. 17. 5.*

ferni circumdederunt me; & in tribulatione mea inuocaui Dominum. Vt de morte, ac inferni doloribus cogitantes, seculi vanitates ablegaremus, ac conuerteremur ad preces, atque pœnitentiam. *Quinto*, Hodie in matutino lectiones sumuntur ex initio bibliorum, vt recordemur, quomodo peccatum intrauerit in mundum, quam male homines ab initio vixerint; quam misericorditer, ac sapienter mundum administrauerit Dominus; ac quanta per Christum bona acceperimus, qui nobis viam cœli ita reddidit facilem. *Sexto*, Ante Concilium Tridentinum hinc feriata incipiebant tempora, quibus vsque ad Pascha, vetabantur celebrari nuptiæ: vt hoc totum tempus, sequestratum à mundanis voluptatibus, ruminandis nostris impenderemus delictis: verum prædictum Concilium, animaduerso Christianorum tepore; tempora hæc contraxit, incipiēs cum Quadragesima. *Septimo*, Omnes hæ Dominicæ propria habent nomina; quibus mysteria quædam insinuentur. Hæc vocatur *Septuagesima*, aliæ tres *Sexagesima, Quinquagesima, Quadragesima.* vt ijs significentur septem mundi ætates: tribuendo singulis numerum denarium, tanquam perfectum; quamuis duratione inter se distent. *Prima*, Ab Adam vsque ad Noe, annos habet 1242. *Secunda*, à Noe, vsque ad Abraham, 942. ann. *Tertia*, ab Abrahamo vsque ad Moysen, id est, vsq; ad exitum de Ægypto, 462. annos. *Quarta*, ab exitu, vsq; ad captiuitatē Babylonicam, 820. annos. *Quinta*, à captiuitate, vsq; ad Christi passionē, quando lex noua incepit; 668. ann. *Sexta* à Christi natiuitate, habet ann. 1600. sed à passione eius 1567. *Septima* ætas erit in æterna cęlorū, post hanc vitam, quiete. Omnes hæ mundi ætates nobis proponuntur; vt materia nobis sit doloris. Si nobilis quis legeret in Chronicis maiores suos, ante ducentos annos amplissima habuisse priuilegia, ac possessiones, regionesq; latissimas, ab Imperatorib. ac Regibus donatas, sed post triginta annos, aliquē ex maioribus suis, abauum, aut tritauum, omnibus istis, ob seditiones ac proditiones, fuisse exutum; doleret summo iure, ac si vlla esset spes eadem recuperādi, nihil relinqueret infectum. Primi parentes nostri amplissimis in paradiso gauisi sunt priuilegijs, quibus per inobedientiam exciderunt. Est ergo quod doleamus, ac similes vitemus inobe-

Margin notes: 5. (beside "tiam. Quinto") — 6. (beside "viam cœli") — *Trid. sess. 24. ca. 10. de Reforma. Matrimonij.* — 7. **Nomina harum dominicarū.** — **Mundi ętates septem.**

inobedientias, extremamq; adhibeamus diligentiam, vt cum Deo, qui hęc abstulit, redeamus in gratiam. paratus enim est & plura, & maiora nobis concedere priuilegia; quam maiores nostri vnquam habuerint. Aduertere hic potes initia, progressum, exitumque mundi: ac cogitare quot hominũ millia, illis mundi ætatibus vixerint, quid egerint, ac quo euaserint. Egerunt quod agis; securi erant, sine mortis metu; viuebant splendide, bellabant, inimicabantur, honores, & voluptates seculi ambibant, vt solent homines: & tantę multitudini, nullus superest, omnes mortui sunt, & operum, verborum, ac cogitationum receperunt mercedem. Hæc cogita sedulo. Quod enim ipsis euenit, euenturum est & tibi. Mundus hęc non curat, magis sollicitus de voluptatibus, ac imitator gentilium, qui mense Februario, in Lupercalibus suis, per plateas, ineptiebant. Idem & Christiani agunt, vt sic quasi bacchanalium recreatione, ad futuram Quadragesimam animentur. nec cogitant nequitias ad virtutem, vanitates ad modestiam, luxum ad frugalitatem non disponere. Christus exemplo suo nobis Quadragesimam instituit. Sanct. Ecclesia septendecim dies, qui iam incipiunt ab hodierno, præmisit: quibus lugubri, afflictoque corde, quadragesimam expectaremus.

Nota.

Mundi incogitantia.

II. *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias.* Deus huius familiæ pater est, qui magnam huius mundi domum, familiæ suæ, & maxime hominibus ædificauit, necessarijs omnibus instruxit, ac ornauit. In qua domo tria sunt admodum diuersa loca. *Primus* filiorum, in summo; qui ibi in omni gaudio habitant, & cum summa suauitate nutriuntur, eadem vtentes cũ Christo mensa, ciboque eodem; semper præsentes Deo, participes consiliorum eius, ac per eadem illa beati, quibus Deus beatus est. *Secundus*, inferior in terris, pro cõductitijs ministris, id est, pro nobis mortalibus, quibus ipse prouidet, secundum conditionem vniuscuiusque. Miscet dulcia, ac amara; vult vt laboremus, ac lucremur victum: alit nos in hac domo, sicut Dominus seruos (inquit Sanct. Gregorius) *mandauit Angelis suis* de nobis, curam habet, ne quid desit, non membra tantum *ossaque* custodit (vt inquit Dauid) sed & *capillos capitis*

Paterfamilias quis.

Domus tria loca.

I.

Luc. 22. 30.

2.

Gregor. hom. 19. in Euang.
Psal. 90. 11.
Psal. 33. 20.
Matt. 10. 30.

Zach.2.8. nostri, & nos ipsos *vt puppillam oculi*, maxime cum fideliter,& ex corde ipsi famulamur. Tum enim non dicit *nos seruos*, *sed filios:* malens Pater quam Dominus audire à nobis. Quo ostendit, quomodo serui à Dominis, subditi à superioribus habendi sint. Ministeria quidem illorum admittent, sed necessaria etiam illi procurabunt.
3. *Tertius* locus est in hypogæo, specuque subterraneo; hostibus eius, ac nequam seruis, qui Domino suo infideles fuêre, ac rebelles, qui verberibus, plagisque pascuntur, in inferno nimirum, vbi mercedem iustam recipiunt. Locus ei quidam adiacet, quasi cubiculum proximum; purgationis videlicet: vt expurgatis sordibus, ex loco secũdo, ad primum digne ascendatur. Deus huius familiæ pater est, ad
Hierem.5.3. omnia intentos habens oculos, *consurgens de nocte* (vt inquit Propheta) vt erudiat nos, moneat, adiuuet. Docens patresfamilias ad requiem se dare postremos, ad curas euigilare primos, vt omnia auertant incommoda, tam spiritualia; qualia sunt peccata: quam corporalia, qualia sunt incendia, furta, &c. ac ad excitandos reddendosque alacriores famulos: cum enim patrem, matremque familias surrexisse vident, cubare non audent.

Duo hic Dei nomina. Duo hic Deo dantur nomina. *Primum* hominis, non tantũ quia Christus homo est; sed *Imprimis*, vt nobis diuina innotescat charitas; qua & nostrum nomen dignatur assumere, &
1. **Deus homo.** suum nobis communicare: nos enim Deos, *Deique filios nominat*. Qui se mutuo diligunt mutua nomina libenter commu-
1. *Psal.81.6.* *Ioan.10.32.* nicant. Vt Sanct. Cyprianus nomen sumsit magistri sui Cecilij
Amor nomina communicat. Sacerdotis, qui ipsum conuertit; & Eusebius, Pamphili, à sancto doctissimoque Martyre Pamphilo, quem impense amabat. Dei charitas omnem charitatem excedit: atque ita mirum non est, quod nomen nostrum sumere desideret. *Deinde*
2. **Homo magnum opus Dei.** vt sciamus ab illo nos creatos, tanquam potissimam aliquam, ac principalem omnium operum partem: qui autem conficiunt aliquid, ab opere illo nomina participant, vt à figulinis, figulus; à fabrica faber. Ita & Deus hominifex dici posset; at quia Pater noster, quam Auctor dici mauult. Hominis potius nomen sumsit. Quia pater & filius eiusdem naturæ nomine exprimuntur. Quamuis enim Deus natura ab homini-
bus

bus differat, se tamen nobis accommodat, agens nobiscum amice, rationabiliter, ac humaniter.

Alterum nomen est Patrisfamilias: quod ei proprium est, cui regimen domus incumbit. Nomen *hominis* dulcius est quam nomen *superioris*: atque ideo præponitur, tanquam Deo acceptius. Disce hinc non minus reuerenter in conspectu Dei ambulare, quam in conspectu superiorum, qui etiam homines sunt. Inspectante Rege facile abstineres à furtis, fornicationibus, alijsque quæ ipsi displicerent, ab irreuerentia, detractione &cæt. caue ergo in oculis Dei hæc admittas: videt enim omnia vbique præsens. Venerabilis Thomas Cantipratensis refert de quodam; qui occultum habebat crimen, quod nunquam confiteri audebat; ad quem peregrinus quidam venit, orãs vt sibi lauaret caput, in remissionem peccati quod maxime eum torquebat: quod cum facere cæpisset, vidit in vertice hominis oculum; & cum territus exclamaret, dicebat peregrinus, isto oculo tuum vidi peccatum, quod tali loco perpetrasti: atque ita disparuit, innuens nihil esse Deo occultum. Cum oras, cogita nonnunquam an loqui auderes cum tam exigua reuerentia principi tuo, quam loqueris Deo, in omnem partem circumspectans, aut aliquid agens, quod te distrahat. Theodoretus de quodam refert Eusebio, qui dum in monte quodam audiret legi Euangelium, incustoditos in vallem, ad rusticos laborantes, diuertebat oculos. de quo admonitus, eam oculis suis præscripsit legem, vt nunquã aut sursum, aut deorsum, aut ad latera euagarentur; sed imo semper figerentur obtutu: quod multo tempore ac diutius quam quadraginta annis seruauit, ac plurimas hac ratione tentationes superauit.

Deus Pater familias.

Cur prius homo quã Paterfamilias.

Cantipr. in vita S. Lutgardis lib. 2. c. 21. Tom. 3. Surij die 16. Iun.

Theodo. in Philoth. c. 4.

III. Deus non exit.

Qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam. Deus exire non potest. *Primo*, quia vbique est: in cœlis, in terris, & sub terra, vt inquit Dauid. Et (vt ipse per prophetam Ieremiam loquitur) *cœlum & terram* implet. *Secundo*, Moueri & mutari nequit, vt ipse de se dicit, ac Sanct. Iacobus, inquit apud eum non esse transmutationem, nec vicissitudinis obumbrationem. Si enim mutaretur, acciperet aliquid quod non habebat ante; quod signum esset Imperfectionis: in

1.

Psal. 138. 8. Hiere. 23. 24.

2. Deus non mutatur.

Malach. 3. 6. Iacob. 1. 17.

Deo enim ſunt omnia, & nihil ipſi nouum aduenire poteſt. Ac ideo quando ſcriptura Deum dicit *exire*. ſignificat duobus modis ipſum aliquid agere. *Primo*, ad intra, in ſeipſo, quod nullus cognoſcit niſi cui ipſe hoc miſericorditer manifeſtat; nimirum filij ex Patre generationem, & Spiritus Sancti ab vtroque proceſſionem. Hę operationes in Deo fuerunt ab æterno, quam diu ſcilicet, filius à Patre fuit genitus, & Spiritus Sanctus vtriuſque amor ſpiratus. *Secundo*, operatur ad extra, cum aliqua creat extra ſe, quod incepit in creatione cœli, ac terræ, ac hucuſque continuat, vt inquit Chriſtus: *Pater meus vſque modo operatur, & ego operor*. Quæ tamen tam fiunt mirabiliter, ſine vlla Dei mutatione, vt humanus intellectus capere nequeat. Ad hunc modum *exijt* Deus creans hominem, monens eum, docenſque. Roga vt ad te exeat, ac te ad ſe adducat, & introducat, ſicut oramus quotidie *Adueniat regnum tuum*, id eſt, veni Domine, qui cœlorum Rex es, ac me duc tecum. Sicut enim aula eo moueri, ac reuerti dicitur, quo Rex abit, aut regreditur: ita & regnum Dei ad nos accedit, quando Deus appropinquat nobis. Duo facit Deus cum exit. *Primo*, ſeipſum manifeſtat. *Secundo*, ſe creaturis communicat. Sicut de eo, qui librum edidit, vt de Ariſtotele, Cicerone, alijſque dicimus, viros illos exijſſe in lucem: libris enim ſuis innoteſcunt, ac doctrinam ſuam nobis communicant. Deus non tantum nobis ſuam communicat miſericordiam, ſed & iuſtitiam: ita enim Sodomam abijt, ad delendam Pentapolim. Ora vt ad te veniat in manſuetudine, & non in virga indignationis; *Horribile enim eſt incidere in manus Dei viuentis*, ac pœnas eius experiri. Per *vineam* nonnulli ipſum Deum intelligunt, qui omnem nobis exundat ſuauitatem; largius quam vinea fertiliſſima, vini boni copiam. ſed vt ea fruamur, in vinea, id eſt, in Deo, laborandum eſt ac tria facienda quæ in vineis ſolent.

[Margin notes: Exire Dei quid — Duplices Dei actiones. — 1. — 2. — Ioa. 5. 17. — Matt. 5. 10. — Deus cum exit, duo facit. — Gene. 18. 16 — Hebr. 10. 31. — Vinea. — Labor requiſitus.]

1. *Primo*, enim putatur vinea, ac cremantur putamina. Idem in Deo agimus, cum accepta ab ipſo beneficia conſideramus cum gratiarum actione, ijſque accendimur vt diuini amoris facibus: nulla enim res tantopere ad amorem excitat, atq; beneficiorum recordatio.

Secundo,

Secundo, circumfoditur ad radicem vinea, vt stercoretur. Admodum vtile est vt circa Deũ fodias, ac radices eius adspicias, id est, consideres quibus de caussis, aut quo fundamento, nobis quotidie ita benefaciat: beneficia.n.ex radice eius pullulant. Inuenies nullã radicem aliam quam diuinam ipsius bonitatem, circa quã cum miseriæ tuæ stercora similiter aggesseris, dabit tibi fructus bonos. *Tertio*, palmites eius vinciũtur, ac fulciuntur; qui in nobis virtutes sunt, ac tum fulciuntur, cũ in proximos deriuantur. Multi peccata stabiliũt, tam sua, se excusando; quam proximorũ, consilijs & auxilijs cooperando. Hi non laborãt in vinea Domini, sed in vinea diaboli. cuius vinũ (teste Moyse) *fel draconũ, & venenum aspidum insanabile, vua fellis, & botri amarissimi*. S. Ireneus, & Chrysostom. *vineam* exponũt Dei iustitiam, ac mandata: quæ non scire tantum, sed & operari, ac seruare debemus, ac excolere. Iustitiæ multi sunt palmites: Mansuetudo, castitas, patientia, virtutesq; consimiles, quæ simul excoli debẽt, ac simul proferre fructus suos. Theophylactus *vineam* exponit animam humanam: quæ elaborãda est, præsecanda ex ea omnia mala desideria, fodi humilitate, stercorari mortificatione, fulciri fiducia, vinciri charitate. Qui animæ curam habere vult inueniet quod agat. S. Athanasius per *vineam* mundum significatum arbitratur; illum enim plãtauit Domin⁹, & iã inde ab initio misit in eũ operarios, & mittit adhuc hodie, qui non tantum credentes iuuẽt, sed & incredulos conuertant. Cõmunis Interpretatio est Origenis, & S. Gregorij, qui *Ecclesiam* nomine vineæ accipiũt, de qua Psalmista: *Vineam de AEgypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* De eadem loquuntur Isaias, Ieremias, & Christus: semper enim inter filios Israel fuit Ecclesia, vt testatur S. Paulus, culta à Patriarchis, Prophetis, pijs sacerdotibus, ac doctoribus, bonis legibus ligata, iustis pœnis putata, altis disciplinis & meditationibus fossa, & cæt. Operarij qui in hanc mittuntur vineam, non Ecclesiastici tantum, ac laici Superiores sunt, sed omnes omnino homines, quos non aliter *ad laborem* creauit Dominus, *quam auem* (vt Iob inquit) *ad volatum*. maxime autem sunt Christiani, quorum, Beat. Cyprianus inquit, esse officium, multa bona agere, ac mala sustinere; quorũ

[Margin notes: 2. | Caussa cur nobis Deus benefaciat. | 3. | Vinea, Diaboli. | Deut. 32. 32. | Iren. lib. 4. c. 70. Chrysost. Hom. 34. in Matth. | Vinea Lex. | Palmites, opera. | Theoph. in hunc locum. | Vinea, anima. | Athan. q. 58. | Vinea, mundus. | Orig. in hunc locum Greg. Hom. 19. in Euan. | Vinea, Ecclesia. | Psal. 79. 9. | Isai. 5. 1. | Ierem. 2. 21. | Matth. 21. 21. | Hebr. 11. 14. | Iob. 5. 7. | Cypr. lib. 3. ad Quirinum.]

Christianorum nomina. nomina in scripturis vt plurimum laborem important, hinc *milites* dicuntur in agone, *cursores* in stadio, *piscatores, negotiatores, Operarij, viatores, peregrini,* &cæt. vt moneamur nunquam in otio, sed in labore credito ętatem degere, nec sudori parcere. Hunc tamen laborem in vinea, impendemus ecclesiæ, extra quam frustra laboratur. Hinc nihil merentur ieiunijs, vigilijs, alijsque laboribus Gentiles, Turcæ, Iudæi, hæretici.

Negligētes in vinea. Christiani multi in vinea sunt qui ignorēt, quorsum illuc venerint. horas suas perdunt lusibus, tripudijs, mutuis insectationibus, fabulis, nugis, somno ac decubationibus, imo & noxijs quandoq; operibus. Similes sunt pueris quos cū parentes ad negotia dimiserint, sui obliuiscūtur, in via spectātes, ludentes, domos luteas cōponentes, neglectis ijs quæ in mādatis acceperant.

In vinea quid agendum. In vinea Ecclesiæ nunquam deest quod agatur; tum, vt te polias qui eius palmes es; tum, vt proximum cuius tibi incūbit cura, cum *vnicuique Deus mandauerit de proximo*: vt ait sapiēs. (Eccl. 17. 12.) Teipsum imprimis mūdabis ab inquinamento peccatorum; dein putabis, deponens veterem hominem, cum concupiscētijs, malisq; consuetudinibus, vitans mala consortia, & peccatorū causas. Impinguabis etiā te, & fouebis fimo. i. humilitatis operibus te exercebis; magna enim ijs virtus inest, vt accendāt te in Dei amore, ac solatia, pacemq; internā præbeāt. vt docet Christus *discite à me; quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus vestris.* (Matt. 11. 29.) tum vero reclinare in Christum bona fiducia, ac ei te adstringe firmo proposito, proficiendi indies in virtutibus. Proximum autē tuū putabis sanis admonitionib⁹, stercorrabis orationibus, eriges exemplari vita, adstringes eleemosynis, alijsq; beneficijs.

Vinitorum actus. Mores etiā vinitorum sume. nam

1. *Primo*, vt illi in ipsa non dormiunt vinea, sed vesperi post laborem domum concedunt: ita in hac vita, requiem non desiderabis perfectam, sed eā remittes ad noctem vitæ huius, & domum Patris cœlestis.

2. *Secundo*, sicut illi in vinea externo non ornantur splendore, ac luxu; ita nec tempus hic est quærere ornatum superfluum cum coloni hic simus, operarij, opifices.

3. *Tertio*, sicut in vineam nihil adferunt, aut habent, nisi quod labori ipsorum seruiat, vt furcas ad stercorationem, vimina ad viendum, falces ad putandum &cæt. imo nec cibum, nec som-

ſomnum capiunt, niſi vt melius laborent: ita nihil à nobis in mundo poſſideri vult Deus, niſi ad vtilitatem vineæ: illuc enim nobis diuitias, honores, auctoritatem, eruditionem, ſanitatem, aliaq; dona ſpiritualia, ac corporalia, interna, & externa largitur, vt ijs in gloriam ipſius, animæque noſtræ ſalutem, ac proximi vtilitatem vtamur. Imo nihil niſi hoc fine à nobis fieri vult ſiue edamus, ſiue bibamus, ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſiue quid aliud tractemus operis. Iam recogita vtrum hanc Dei intentionem ſemper exequaris, an non plurimam temporis partem otio tranſigas, ac vineã diſpẽdijs; deſtruens, lædens, impediens, ſcandalizans proximum. Cogita Deum omnium tuorum inſpectorem, ac ſemper ad illum, ſicut ille ad te, reſpice. **Dei donorum finis.** *1. Cor. 10. 31. Coloſſ. 3. 17.*

Plus iuris Deus in nos habet, quam nos in equos, aliaque quæ poſſidemus. Ideoq; noſtrâ operâ poſſet ad voluntatem vti, ac dein de nobis ad placitum ſuum diſponere: ſicuti ſcopis, baculo, alijſq; rebus vtimur; ac deinceps in ignem, in ſterquilinium, in plateam eijcimus, nec rebus tamen iſtis fit iniuria, quia plane ſubſunt arbitratui noſtro. Nec iniuriam faceret nobis Dominus, ſi ita nobiſcum ageret: maius enim ipſi (tanquam creatori auctori Domino ac poſſeſſori) in nos arbitrium; quam nobis in creaturas alias. Propter diuinam tamen bonitatem, ac charitatem ſuam, qua creauit nos, vt à nobis agnoſceretur, & participaretur; noluit hac poteſtate vti Dominus, ſed noſtram operam, quaſi mercede conducere: non quod miniſterijs noſtris indigeat, ſed quia mercedem magnam nobis dare vult, quam noſtris tamen aliquo modo meritis vult acquiri. **Dominium Dei in nos.** **Quid poſſet Deus in nos.**

Atque ideo paciſcitur nobiſcum, ne velut coacti, ſed mercedis aſſecuratione, libentius ſeruiamus, ac faciamus eius voluntatem. Verum quidem eſt, quod inferni comminatione, etiam ad operandum nos compellat; exemplo filiorum Iſrael, quibus in monte Garizim, benedictiones; in mõte Hebal, maledictiones propoſuit; non tamen quærit perdere nos, ſed præmiorum ſpe, ac ſuppliciorum metu, ad laborem inducere. Iuſtus eſt, & liberalis, atque ideo nihil relinquit irremuneratum. *Deu. 27. 12. Ioſu. 8. 33.*

Mane primum quid.

Quod primo mane dicatur exiuiſſe dupliciter exponi poteſt. *Primo*, de initio mundi, cum parentes protoplaſtos cōdidiſſet; quod tum cum ipſis, & humano genere, de ſeruitio ſuo, eiuſq; mercede egerit. Sicut enim hic, in hoc die, ſex diſtincta recenſentur tempora; ita & ſex mūdi ætates, ſeu tēpora ſunt. *Prima* enim hora, erat ab Adā, vſq; ad Noe. Tertia, à Noe, vſq; ad Abrahā. Sexta, ab Abrahā, vſq; ad Moyſen, Nona, à Moyſe, vſq; ad Chriſtū. Vndecima, à Chriſto, vſq; ad iudicij diē. Hora *prima* multos bonos habuit Deus operarios; vt Abel, Seth, Enoch, Mathuſalē, alioſq; complures qui mundi pueritiā quaſi inſtituebāt. Omnis. n. illa ætas præfert pueritiā; tū, propter ruditatem, ac ignorantiā, tum, propter laſciuiā hominū. Quēadmodum. n. rudes ſunt pueri, neç ratione vtuntur: ſed ea ſectātur quæ ſenſibus placent in cibo, in potu, in odoratu, in guſtu &c. Ita & in prima mundi ætate maxima fuit rerum diuinarū ignorantia, ac concupiſcentiarum ſeruitus. *Secundo*, hæc tēpora accommodari poſſunt ætatibus hominū quæ quinq; ſunt ſecundū Varronem atq; alios. *Prima*: pueritia, vſq; ad annum decimum quartum aut quintū. *Secunda*: Adoleſcentia, vſq; ad annum trigeſimum. *Tertia*, iuuentus, vſq; ad quadrageſimum. *Quarta*, ætas virilis, vſq; ad ſexageſimum. *Quinta*: ſenectus vſq; ad ſepulcrum. *Primo mane* venit Deus, quando homines in pueritia ſua ad ſe vocat, per magiſtros, parentes, bonam ſocietatem, diuinis inſpirationibus ac medijs ſimilibus quibus apud pueros vtitur: vt cum Virgunculis Agnete, Priſca, S. Ludouico Rege Franciç, qui ita à Blanca ſancta matre, inſtituebatur, vt nunquā mortaliter peccaret. Beati ſunt pueri, quos ita curat Deus, vt nunquam ipſum offendāt. Ora eum, vt ita filios tuos foris, per bonos præceptores; ac intus, per ſe doceat; vt perpetuo ipſi placeant: ſed etiam tibi admouenda eſt manus, à teneris ipſos in doctrina Chriſtiana, ac virtutibus, verbis, ac exēplis præi. Dat illis remiſſionem peccatorum, ac gratiam ſuam, in Baptiſmi, ac Cōfirmationis Sacramētis; ac trahere eos vult ad ſe, ſicut dicebat Apoſtolis ſuis *ſinite paruulos venire ad me.* Timendum reuera, vt malo exemplo ſæpe eos iſtinc reuoces, ac verbis, quæ ex te audiunt, & execrationibus, deuotionibuſq; tuis, quas ſentiunt. Gratias etiam age Deo, quod Catholicos tibi

Marginalia: I. — Sex ætates applicatæ horis Euangelij. — *Greg. ho. 19. in Euan. init.* — Operarij primæ horç boni. — Prima mundi ætas, pueritia ci⁹ eſt. — Quinq; ætates hominis applicatæ horis. — Deus vocat pueros. — S. Ludouic. — Parentum cura in filijs inſtituendis. — *Matt. 19. 14.*

tibi parentes indulserit, quod semper in Ecclesia S. enutritus sis,& nullam vnquam nisi sanam doctrinam didiceris. sunt enim Dei beneficia illa ineffabilia,ac omnem merentur gratitudinem.

IV.

Conuentione autem facta cum operarijs,ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Deus propter bonitatem suam pactum init, cũ hominibus;de quo iuueni illi loquebatur, interroganti quid faceret, vt foret saluus: cui ait *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: Aliud nullũ opus, pro beatitudinis mercede exigit Christus. Vnde discimus verè,ac iuste Christianos operib⁹ suis cœlum mereri,ac non dari ipsis gratis,sine merito,ex pura beneficentia; Vbi enim pactum intercedit inter operantem,qui ex vna parte laborem suum dat;ac conductorem, qui de mercede laboris cum ipso conuenit, ac se ipsum ad solutionem obligat,ibi certè,qui conduxit mercedem debet, quando alter laborem pactum impendit. Quãdo Deus nobiscũ paciscitur, & mercedem addicit,eam ex parte sua debet, quando nos ex parte nostra egimus,quod sumus exacti,ac debuimus, seruãdo sc. mandata. Merces hæc denarius vnus est,significans regnum cęlorum. *Primo* enim:sicut,à denario numero, nummus hic dicitur *denarius*; quia sc. valet decẽ asses;qui numerus perfectus est,continens in se omnes numeros: ascendendo enim supra denarium,geminantur tãtum numeri priores, qui intra denarium continebantur: ita & cœlestis gloria perfecta est, continens omnem in se iucunditatem,& bonum quodcunq; quis desiderare possit & hominem vt testatur psalmista explet,*satiabor cum apparuerit gloria tua.* *Secundo*, sicut nũmus rotũdus est;quæ figura nec principium habet, nec finem, vt clarũ est,in eo qui in orbem ambulat,qui semper circumit,nunquã exitum inueniens:ita nec in cœlo finis est; qui semel illuc admittitur, nunquam emittitur. Eadem etiam figura est capacissima; vt in eadem significetur, omnium bonorum ibi largissima copia. *Tertio*, sicut impressa est nummo imago Cæsaris,vt patet in *census numismate*, quod imaginem Cæsaris habebat, ac inscriptionem; ita & sancti, Deum intra se, quem possident,habent;cuius visione beati sunt. Hoc denario operarij in vineam conducti sunt, non temporalium bonorum promis-

Matt. 19. 17.

Christiani vere merentur.

Denarius quid,& cur.

1.

Psal. 16. 15.

2.

Circulus infinitus.

Capacissima figura.

3.

Non cõducimur promissione temporalium.

promissionibus, victu scil. amictuq; non enim deceret diuinam maiestatem, tam exigua retributio, qui filijs suis (vt diuitias eius decet) amplissima rependit præmia. Pauperes filijs suis, pro tenuitate sua, modica rependunt; ac ditiores mãcipijs, equisque suis de necessarijs prospiciunt. ita & Deus impiorum bona quædam quæ forte agunt, temporalibus remunerat donis; ac filijs suis nihil patitur in necessarijs deesse (pater enim filio alimenta debet) sed supra hæc, dat illis hæreditatem paternam, id est, bonis illorum operibus vitam æternam.

Obiectio contra merita ex ratione filiationis.

Quæres hic, Quomodo cœlum bonis operibus mereamur, si iure hæreditario, nobis tanquam filijs, & hæredibus debetur. Quemadmodum enim ad nihil tenetur filius, vt post obitum patris bona paterna adeat, ita male videntur à nobis, pro cœlesti hæreditate, bona opera exigi.

Respons. 1. Filij adoptiui sumus.

Respondeo. *Primo,* Quod nõ simus filij Dei naturales, sicut sumus filij parentum nostrorum; ac proinde nõ habemus par ius ad illam hæreditatem, sicut ad parentum: isto enim modo solus Christus tanquam filius per naturam, hæres est Patris cœlestis, qui paternis bonis non potest arceri. sumus autem filij adoptiui, atque assumti per diuinam gratiam. Atque ideo Deus non aliter nobis debet hæreditatem, quam quod nos adoptauerit in filios, in qua adoptione, illud pactum includitur, quod seruiemus ei omnibus diebus vitæ nostræ, ac mãdata eius seruabimus, vt non tantum, tanquam filij, hæredes simus, sed etiam, tanquam serui, hæreditaria bona nostris obsequijs promereamur, ac ijsdem operibus confiteamur nos diuina gratia, & non natura cõstitui hæredes. Opportuna hic erit similitudo. Si Rex quispiam me, ea lege constitueret hæredem, vt per omnem ipsius vitam ipsum deducerem ad templum, aut aliquid alterius præstarem ministerij, reuera & hæres eius essem, & hæreditatem famulatu meo mererer; ita tamen vt dignitatem hæredis non promererer, ad illam enim non meis meritis, sed Regis dignatione ascendi. Fieri etiam potest vt nulla ipsi præstans ministeria, hæreditatem possideam, si nimirum nulla mea culpa æger, aut inhabilis fio, aut moriatur Rex, antequam ad ipsum valeam accurrere; sed ministe-

Quomodo nobis hæreditas debeatur.

Simile.

nisterijs meis, possessionem hæreditatis mereor, quam sine operibus non consequerer. Ita inter Deum, & nos, se habent negotia. Deus suscipit nos tanquam filios, & hæredes nos cõstituit, sine nostris meritis, in sacramentis suis; maxime Baptismi, & Pœnitentiæ, nec tamen vult nos ad hæreditatis possessionem, sine nostro merito admittere. Innocẽtes, ac baptizati infantuli, hæredes sunt, & hæreditatem possidẽt sine suis meritis, si in innocentia decedant. similiter & stulti, quibus nullus rationis vsus est: at nos qui discretionis annos attigimus, Deo seruire debemus, eiusq; facere voluntatẽm vt hęreditatis accipiamus possessionem. Respondeo. *Secundo*, Dici posse naturalem filium promereri hæreditatem paternã, quando facit quæ iubetur; nec dat caussam vllam cur exhæredetur, per inobediẽtiam, aut flagitiosam vitam. Qui itaq; viuit, sicut Deus pater vult, meretur accipere hæreditatem. Ad hunc modum maximam beatitudinis suæ gloriam Christus promeruit, quæ quamuis ipsi, tanquam naturali Dei filio, competat, qui iure omnes creaturas præcedit, merebatur tamen eam, per obedientiam suam summam, inquit B. Paulus: *factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu, omne genu flectatur; & cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Ad eundem modum & nos obedientiæ operibus cœlum meremur, quod multo gloriosius est, quam si nobis mera liberalitate donaretur, quod enim aliquo nostro merito accipimus, accipimus liberius, ac meliore iure exigitur, quam si sola donatione nostrum esset. Ita multo gloriosius in cœlum ingredientur, qui laboribus suis, ac meritis illud lucrati sunt; quam innocentes pueruli, qui sine labore regnum cœleste adepti sunt.

Applicatio. *Innocẽtes.* *Stulti.* *Resp. 2.* *Etiam filij naturales merentur.* *Christus meruit.* *Phil. 2. 8.* *Gloriosius est accipere ex merito, quam ex purà gratia.*

Respondeo *Tertio*. Bona nostra opera non tantum gloriam mereri, sed etiam incrementum gloriæ. quo enim opera nostra maiora, & pleniora charitate sunt; eo & maiorem in cęlo coronam merentur. Et *sicut stella differt à stella in claritate*, propter solis lumen, quod perfectius participat; ita & diuersi beatorum ordines sunt, & (vt aiebat Christus.) *mansiones multæ in domo patris eius.*

Resp. 3. *Meremur etiam augmentum gloriæ.* *1. Cor. 15. 41.* *Ioan. 14. 2.*

Con-

Conuentio quando fiat.

Conuentionem hanc facit paterfamilias, cum operarijs, antequam eos mittat in vineam. Quod in nobis ante Sacramentum Baptismi impletur, cum sacerdos interrogat nos de fide, & voluntate nostra, ac ea proponit, quæ nobis in Ecclesia facienda sint: cum enim ad omnia consenserimus, ac obligauerimus nos, baptismum confert, id est, mittit nos in Ecclesiam, per beptismi ianuam, vt in ea laboremus, ac Dei præcepta impleamus. Dices. Ego nihil scio de pactis, puer eram cum baptizarer, & meo nomine quid actum sit nescio: atque ideo non arbitror me teneri ad laborem vineæ, aut obseruantiam mandatorum, superiorum Ecclesiasticorum.

Obiect. de conuentione non facta.

Responsio. Vnus potest alterū obligare.

Respondeo, parentes, & tutores: filijs, ac pupillis obligationē inducere in contractibus; maxime cum notorie, ad ipsorum vtilitatem sunt. & Minorennes cum sui iuris per ætatem sunt tenentur, ad seruanda pacta. Certum est conuentionem in baptismi Sacramento factam, non vtilem tantum, sed & necessariam esse baptizato. *Primo* enim: ad nihil se obligant, ad quod alias non tenerentur; videlicet ad abrenunciationem Sathanæ, & obseruationem mandatorum Dei. *Secundo*: Eam vitam suscipiunt, cum qua nascerentur, si non peccassent parentes primi. Vt enim Gregorius Nazianzenus, inquit: *Primum Adam assumimus, vt non maneamus ijdem qui sumus; sed transformemur in id quod prius eramus*, scilicet antequam Adam peccaret. Atque ideo, sicut pupillo querela nulla est, si per tutores restituatur in regnum, quo parentes exciderant; ac eas cogatur accipere conditiones, per quas in illo parentes constituti fuerant: ita & nobis facienda illa sunt, quæ Patrini in baptismo, nostro nomine spoponderunt, quandoquidem ibi hæredes constituti sumus regni cœlestis. *Tertio*, De damnationis periculo liberantur, per exiguum, quod ipsorum loco datur, chirographum. Si lethaliter esses vulneratus, loquela destitutus, & sensibus; non haberes contra me quærimoniam, si assumerem te sub tectum meum, ac ibidem tui curam agerem spondens, tuo nomine, impensas pro medicis. S. Ecclesia mater tua videns te sub manu diaboli, inde te exi-

Pactum in baptismo vtile.

1.

2.

Nazia. or. 2. in sanct. lumin.

Simile.

3.

te eximit, suscipit te in domum suam, sanat te per Sancta Christi Sacramenta, fideiubens pro te, quod Dei mandata seruaturus sis. Nulla itaque tibi causa inficiandi pacti, sed cogitandi quotidie, quanta tibi ostensa sint bona, quod à prima ætate Christianus sis, errores nunquam videris infidelium; sed omni vita sanam doctrinam, ac Sacramenta S. Ecclesiæ imbiberis. Oportet etiam te expendere fœdus cum Deo, in baptismo initum, ac videre quomodo illi satisfacias; certus quod cui multum dederit, multum ab eo exacturus sit Dominus. Caue tibi à vinea diaboli, quam Moyses vineam dicit *Sodomæ ac Gomorrhæ*, quæ, post multos sudores, nihil quam intolerabilia tormenta germinat. Sicut enim CHRISTVS operarijs suis, eandem, quam habet mercedem, dat: ita diabolus suis aliam dare non potest, quam ipse pro peccatis acceperit, id est, inferni pœnas.

Vinea diaboli.
Deut. 32. 32.

V.

Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis. Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Quinque hic dicuntur. *Primum*, quod iterum circa tertiam horam Deus exiuerit, quod magnam ipsius pro salute nostra, circa quam tam incurij sumus, sollicitudinem indicat. In Canticis Salomonis, dormiebat sponsa, & sponsus foris stabat, madidus *rore*, *& guttis noctium*, pulsans vt intromitteretur, at pigra ad surgendum sponsa. Quotidie id nobis vsu venit; qui salutem nostram, & diuinam gloriam fere negligimus, quamuis frequenter inspirationibus, bonisque admonitionibus Deus nos pulset. Stamus in foro, occupati negotiationibus nostris, rebusq; temporalibus. *Tertia*, hæc hora significare potest, secundam mundi ætatem: à Noe, vsque ad Abraham, qua mundus adhuc iuuenculus erat, ac ferociens, cum ædificarent homines turrim Babel, & confusione linguarum dispersi sunt, per orbem vniuersum. Vir sanctus, & omnium istorum hominum pater Noe, toto illo vixit tempore, donec scilicet Abraham annos haberet quinquaginta, & octo: ac omni studio liberos suos in virtute instituebat. Verum illi, vt iuue-

Solicitudo Dei pro salute nostra.
Cant. 5. 2.

Tertia hora, mundi ætas secunda.
Gene. 11. 18.

Noe quandiu vixerit.

noe

Pauci tunc sancti.

Tertia hora est secunda ætas hominis.

Adolescẽtię pericula.

Pretium.

nes inconsiderati, surda hæc aure audiebant: vt & admonitiones optimorum parentum, Sem, & Iapheth. atque ita nihil singulare de vllis illius temporis sanctis legimus, vsque ad natiuitatem Abrahæ. Intelligere etiam possumus per horam hanc *tertiam*, secundam ætatem hominis: videlicet, Adolescentiam, id est, ab anno 16. vsque ad 30. quæ ætas periculosissima est: tum, ob passionum, affectuumque vitiosorum vigorem; tum, ob ignorantiam, & inexperientiam. Iuniores videntur sibi scire omnia, quærunt libertatem, & tanquam pulli onagrorum soluti in perniciem ruunt, non curant parentes, nec præceptores: hæc tamen ætas omnium solet esse pretiosissima, qua solet Deus optimas instillare admonitiones, ac interna eos permouere dulcedine; maximè si fœdis nullis spurcati sint vitijs. Hæc enim ætas aptissima est, ad vitæ genus eligendum, ac seipsum bonis institutionibus, ac consuetudinibus coaptandum. Hac ætate à Christo vocatus est Sanct. Ioannes, alijque plurimi Sancti. Atque ideo maxime illa ætate, sollicitos decet esse parentes pro filijs, ac crebro eos admonere, vt diuinas inspirationes bene attendant.

Forum.

Officina diaboli.

Merces.

Negotiatores.

Officina Christi.

Merces.

Secundum est. Quod paterfamilias operarios viderit stantes in foro otiosos. *Forum*, mundus est; in quo omnia venalia sunt. Habet officinas suas diabolus; vbi vanitates, voluptates omnes, animæ tuæ denario vendat. merces ipsius foris pulchræ, intus sunt putidæ. Ad mensas, ac cathedras ipsius sedent vsurarij, deceptores, seductores, quibus quæstus est ex damno tuo. Christus etiam hic habet officinas suas; vt Monasteria, statum virginum, omnis generis virtutes, quas in vita bonorum hominum possumus aduertere; si cum B. Antonio, Hilarione, Hieronymo, alijsque, piorum vitas velimus intueri, ac cum omni diligentia sciscitari, & inquirere, quæ nobis seruiant. In officinis his Deus ipse venalis est; ac pro se, nihil quam te exigit: da te illi, & ipsum habebis. Certe pretium vile est; pluris enim est Deus, quam tu. Etiamsi exterius non tantum, quantum mundanæ merces, promittat; intus tamen multo speciosior est, infinito iucundior, amabilior, suauior, ac delectamento

plenior.

plenior. In foro hoc varia hominum genera sunt: alij emunt, alij vendunt: alij canunt, alij saltant. Hic Iudas spiritualia bona venum exponit, dicens. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam.* Simon Magus pecunias adfert, ad *dona Dei* spiritualia pecunijs acquiréda. Omnia hic plena strepitu: vt solent fora, cum feruent; quilibet alicere studet emptorem. Operarij hi stabant otiosi, exspectantes conductorem; & significant. *Primo* eos, qui in otio vitam transigunt, quos diabolus sine difficultate ad officinas suas allicit, vt docebat Christus, de immundo spiritu, qui eiectus, non inueniens requiem, reuersus est ad domum priorem, quam vacantem inuenit, ac ornatam, quo septem nequiores adducebat secum. *Secundo,* homines curiosos, & cupidos rerum nouarum; qui ea spectatum vadunt, quæ in forum veniunt, id est, secularia. Ita Dina ibat in ciuitatem, ad videndas terræ illius mulieres; quæ rapta, & stuprata est à filio Regis: si gallina sola per plateas currat glocitans rapitur statim. *Tertio,* qui non laborant ad profectum; sed quasi contenti vitâ quam ducunt, in eadem acquiescunt. Nullum certum vitæ genus deligunt, nec futura cogitant, sed manent qui erant; tum, quia libertas ipsis placet; tum, quia difficultates metuunt in Dei seruitio. Talis erat iuuenis opulentus, quem monebat Christus, omnia dare pauperibus, ac se sequi. Ea ætate deberet homo se ad certũ aliquid componere, ac orare Deum pro certo vitæ statu, in quo ipsi optime seruiat, proximis maxime prosit, ac suã vitam sanctissime claudat.

Negotiatores. *Matth 26.15.* *Act.8.18.* Operarij hi quos notet. 1. *Matt.12.44.* 2. *Gen.34.2.* 3. *Matt.19.21.*

Tertium est. Quod paterfamilias operarios in vineam suam miserit. CHRISTVS enim vult, vt iuniores omnia studia sua, ac intentiones ad animarum lucra componant, quisque pro gradu suo. atque ita, iuniores semper considerare deberent animarum salutem, ac aduertere in seipsis diuina dona; vt iuxta illa, vitæ genus commodum deligant, & se ad opportuna studia, opificia, aliasque actiones tradant. In omni bono, ac legitimo statu animarum salutem potes operari. Ecclesiastici, concionibus, orationibus, laici, iustitia, ac misericordia, diuites, eleemosynis. Non exiguum est lucrum, cum parentes filios, ac familiam in Dei timore continent:

Cura salutis in omni statu habenda.

Gen.18.17.

ſicut fecit Patriarcha Abraham, de quo Deus. *Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum? ſcio enim, quod præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, ac faciant iudicium, ac iuſtitiam.* Quare quando ſentis in adoleſcentia tua, ad vtilem te laborem vocari, noli timere; offer Deo libens iuuentutem tuam, qui flos eſt omnis ætatis tuæ. Nulli magis flos debetur, quam eius auctori. Noli imitari impios mundi ſectatores, qui florem iuuentutis diabolo, fecem ſenectutis Deo conſecrare ſtatuunt. Timendum vt Deus hūc florem reſpuat, & mundo relinquat, cuius antea miniſterijs ſeruiebat.

Cur hic nō fiat mentio pacti. *Imperf. hom 84.*

Quartum, Quod paterfamilias cum his nouum non faciat pactum, ſed dicat ſolum: *& quod iuſtum fuerit dabo vobis.* Imperfectus hanc aſſignat rationem, quia Deus Adamo antequam peccaret mercedem promittebat, ne peccata excuſaret, dicens: neſciebam quid pro obedientia mea habiturus eſſem præmij. Cum Deus poſteris eius eandem mercedem paratus eſt dare, non ignorabat, quin eidem libenter acquieſcerent, quaſi opinione plus accipientes. Aliam dare poſſumus rationem, quod ſine pacto dicat Chriſtus: *Dabo quod iuſtum fuerit.* vt ſciamus, merita piorum non ſolum mercedem mereri, ex promiſſione Dei; ſed etiam in ſe condigna eſſe mercede, non vt proficiſcuntur à nobis, aut ſecundum naturalem ſuam entitatem, ſed vt fiunt per Chriſtum, qui in nobis eſt, & à Spiritu ſancto, qui in nobis habitat per gratiam ſuam. de quibus ſanctus Paulus: [a] *viuit vero in me Chriſtus.* DEVS [b] operatur in nobis, quod [c] Spiritus ſanctus in nobis oret, quod [d] gratia ſua opera noſtra adiuuet. Quamuis enim opera bona in ſe exigui meriti ſint, vtpote parui laboris; atque, quatenus à nobis ſunt, non faceret iniuriam nobis Dominus, etiamſi pro illis cœlum non daret; tum, quia ea ex nobis non facimus, ſed diuino auxilio, ac cooperatione; tum, quia ſine promiſſione, ac pacto nō tenetur remunerare, quæ pro ipſo facis, ſicuti non teneris ad ſatisfaciendum alicui, pro labore ſuo, qui inuocatus, ac iniuſſus, ſponte ſua aliquid pro te facit; etiam ſi labor, ac opus aliqua mercede dignum ſit: certum tamen eſt, quod opera iuſtorum non cœlum

2. ratio.

Opera noſtra in ſe meritoria.

a *Gal.2.20.* b *Cor.12.11.* c *Ephe.1.12.* d *Rom.8.26.*

Opera noſtra poſſet Deus abſolute non præmiare.

lum tantum mereantur, ob promissionem Dei, de qua S. Iacobus, quod *accipient coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se*: aut propter pactum; de quo adolescenti loquebatur Christus: *si vis ad vitam ingredi, serua mandata*: sed etiam quia in ipsis condignitas quædam est operibus ad præmium æternum, adeo vt ex condigno non satisfieret ipsis, mercede aliqua temporali, quæ dignitas ipsis prouenit, ab intrinseca Spiritus sancti gratia, quæ vt Christus, inquit, *fons est saliens in vitam æternam*; ac *Dei semen* de quo S. Ioannes, Quare sicut riuus ex fonte profluit, & arbor ex semine pullulat, ita cœlestis gloria nascitur ex gratia bonorum operum; quæ gratia filios nos constituit, ac hæredes DEI, quorum opera cœlo digna sunt. Disce hinc *Primo* bona opera non contemnere, nec pro ijs, vt solent *Pharisæi*, mercedem aliquam temporalem recipere, merces enim mundi non sufficit, & remunerationem: cum æternam mereantur. Disce *Secundo*, in plurimis te exercere bonis operibus, vt merces tua augeatur: non enim carebit mercede potus aquæ frigidæ. Disce *Tertio*, te custodire in statu gratiæ, ac feruidissima charitate bona, quæ agis operari: nulla enim opera cœlum merentur, quam filiorum Dei: ac quo charitas in ijs ardentior est, eo & præmium illis maius competit; quandoquidem pro mensura charitatis, ac gratiæ, metitur Deus gloriam.

Opera nostra nō merentur ob solum pactum. Iacob. 1. 12. Matth. 19. 17. Ioan. 4. 14. 1. Ioan. 3. 9. Documenta tria. 1. Matth. 6. 2. 2.

Quintum est, Quod obediant operatij hi continuo patrifamilias, ac, iuxta eius voluntatem, & in vineam laboratum abeant. Ita S. Petrus, S. Andreas, aliíque fecerunt Apostoli, Iacobus, Ioannes, Philippus, Matthæus, &c. Beati qui verbum Dei statim capiunt, nec labore indigent, antequam ad vineam Domini inducantur. Nonnulli verba non curant, sed trahendi, ac compellendi sunt: at vtcunque ad Christum perueniatur, illuc saltem peruenire vtilissimum est. Alij trahuntur spe alicuius boni, quod à CHRISTO expectant; vt canis osse trahitur. Ita multi ad ipsum veniebant ægri, sperantes ab ipso sanitatem, ac multi pauperes, vt comederent de *panibus*. Ita & multi Religiones assumunt, vt in ijs commodius viuant; ac multi Ecclesiasticum statum amplectuntur, magis lucri spe, quam amore DEI.

Deo statim obediendū. Matt. 4. 20. & 9. 9. Ioan. 1. 43. Aliqui trahuntur ad Deum. Ioa. 6. 2.

nihilominus cum illuc peruenerint, possunt facilius opportunitates Deo seruiendi captare. Magdalena etiam trahebatur ad Christum, sentiens molestam peccatorum suorum sarcinam, ac ab ipso petebat leuamen. Alij ad Christum compelluntur, vt sanctus Paulus, & omnes, qui timore conuertuntur. Sophronius de puella quadam scribit, quæ Alexandriæ habitabat templo vicina; quo se quotidie conferebat, ad preces. quod vbi aduertit diabolus, tetendit ei insidias, ac suscitauit adolescentem quendam lasciuum, vt eam adamaret, qui semper viam obsidebat, ac multa amatoria ad templum eunti inspirabat in aurem. Cum hęc multo iam tempore ageret, nec se ab hoc homine posset expedire, de templo reuersa, aduocauit iuuenem. accurrit lætus, alacerq; iussit assidere, ac rogauit quorsum amatoria ipsius verba omnia, quid peteret? respondit se eius amore captum ardentissimo, ac mirifice illam oculis suis placere. quæsiuit quid in me amas maxime? respondit, speciosissimos tuos oculos, illi enim ita abstulerunt cor meum, vt sine te viuere non valeam. Puella hoc audiens, sumto oculo vtramque sibi pupillam effodit, ac dedit amanti, dicens; habes quod petisti, vade, & desine me inquietare. Videns iuuenis hũc puellæ zelũ, ita cõmotus est, vt confestim se Religioni grauissimæ traderet. Hoc quidẽ factũ nõ imitabimur, quãuis peculiari Dei instinctu factũ sit, pquã bene, talia.n. à nobis nõ vult. sed discemus peccata deserere, ac nõ expectare, donec per talia media, ad Deũ cõpellamur.

Luc. 7. 37.

Aliqui compelluntur.

Act. 9. 4.

Sophron. in prato. c. 60.

VI. *Iterum autem exijt circa sextam, & nonam horam, & fecit similiter.* frequenti hoc exitu patrisfamilias significatur Christus magis de nobis quam nos de ipso curare. dicebat *non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* ille prior est in vocando, posterior in recedendo: nos primi sumus in recessu, in accessu postremi. Nõ tædet ipsum laboris, quantumcunque ad nos frequens pulsatum veniat, dummodo tandem aliquando admittatur. quærit te in iuuentute, in virili ætate, quæ per sextam, & nonam horam significãtur; summum tempus est, vt eum cum his sequaris operarijs. summa enim Dei charitas est, quæ non cessat nos quęrere, ac varijs tentare medijs, etiam aliquoties passa repulsam. Si imperator mendicæ alicuius adiret ianuam, amici-

Christi de nobis sollicitudo.

Ioan. 15. 16.

micitiam eius, ac promotionem expetens, illa vero ipsum sperneret;summam certe charitatem,ac patientiam ostenderet ille, si non cessaret ipsam ad amorem inuitare,imo ipsa omni iudicaretur beneficio indigna. Christus non quærit sua in nobis,sed salutem nostram, venit singulis diei horis,inuitat nos promissis,terret minis:mirum est, corda nostra non emolliri.saxa guttis paulatim cauantur, & nos assiduis Christi admonitionibus nihil cedimus.imo tanto mouemur minus, quanto Dei verbum audimus frequentius. vt enim primo aduentantibus malleatorum incudes, ac strepitus molesti sunt,assuetis autem nihil,aut admodum parum; ita & nos, iam multo tempore ad iudicium Dei,mortem,infernum occalluimus,ac magis illis percelluntur gentilium, & paganorum corda, qui primum hęc audiunt, ac ad Christum conuertuntur; quam nos,qui hæc iam ab ineuntę ætatę audiuimus credidimus,& vitā nō emendamus.Deus venit in mundum ad horam *sextam* temporibus Abrahæ; tum enim mutationem quandam cæpit mundo inducere, vocans Abraham ex patria sua,dans ei mandatum circumcisionis, vt sic posteritas eius ab alijs omnibus discerneretur; ac Messiam ex semine ipsius promittens.Illo tempore plura, & clarius quædā de Deo cæpit mundus cognoscere, Abrahamum secuti sunt Isaac,Iacob,duodecim Patriarchæ, ac Deus ab ipsis nominatur Omnipotens,Deus Abraham,Isaac,& Iacob. *Nona* hora, cæpit tempore Moysis, cum filios Israel educeret Deus de Ægypto,ac cultus sui ceremonias mutaret.Quę quandoquidem inter Iudæos manserūt, vsque ad Christi tempora;ideo durauit nona hora;à Moyse,vsque ad Christum;quo tempore plurimos sanctos misit Deus in vineam suam; vt multos SS.Reges,Prophetas, Sacerdotes, qui erudiebant populum. Origenes quinque has vocationes explicat de quinque hominis sensibus:ita vt Visus postremo vocatus sit, cum Christum Deum & hominem adspexit,docens nos, quod sensus nostros melius debeamus componere.*Prima* enim hora,Eua vetitum pomum tetigit, quod ipsa sibi dicebat mandatum à Domino ne contingeret; atq; ita corporali ac sensibili partus dolore punita est.*Secunda* ætate tēporib⁹ Noe, dicitur Domi-

Duritia hominis.

Hora sexta, tertia mundi ætas.

Gen.12.1.& 17.11.

Gen.20.

Hora nona, quarta mūdi ætas.

Orig.in Mat.

Quinque horæ,vocationi quinque sensuū applicatæ.

Gen.3.3.

Gen.8.21.

nus suauem sacrificij odorem odoratus; vt nos inanes, ac fœtidos odores declinaremus. *Sexta* hora, gustus sanatus est; cũ Deus Abrahami cibos comedit, ac gustauit. *Nona* hora Deus auditui benedicere voluit; cum loqueretur populo, ex mõte Sinai. Ad *Vndecimam* autem oculis benedictio data est, qui Christum videbant, ac omnes reliqui sensus eorũ, qui ipsum audiebant, tangebant, cum ipso manducabant, bonum odorem doctrinæ, ac conuersationis eius sentiebant. Discis hinc quod per Christi gratiam omnes sensus tuos frĕnare debeas, ac extra Christum oblectamenta non quærere, quem audis quotidie, ac in Ven. Sacramento vides, tangis, olfacis, gustas.

Gen. 18. 9. Exod. 20. 19. Matth. 13. 16.

Quomodo Christus in passione sua nos per horas quæsierit.

Vtiliter hic meditari possis, quomodo per sanctissimam passionẽ suam, hisce horis Christus te quæsierit, vt eum semper habeas præ oculis, ac, cum Ecclesia sancta, eisdem horis illum glorifices. *Prima* enim hora, ex domo Caiphæ à Iudæis turpiter ligatus, ac cõsputus, deductus est ad Pilatum, & Gẽtibus traditus. hora *tertia*: flagellatus, ac coronatus est; hora *sexta*: in crucẽ fixus, ac erectus est. hora *Nona*: emisit spiritum. hora *vndecima*: latus ipsi apertum, ac in sepulchrum depositus est. Horum memoriã in Canonicis horis Ecclesia seruat, vt S. [a] Athanasius, [b] Basilius, [c] Cassianus interpretãtur: optandũq; foret si & tu per diẽ, horũ meminisses: officiũ B. M. legẽs, aut (si tẽpus deest) officiũ de S. Cruce, vel Spiritu S. &c. aut saltẽ, vt ijsdẽ horis ad Deũ subleuares animũ, ac iaculatoria ipsum prece, vt Sancti in Ægypto solent, Salutares. Destinares his horas certas, pro anni tẽpore quo Christus passionẽ suã tulit, videlicet in Martio, cum æquinoctiũ est. tum. n. *prima* hora erat, nostra *sexta* matutina: *Tertia* nostra *nona*, *sexta*, nostra *duodecima*: *nona*, nostra *tertia* pomeridiana, *vndecima* nostra *quinta*. Hisce horis has aut similes fũdere poteris precatiũculas. *Hora sexta matutina*. O Domine Iesu Christe gratias ago tibi, ꝙ hac hora pro me Pilato iudici, homini gentili, traditus sis: vt ab ipso flagella, spinas, ac crucẽ susciperes. Quæso te, ne veniã in manus inimicorum meorũ. *Hora nona antemeridiana*. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, ꝙ pro me hac hora flagellatus sis, spinis coronatus; oro te, laua animã meã pretioso sanguine tuo, & aufer à me peccatorũ meorũ pœnas. *Hora duodecima meridiana*.

a Lib. de virgin. b Reg. 37. ex fusè explicatis. c lib. de instit. cœnobi.

Precatio pro sexta matutina.

Pro nona.

Pro duodecima.

diana. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, quod hac hora pro me cruci confixus sis, atq; ita exaltatus: quæso te, cõfige me tibi: insolubili charitate, & me ad te in gloriã cœlestẽ subleua. *Hora tertia pomeridiana*. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, quod hac hora pro me mortuus sis, ac per mortẽ tuã, pro mũdi peccatis satisfeceris, ac vires diaboli fregeris: oro te omnia mihi peccata dimitte, & in hora mortis meæ diabolũ cõtere *Hora quinta vespertina*. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, quod hac hora lancea tibi passus sis latus aperiri, vnde sanguis fluxit, & aqua, ac deinde in terrã sepeliri, quæso te, abscõde me in lateris tui vulnere, ac tecũ me sepeli, ne vanitates seculi sentiã. Hæ quinq; sunt horæ de quibus Euangeliũ loquitur: quæ etiã, horis canonicis ab Ecclesia honorãtur quas vocamus *Primã, tertiã, sextã, Nonã, & vesperã*. si septem horas sequi velis, poteris vesperi qñ incũbis, loco cõpletorij, captiuitatẽ Christi tali oratiuncula recolere. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, quod hac hora pro me sanguinẽ & aquã sudaueris, ac dein à Iudæis capt⁹, ac ligat⁹ sis: oro te, esto mecũ in omni tribulatione, ac solue me à peccatorũ meorũ vinculis. Ac demũ loco Matutinorum, quæ nocturnis horis cani solent, poteris summo mane, aut de nocte qñ euigilascis; tali oratiunciuncula precari. O Domine Iesu Christe, gratias ago tibi, quod tota passionis tuæ nocte, sine requie in Annæ, & Caypħæ ædib⁹, à Iudæis accusatus sis, morti adiudicatus, consputus, percussus, velat⁹, illusus, ac mirabiliter vexat⁹: oro te, præsta verã requiẽ cõsciẽtiæ meę, ac custodi me, ab omnibus hostiũ animę meę ludibrijs. Si quotidie in his oratiunculis suo tẽpore te exercere volueris; passionẽ Christi semper habebis præ oculis, grat⁹ eris, ac sanctis in cęlo aliquo modo similis, qui nihil aliud quàm Deum continuo laudant, ac gratias ei agunt. Alia adhuc horarum istarum sunt mysteria, quæ alibi breuiter explicui.

Pro tertia promeridiana.

Pro quinta.

Oratio pro Completorio.

Pro matutino.

Dom. 20. post Pent. §. 13.

VII.

Circa vndecimam vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis. Quid hic statis tota die otiosi? Hora *vndecima* incepit, cum sexta mundi ætate, quia ipsemet in mundum venit Christus, peccatores saluos facere. Multos inuenit otiosos, gentiles sc. qui nihil pro animabus suis laborauerant, à tempore quo gentilitati, & idololatriæ se dederant. Iudæos etiam per multos, qui

Hora vndecima, sexta mundi ætas

1. Ioan. 2. 18.

male viuebant. Omne tempus à Christo, vsque ad consummationem seculi, hora *vndecima* dicitur. & (vt S. Ioannes ait) *nouissima hora*, quia vltimum tempus est, post quod non erit aliud; nisi nox, id est, mundi generalis interitus, ac iudicium extremũ. Notãdũ, ꝙ prædictæ horæ singulæ, tres, aut duas intra se horas cõtineant: vt à prima vsq; ad tertiã, à tertia vsq; ad sextã: &c. quãuis inter se differant: vt ætas à Noe, vsq; ad Abraham annos tantum 944. ab Abrahã, vsq; ad Moysen, 462. annos. &c. & vltima ætas incipiendo à Christo, vnam tantum horam habet, licet iam 1600, anni inde fluxerint. Ratio est, huius horæ commoditas qua sine molestia Dei mandata seruamus; ac cum voluptate. Sicut enim horæ, quæ cum iucunditate transeunt, breuiores apparent, ijs quæ cum labore absoluuntur, ac molestia, ita & vltima mundi ætas videri potest breuissima, propter copiosorem gratiam Christi, quæ laborẽ nobis reddit iucundum, ac delectabilem. Vltima etiam ætas vitæ humanæ, per eandem horam denotatur: nam etsi aliquando protractior est, id tamen rarum est, ac admodum incertum. senes enim semper mortem deberent meditari, ac præstolari, semperque eam obseruare, sicut ipsi ab illa obseruantur, vt ad illos properet, per excessum aliquem in cibo, in potu, per commotionem iracundiæ, per immoderatam lætitiam, aut mœrorem, ac alias passiones, perturbationesq; oẽs, quæ vitæ obsunt. Summa Dei gratia est, quod in senectute quosdam vocet, qui omnem vitam in peccatis cõtriuerunt. Sapiens inquit, *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* id est tales seruabit in canitie mores, quales in adolescentia imbiberit: non enim, sine singulari Dei beneficio, vitiosæ consuetudines superantur. Atque ideo sanissimũ est Ieremiæ consilium: *portare iugum Domini ab adolescentia.* ac optimis semper assuescere. Quãuis enim postea bonæ actiones sine difficultate, ac ex consuetudine fiant, non ideo minus; sed potius magis meritoriæ sunt, quam si eas cum molestia operareris: tum, quia hanc consuetudinem Dei amore quæsiuisti; tum, quia bonum liberius, ac studiosius agis sine reluctantia, quæ iam ante diu debellata est. sicut grauius latro peccat, qui ex consuetudine, quam qui cum remorsu con-

Horæ singulæ habẽt alias intermedias.

Hora vltima cur vnica.

Vltima ætas hominis.

Prou. 22. 27.

Thren. 3. 27.

Meritum non tollitur quia actio fit cum facilitate.

conſcientiæ latrocinia exercet primum incipiens. Qui in peccatis conſenuerunt hiſce verbis à Deo increpantur; *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* nemo enim increpationes melius meretur, quam qui vitam tranſegit in otio, & ſenectuti ſuę nihil prouidit, de quibus Sapiens. *Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate. Omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt. Deſideria quippe occidunt pigrum: noluerunt enim manus eius quidquam laborare.* Sicut qui ſæpè bona proponunt, & nunquam incipiunt, aut perſeuerant. Senes peccatores magis periclitantur, quam iuniores. Ideoque omni modo iuuandi ſunt, non parcendo carni, iracundięque ipſorum, vt ſpiritus ſaluus fiat. Quare ne timeas admonere parentes tuos, quos vides male viuere, etiamſi offendantur, ac audire dedignentur. Age quod potes, ne grauius damnentur. Guilielmum ſequere Achiepiſcopum Moguntinum, qui anno Domini 968. parentum ſuum Imperatorem Otthonem non eſt veritus arguere, quod Adelheidam affinem ſuam, duxiſſet vxorem. Offenſus Imperator cœpit eum, ac toto anno in carcere detinuit. Cum ipſum in quadrageſima dimitteret liberum, excommunicauit parentem filius dicens: *Credis à me fieri tibi iniuriam, atque ideo ad Iudicem Chriſtum te prouoco, vt ipſo Pentecoſtes die coram ipſo compareas.* Quod & factum, Epiſcopus enim prior mortuus eſt; ſubſecutus eſt Imperator, qui ipſo Pentecoſtes Imperatorijs ornatus veſtibus, ſacrum audiens, in templo ſubito expirauit. Hæc S. Petrus Damianus qui illis fere temporibus vixit. Rigor in parentes diuinus eſt, ac tum adhibendus, cũ media alia deſunt. Nota tamen leuiter operarios hos, & non pro merito increpari. Non dicit: *cur diem perditis peccando*, comeſſando, compotando, impudicitia, auaritia, ſimilibuſque peccatis? ſed *Quid hic ſtatis tota die otioſi?* *Primi*, ne peccatores ſenes deſponderent animum videntes peccatorum ſuorum multitudinẽ, ac ad ferendos magnos pœnitẽtię labores, in afflicta ætate indiſpoſitionem, corpuſque inhabile, ne cum Cain deſperantes dicerent. *Maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear. Secundo*: vt diſcamus, matrem, ac radicẽ peccatorum omnium, otium eſſe: ac otioſos non carere peccatis. Ezechiel peccata Sodomitarum ex ſaturitate, & otio dicit nata: Sapiens admonet heros, vt ſeruos in opere contineãt

Quoſnam Deus increpat.

Prou. 28. 19.
Prou. 21. 25.

Senis peccatoris miſeria.

Etiam parentes monendi.

Refert hæc Petrus Damiani ad Deſiderium Abbatem. Et ex eo Baron. Tom. 10 annalium. Anno 973. nu. 4.

Leniter increpati ocioſi.

1.

Gen. 4. 13.

2.

Ezech. 16. 49

Eccl 33. 25. *multa enim mala docuit otiositas.* Quare qui arguuntur otij, obliquè arguuntur peccati, quod ex otio succrescit. *Tertio*, vt non
3. Deus peccata hic quasi tegit. confundantur peccatores, ac confusi recedant. In hac vita Deus peccata nostra vult tegere, &, si possibile, minuere etiã: sed post hanc vitam omnia manifestabit, ac toti mundo turpitudinem nostram reuelabit, sine imminutione, sine excusatione vlla, vt contritione, confessione, ac pœnitentia, hic peccata nostra aut eluamus, aut saltem fœditatem eorum minuamus.
4. Opera peccatorum triplicia. *Quarto*, vt discamus occupationes omnes, quibus peccatores extra Deum distinentur, otium esse. Triplicia sunt eorũ opera.
1. *Prima*: peccata, quæ nihil nisi infernum merẽtur. *Secunda*: negotiationes ipsorum externæ, emtiones, vẽditiones, a-
2. liæq; occupationes, de sua natura indifferentes, quæ proinde
3 nihil merentur nisi secundum intentionem operantis. *Tertio* opera bona, qualia sunt sacrum audire, orare, eleemosynas largiri: quæ prẹmium aliquod merentur temporale, sed non ani-
Psal. 75. 6. mæ salutem. Atque ita sedent peccatores otiosi, & vacui, & tandem, inquit Psalmista: *nihil inuenient in manibus suis*, etiamsi hic fuerint viri diuitiarum in terris. Pueri otiantur cum ex lapillulis, ædiculas faciunt, opera enim ipsorum facile dissipantur. Ach quod hominum opera dissipanda sunt, vt ad salutem perueniant! Pellex relinquenda est, bona iniusta restituenda, detractiones reuocandę: otiatus es, quam diu talia operatus es, quę diffingenda sunt, sicut non proficit, sed frustra laborat, imo otiosus desidet, qui parat , quæ postea reparanda sunt.
5. Ratio. *Quinto*, Non aspere tractantur à patrefamilias operarij, quia necdum ab ipso conducti erant, si inuenisset eos post conductionem otiosos, optimo iure acrius in illos inueheret. Quod significat, non tam aspere tractandos à Deo, gentiles, qui Dei notitiam non habebant , quam nos, qui magnum cum ipso pactum iniuimus in Baptismi Sacramento, per quod in vineam ingressi sumus, ac ibi bonas horas perdimus ludendo, & otiando. Timendum, vt nos hisce verbis compellet: *Serue ne-*
Matt. 25. 30. *quam & piger quorsum te misi in vineam meam? quid operatus es ibi?*
In vitis PP. parte 4. *Quare ligate seruum inutilem manus, pedesque, ac in tenebras proijcite exteriores.* S. Macarius Abbas cranium inuenit hominis defuncti, ex quo in nomine Domine Domini sciscitatus est, cuius esset?

eſſet? Reſpondit, Gentilis fui, ac iam in inferno ſum, at infra nos, Chriſtiani nequam ſunt, quorum tormenta multo ſunt intolerabiliora, quia fidẽ Deo datam, pactumque violarunt.

Et dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Audent ſe excuſare operatij hi, qui tota die otioſi ſteterant, & iam quater patremfamilias, ad operas conducendos, viderant prodijſſe. Hæc noſtræ naturæ peruerſæ, quam ab Adamo, ac Eua traximus, vitiũ eſt: ſe excuſare, ac culpam deriuare in alios. S. Bern. ſcribit de ijs, qui ſe excuſant, quod dicant primo, ſe nõ feciſſe, ſi feciſſe cõuincantur, factum quidẽ fatentur, ſed male factum negant. Si & male factum probetur, exiguum dicunt peccatum alios delinquere etiam multo grauius. Ac ſi grande eſſe delictum inficari non poſſint, iam intentionem ſuam bonam excuſant, aut neceſſitatem. Si tantum malum eſt, vt nulla intentione excuſari poſſit, dicunt, decepit me diabolus, talis illuc me induxit. Imo & ipſum Deum cum Adamo incuſare audent dicente, *Mulier quam dediſti mihi ſociam, ipſa mihi dedit malum*: quaſi dicat, tua culpa eſt, quare mihi vxorem dediſti, quæ huc me pertraxit? Ita dicunt & operarij. *nemo nos conduxit,* id eſt, quo iremus, cum nos nemo quæreret. Si nos conduxiſſes cum reliquis quos ad tertiam, ſextam, nonam horam in vineam euocaſti, ſecuti fuiſſemus te etiam nos: magis tu, quam nos in culpa es. Ad iſtum modum, & nos peccata noſtra excuſare ſolemus, dicentes, non potui euadere. Deus mihi talem dedit naturã, non feci meipſum. Atque ita duplex peccatũ peccamus, addentes malam excuſationem priori delicto inquit S. Gregorius. Cetus magnus Leuiathan, de quo S. Iob. vndeque *opertus eſt ſquamuis*, tanquam *ſcutis fuſilibus*, ita ſe comprimentibus, vt *ne ſpiraculum quidem tranſeat per eas.* Quod ſignificat (iuxta S. Gregorij interpretationem) peccatorum obdurationem, qui ita ſe excuſant, vt verbi diuini gladius penetrare nequeat. S. Pauli oculi ſquamis operiebantur, at cum illuc Ananias veniret iſtæ deciderunt, vt ſignificaretur, obdurationem eius ceſſaſſe, ac ipſum peccata ſua iã ſine excuſatione adſpicere, agnoſcere, deflere. Malum ſignũ eſt, excuſare ſe, ac ex ſuperbia, excæcatione, ac proprio amore proficiſcitur. Cogita non iudicabit Deus peccata ſecundum iudicium tuũ, ſed

VIII.

Excuſatio in peccatis.

In tract. de gradibus humili gradu. 8

Gen. 3. 12.

Lib. 4 mor. c. 13.

Iob. 41. 6.

Greg. in hunc locum Iob.

Act. 9. 14.

ſed ſecundum eſt, quod patent oculis eius. Quo te hic excuſa magis, eo accuſatores plures in iudicio es habiturus, ac in hor mortis, Deum ſcilicet ipſum, Angelos, ſanctos, ac dæmone (vident enim quæcunque agis) imo & conſcientiam propria in qua peccata apparebunt plurima, ac ſe prodent, quæ nun quam pro peccatis habuiſti, inquit S. Bernardus.

Bern. de interiori domo c. 31.

Hac excuſatione operariorum non potes te excuſare. Di cere non potes, Nemo me conduxit. Chriſtus enim non tan tum te conduxit promiſſione regni cæleſtis, ſed etiam te emi pretio ſanguinis ſui; adeo vt emtitius eius ſis, ac mercenarius. Timendum vt forte plures te conduxerint, diabolus, mund, caro, ac omnes ſectatores atque aſſeclę eorum, ſuperbia, pro miſſione dignitatū, auaritia, pecuniarum, luxuria voluptatū, ac ſic de cęteris. Diabolus Chriſtum conducere voluit, ad ſui adorationem, cum diceret. *Omnia hæc dabo tibi, ſi cadens adora ueris me.* ſed reſponſum accepit inopinatum. *Abi Sathana ſcri ptum eſt enim; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Qui guſtauerit voluptates, quas diabolus proponit, archam viden tur accepiſſe ſeruitutis. Atque ideo ęgre homines tales volup tates relinquunt mundanas, impudici auelli non poſſunt ab impudicis fœminis, alijſque ſpurcitijs, guloſi amant menſas, auari pecunias, ambitioſi honores. Atque ideo conſultiſſimū eſt illectamenta hæc non guſtare, ac omnem mundi ſocieta tem effugere. Sicut enim pix veſtibus quas contigerit, adhæ reſcit: ita mundi voluptates adhærent animæ, quam ſemel in fecerint. Ideoque optime parentes filios ſuos in loca dant, vbi mundum nec videant, nec guſtent: vt poſtea ad ætatem iuſtā pertingentes, Dei vocationem, ſine paſſionum impedimen tis, clarius audire, ac ſtatum eligere poſſint, in quo Deo opti me famulentur.

Peccatores conducuntur à multis

Matt. 4. 9.

IX. *Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.* Oſtenditur hic nobis di uina miſericordia in duobus. *Primum,* Quod gentiles voluerit vocare in vineam ſuam, quamuis tot annorum millibus ip ſum deſeruiſſent, ac diabolum Dei inimicum pro Deo ſuo ad oraſſent. Merito pro hac blaſphemia debuiſſent à Deo puni ri, maximè, cum ſimul, cum idololatria ſua, alia iūgerent pec cata, contra propriam conſcientiam, vt S. Paulus demonſtrat, qui

Vocatio Gentium.

qui etiam Athenis, cum Philoſophis agens dicebat, *Deum ignorantiæ prioris tempora deſpicere,* ac contemnere. Quemadmodum princeps, qui ab aliquo ridetur, ac luditur, eius rei non tantum non exigit vindictam, ſed conniuet ei, ac quaſi non aduertiſſet, diſſimulat. Ita egit nobiſcum Deus; diſſimulat omnia præterita; non ſecus ac ſi à gentilibus nihil eſſet peccatū, & vocat illos per mundum vniuerſum, vltima hac hora maiori numero, quam, qui ante Chriſti aduentum vocabantur. Iudæorum enim certus deſcribitur numerus: centum videlicet, ac quadraginta quatuor millium, vt ſignificetur, numerū eſſe numerabilem, quamuis magnum, & forte aſſignat maiorem: at gentilium dicit Ioannes, tantum fuiſſe numerum, vt numerari non poſſet. *Alterum eſt.* Quod dignatur ſenes, ac in peccatis decrepitos, ad ſeruitium ſuum vocare, ac nonnunquam tantam illis conferre gratiam, vt multos alios præcurrant, qui à prima ætate etiam in monaſterijs enutriti ſunt. Patriarcha Sophronius de principe quodam latronum ſcribit Dauide, qui in Ægypto prope Hermopolim ſpoliabat, necabatque homines, ac cum ſuis detrimenta dabat maxima. Cū tempore quodam cum triginta ſocijs, ad flagitia ſua exiuiſſet, motus eſt à Deo, ac ad ſe reuerſus conſiderans periculum animæ ſuæ, & quas per omnem vitam exercuerat nequitas. Atque ita deſeruit conſortium, ac ad monaſterium ſe contulit, petijtque admitti. Ianitor vocauit Abbatem, qui quæſiuit quid quæreret. Reſpondit: Monachus volo fieri. Abbas vidēs eum ſenem, dicebat: hic apud nos manere nō poteris, iā grandæuus es, & vita noſtra rigida tibique intolerabilis aliter aſſueto. Reſpondit ſpero imperata facere, tantum oro, admitte me, Negabat Abbas, ac perſiſtebat, ignorans quis eſſet, ſed timens ipſius ſenium. Tum reſpondit ei Dauid, Princeps ſum latronum, vbique notus flagitijs, huc veni vitam emendaturus, & facturus pœnitentiam. Si ſuſcipere me negas, iuro per Deum, reuertar ad vitam priorem, ac latrocinia: & cum omni mea turba capita, & monaſteriū veſtrū exſcindam. Abbas his auditis ſuſcepit illum, habitumque dedit. Dauid aſſumtus ita in omni virtute pfecit, vt omnes fratres qui ſeptuaginta erāt, præcederet. Ac deinde venit ad ipſum Angelus, dixitque ei.

Rom 1. *Act. 17. 30.*

Ex gentibus plures vocati quā ex Iudæis.

Apoc. 7. 4.

Vocatio peccatoris, qui in peccatis conſenuit.

In prato ſpirituali c. 143.

Dauid

Dauid remissa tibi sunt peccata tua. Dauid dicebat: *Quomodo hoc fieri potest? non fit mihi credibile quod tantillo tempore veniam promereri potuerim tot tantorumque peccatorum.* Respondit Angelus: Quia Zachariæ patris S. Ioannis Baptistæ incredulitatem sectaris, eiusdem pœnam senties, ac ex hoc mutus eris non loquens. Dauid procidens in terram dixit: *O quid acturus es? Cum in peccatis viuerem loquela mihi permissa est, iamne mihi vocem, & verba eripis, cum mihi Deus laudandus est?* Respondit Angelus. *Extra diuina officia mutus eris, at in ipsis, loquens.* Quod factum est. Cum enim oraret, loquebatur perfecte, alias, nec verbum quidem: postea multa operatus est miracula. Docens, nunquam sero ad perfectionem properari. Ne tamen hinc discas conuersionem tuam in finem vitę differre, vt solent peccatores. *Primo* enim admodum incertum est, an ad senectutem sis peruenturus: cum de crastino plane sis incertus, ac tam rari senes inueniantur, si conferantur cum iunioribus, qui pleriq; in primis moriuntur tyrocinijs. *Secundo*, Incertum est, an de peccatis te in senectute euocaturus sit Christus, an te in peccatis relicturus. De vno legimus latrone, qui se in fine vitæ conuerterit; ac de paucis qui iuuentutis suæ delicta reliquerint. Solet enim senectus iuuentuti esse similis. Deus nemini promisit in senectute vocationem, etsi promiserit receptionē, ac peccatorum remissionem venientibus, ac se ex corde conuertentibus. *Tertio*, incertum est, num Deum vocantem sis auditurus, ac secuturus in senectute, impeditus forte alijs negotijs, ita vt vocatio Dei non sit tibi cordi: quemadmodum potatores multi in popinis, ac tabernis sedentes, vocantes vxores sequi renuunt, sepulti vino, ac aleis illaqueati. Audi, ac sequere Deum in iuuentute, elige certiora, maximum enim, ac potissimum vitæ tuæ opus est, sine quo æternum peristi.

Luc. 5. 20. — Conuersio non differenda. 1. 2. — Luc. 23. 42. — 3.

X. *Cum sero autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis, vsque ad primos.* Bis operarij vocantur, semel ad laborem, deinde ad mercedem, de priori hactenus egimus, sequitur de posteriori, in qua aduertes. *Primo*, Deum ipsum facere, quod nobis imperat. Dicebat enim filijs Israel: *Non morabitur opus mercenarij*

Duplex vocatio operariorum. — Deus cito soluit. — Leu. 19. 13.

narij tui, apud te, vsque mane. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui, ante solis occasum: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Idem & Tobias ad filium. *Quicunque tibi operatus fuerit aliquid, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat.* Facit hoc Deus. statim remunerat ad vesperam, vt & tu idem facias. Multi enim sunt, maxime nobiliores, qui graui ære alieno tenentur: & non tantum non satisfaciunt operarijs, sartoribus, sutoribus, fabris ferrarijs, cementarijs, alijsque qui ipsorum opera fecerunt: at si ad postulandam mercedem veniant, nihil nisi mala verba accipiunt, ac minas. Ita Diabolus solet satisfacere operarijs, labores imponit maximos, (nulla enim peccata sine labore fiunt, & maxima cum maximo) stipendium autem illorum, ignis perpetuus. Deus etiam persoluit quod pactus est, imo, amplius potius, quam minus. sed illi de quibus antea egimus nobiles domicelli, post dilatam diu, cum creditoris damno, solutionem, aliquid etiam detrahere audent, quando illa tandem parata est: non cogitantes quod magis teneantur ad additamentum, & damni emergentis, lucrique cessantis restitutionem, temporis, rerumque in discursibus dispendia.

Deut. 24. 14.
Tob. 4. 15.
Solutio debiti ante vesperam facienda.
Diabolus quomodo soluat?
Deus plus debito soluit.

Nota, *Secundo*, Nemini solutionem dari, nisi qui constans in opere, vsque ad vesperam, id est, vsque ad finem, permanserit: siue serius, siue citius laborem inchoauerit: non enim qui incipit, aut aliquibus horis bene agit, sed *qui perseuerauerit saluus erit.* Diabolus finem laboris sibi optat quia merces secundum illum datur. Ita tentabat Christum in fine vitæ, vt descenderet de Cruce, dicens: *Si filius Dei es descende de cruce.* Sed Christus qui Dei Filius erat, descendere nolebat: docens nos filios Dei in cruce, id est, bonis operibus debere manere: ac iure non Dei, sed hominum filios censeri, qui in bono inconstantes sunt. Filij Dei naturalem in cęlo suū locum habent, atque ideo quo magis appropinquant ad terminum, eo & celerius feruntur: sicut lapis cuius locus naturalis inferius est, cum superne decidit, quo centro vicinior est, eo & velocius deorsum mouetur.

Merces non datur nisi laboranti ad vesperā.
Matt. 10. 22. & c. 24. 13.
Matt. 27.

Philoso-

Motus naturalis & violēti differentia.

Philosophi enim docent, motum violentum in principio celeriorem, in fine tardiorem esse, vt patet in telo sursum emisso: contra autem fieri in motu naturali. Nota *Tertio*, Omne tempus ab initio vsque ad finem mundi, *vnum diem*, computari: quamuis iam quinquies mille, quingenti anni, & vltra effluxerint, nec adhuc finem videmus. Omne enim illud tempus, cum futura æternitate collatum, minus est quam dies vnus collatus ad totam durationem mundi. Vt cogites vitæ tuæ breuitatem, ac bene tempora impendere, Deus enim labori nostro, tempus modicum, remunerationi, ęternitatem dedit. Ne pigeat igitur laboris breuis, cum requies, gaudium, ac præmia, finem habitura non sint. Nota *quarto*, cum Imperfecto Deum dare præmia sua in fine diei, non in meridie, ne mercedem laboris tui in hac vita expectes, & ne contra Deū murmures, cum aduersa tibi immittit. Hoc enim tempus laboris, postea tempus erit mercedis.

Totum tēpus, vna dies est.

Merces nō datur meridie.

Imperfect. hom. 14. in Matt.

Procurator quis.

Matt. 28. 18.

Procuratoris duæ conditiones.

Procurator qui mercedem dat, Christus est, secundum naturam humanam, Cui dedit Deus Pater omnem potestatem iudicium facere, ac hominibus pro meritis præmia discernere. Procurator hic duas habet conditiones, fideli ministro necessarias, *fidelitatem* nimirum, atque ideo decipiet neminē, & *sapientiam*, ac ideo à nemine decipitur. Decipiuntur hic homines, & persuadentur mirabilia. sed hic nimium sapit, nec quidquam ab eo potest abscondi. Hic excęcantur, aliquando Iudices & Conciliarij, qui corrumpi se sinunt, quia auari, & infidi sunt, sed Christus Patri suo fidelis est, ac hominib⁹: atq; ideo mala nulla dimittet impunita, bona nulla illaudata, ac irremunerata. Procurator hic iam vnumquemque vocat in vitæ suæ vespera, id est in morte: sed omnes conuocabit per sonum tubę Angelicæ, de quo S. Paulus ait sonitum tubæ dandum de cœlo, quo omnes *in ictu oculi*, resuscitabuntur, à sepulchris, ac corpora resument incorrupta. Angelus enim sonabit tuba, ac dicet Christus, *Surgite mortui, & venite ad iudicium. Et tum qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ*, id est, corporib⁹ lucidissimis. *qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij*, id est, resurgent corporibus squalidissimis, vt adiudicentur igni. In

1. Cor. 15. 52.
1. Thess. 4. 15.

Ioan. 5. 29.

has

hac vita, nemo compellitur venire, & ſequi vocantem Chriſtum, ac ideo multi vocationem eius parui faciunt. Alij abſcundunt ſe, aut fugiunt, ne vocentur, vt qui verbum Dei audire non poſſunt: alij aures obturant, ne vocationem audiant; vt ij qui cor obduratum ad conciones adferunt: alij alijs ſe occupant, ne vocationem ſentiant, ſicut qui ſub concionib⁹ alio cogitationibus ſtudioſe diuertunt. at cum vox iſta mortuos ad iudicium vocabit, omnes eam audient, omnes reſurgent, omnes prodibunt, nemo deerit, nec tu, nec ego, nec diues, nec pauper, nec Imperator, nec medicus, quantumcunq; ſublimis, quantumcunque abiectus, magnus, paruus, doctus, indoctus, clarus, obſcurus, omnes manifeſtabuntur ſiue libẽtes, ſiue inuiti. Nullius enim niſi Chriſti illic curabitur voluntas, aut deſiderium. **Nemo hic cogitur.** **Omnes cogentur ad iudicium.**

Præter hanc generalem omnium vocationem, particularis quoque erit operariorum, de qua Dominus vineę: *voca operarios.* Non dicit, voca fabulones, ludios, otioſos, pigros, ſed *operarios*, id eſt, qui in vinea mea laborauerunt, hi enim ſoli ibunt ſublimes, *obuiam Chriſto in aera*, inquit S. Paulus. Alij omnes in terra manebunt, & terribilem damnationis expectabunt ſententiam. Itaque noli teipſum fallere. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.* Qui in hac vita Deum audire noluit, & ſequi vocantem, in altera cum operarijs non vocabitur. Quare obſerua Dei vocationem, & ſequere hic, quocunque te ducit, atque ita poſtea eum ſequeris in vita æterna. **Particularis quorundã vocatio.** *1. Theſ. 4. 16.* *1. Cor. 15. 51.*

Procurator iubetur ſolutionem incipere à nouiſſimis, & terminare in primis. Quod non ſignificat, in extremo iudicio vnum mercedem ſuam accepturum ante alium: vna enim dabitur de iuſtis omnibus ſententia, qui ſimul in cęlum euolabunt, ac prę mia ibi æterna capient: ſed ſignificat (iuxta S. Auguſtini interpretationem) quod vltimi mercedem ſuam, tam diu quam primi non expectabunt. Sicut cum creditores vocas ad ſolutionem, quorum alij mane, alij meridie, alij veſpere veniunt, dimidia hora antequam ſoluas: cum ſimul omnibus hora ſexta ſatisfacis, dici potes vltimo ſatisfeciſſe citius, quam primo, quia vltimus dimidia tantum expectauit horu- **Cur à nouiſſimis ad primos.** *Matt. 25. 34.*

2. Ratio.

la, alij aut duodecim aut sex horis. Significare etiam potest, iustos cum moriuntur, non æque cito in regnum cælorum intromitti, ac multos, qui breuiori tempore in ministerio eius fuerint, præcessuros illos, qui in eo multo diutius egerint. multi enim remissi Christiani in purgatorio mundabuntur, ac detinebuntur diutius, quam qui in magno feruore circa conuersionis suæ initia, discedunt, In monasterijs multis inueniuntur Religiosi senes, ante quinquaginta, sexaginta annos professi, qui malas, ac inueteratas non deponunt consuetudines, correctionem non sustinent, nec ad maiorem obseruantiam proficiunt. Contra, in ijsdem monasterijs iuniores vides, ad omnem mortificationem paratos, ac plane ad perfectionem resignatos. Cum vtrique horum defungentur, certum est seniores illos in purgatorio mundandos, ac detinendos opinione longius: non enim vt quidam opinantur, tam facile inde liberantur, iuniores, ac feruidi Religiosi, sæpe à corpore ad cælum euolant, aut breuissimo tempore purgantur. Inter seculares etiam vides grandæuos, qui antiquum seruant, ter, quater, in anno communicant, nec solliciti sunt, vt vitiosas consuetudines calumniandi, iurandi, irascendi, deponant. Hi ita morientes purgatorium euadere non possunt. Contrà, iuniores sunt, qui singulis septimanis ad Sacramenta accedunt, ac omni studio ad perfectionem contendunt. Hi procul dubio citius intromittuntur in cælum. Teporem demum adspicis Christianorum antiquorum, qui in Europa Deo tam socorditer seruiunt, cum noui Christiani, in Indijs, ac maxime in Iapan, cum omni zelo se Martyrijs offerant. Hi cælum & citius, & altius, quam nos, ascendunt. Quare excita in te charitatem, cura vt perfectus sis in verbis, operibus, ac cogitationibus, ne diu in purgatorio hæreas, sed cito in cælum admittaris.

Religiosi citò & sero inchoantes laborem.

Seculares cito & sero laborem inchoãtes.

XI.

Cum venissent ergo qui circa Vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Communis horum verborum interpretatio est, quod denarius Diuinitatem significet, qui post hanc vitam dabitur ijs, qui in Ecclesiæ vinea fideliter laborauerint. Sicut enim in numisma-

Denarius quid.

mismate Principis imago est; cum inscriptione, ita in sancta Trinitate Christus est, Verbum, ac imago Patris. S. Papa Gregorius scribit: quod in vita septem subeamus dona, tria nimirum in anima, intellectum, voluntatem, & potentiam, in corpore quatuor, frigus, calorem, siccitatem humorem: quæ inclinationes nostras causant. In æterna vita tria ad hæc septem accedent; Pater, & filius, & Spiritus Sanctus, quos ibi videbimus, & possidebimus: atque ita nummus vnus erit, qui à numero suo dicetur *denarius*. Quem omnes sancti accipient, ac maiores non alium quam minores, omnes enim eundem Deum habebunt mercedem: non quod omnes æqualis futuri sint dignitatis, & gloriæ; teste enim Beat. Paulo, discrimen futurum est maximum: sicut, *distat stella* ab altera *in claritate*: sed quod hęc diuersitas, futura non sit ex parte Dei beantis: sed ex parte beatitudinem participantium, vt enim clarius radiat sol in vitro mundo, quam in sordido, aut picto, & quemadmodum sanus oculus solem, etsi eundem, clarius intuetur, quam lippus: ita & sancti omnes eundem videbunt, & possidebunt Deum, sed inæqualiter, iuxta dispositiones, quas virtute, bonisque operibus, in se introduxerint. Atque hinc est, quod omnium animi conquiescent, etiamsi alter altero appareat gloriosior: quia hęc ab ipsis est inæqualitas. Quemadmodum qui ex vna mensa, alij plus, alij minus prandent, atque ex eodem panno, alij longiora, alij breuiora, ad mensuram sui corporis, accipiunt pallia: & sicut pusio gigantis pallium, suo contentus mantello, portare non optat: ita nec minor sanctus, maioris gloriam, etsi ampliorem, affectabit. Hic tamen in vita quantum potes, te extende: iuxta enim quantitatem tuam, erit & gaudij, & visionis, & charitatis modus. Si in manu tua est, summa ciuitatis tuę dignitas, certe minimo contentus loco non diceres, sufficit mihi hoc quod intra mœnia, quocunque demum loco sim: quamuis harum rerum possessio non protrahatur nisi ad vitam: Quid ergo dicis? sufficit mihi quod cœlum habeam, nec cogitas de loco digniori, cum tamen certus sis, quod altiorē,

Septem dona hominis à Deo.

Greg. lib. 35. moral. c. 12.

Denarius Sanctorum.

1. Cor. 15. 41.

Sanctorum inæqualitas vnde.

Sanctorum quies.

Hic laborandum pro gloriæ amplitudine.

quam demissionem, in cęlis locum dare tibi malit Dominus. Hæc ex pigritia, & carnis amore sunt, quam affligere non vis, vt sedulo Deo seruiat. Cogita quod perpetuo in cœlis futurus sis, longissimum profecto hoc tempus est, ac satius esset commodius, gloriosiusque sedere illic, vbi semper, quam vbi pro tempore manendum est, ideoque labora, vt illuc quam altissime ascendas, siquidem hic gloriam quæris, & exultas honoribus, dignitatibus, plausibusque hominum. S. Basilius interpretatur aliter, ac per *denarium* intelligit *centuplum* retributionis præmium, quod iustis, post hanc vitam, & in hac vita, peccatoribus persoluitur. Ac iuxta hanc interpretationem, significatur hic, quod, qui minori laborauerint tempore, vt pij Christiani, fructum suorum operum accipient centesimum, non minus atq; Iudæi, vel peccatores, sed multo etiam amplius, centuplum enim præmium, quod his redditur, in hac vita, datur illis in altera. Atque hoc significatur in eo, quod nouissimis citius satisfiat, quam primis, prælati scilicet primis, ob pręmij quod consequuntur præeminentiam.

Denarij alia explicatio. *Bas. q. 256. breu.* *Matt. 19. & Mar. 10.*

Documenta tria.

Disces hinc *primo* omni studio auertere, ne in hac vita, cum diuite epulone mercedem omnem *recipias*. *Secundo,* timere, si videas te in prosperitate, sine virtutibus, ne forte bona, quę hic aliquando fecisti, retributionem suam accipiant. *Tertio* pios opinione sua plus, impios expectatione sua minus accipere: quia scilicet boni, propter humilitatem, parui sua existimant, ea autem quæ à Deo recipiunt, maximi, propter dantis excellentiam: contra vero magnifice de se sentiunt impij, de Deo vero abiectius, quam æquum est.

1. *Luc. 16. 25.*
2.
3.

XII. *Et accipientes murmurabant aduersus Patrem familias, dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus?* Hæc non ita accipienda sunt, quasi in cælo murmuratio sit, aut inuidentia, nihil enim decedebat ipsis, quod alijs rependerentur æqualia. Inuidia in terris locũ habet, vbi existimant homines sibi subtrahi, ꝙ alij præ ipsis exhibetur, peccatum plane diabolicum, & in inferno celeberrimum, vbi dœmones, ac damnati, inuident beatis omnibus suam beatitudinem, ac mortalibus salutem, ad quam peruenire

An in beatis murmur & inuidia.

Inuidię descriptio.

uenire nequeunt. Peccatum est admodum crucians, gemino torquens malo,& propria miseria,& aliena felicitate, vt probe Rex Lacedæmoniorum Agis, dictare solet. Malum hoc in cœlo locum nō habet, vbi perfecta est charitas,ac duplici gaudio abundant sancti, & de sua, & de proximorum gloria. Atque ita cum Chrysost. dicere possumus,non quidquid in parabola est,ad essentiam esse parabolæ: sed quędam ad decentiam, ornatumque addi,vt solent imaginibus quædam pulchra circumpingi, quędam vt mens dicentis explicetur clarius.Christus inculcare volebat, nouissimos primis pręferri,maximamque à Deo gloriam adipisci, quod explicare non potuit commodius,quam primorum murmuratione. Tanta enim illa erit,vt Sancti veteris Testamenti eam videntes,stupore attoniti(si possibile esset)murmurarent, vt filius natu maior,videns filij iunioris,ac prodigi tam festiuam, ac honorificam receptionem. Conqueruntur hi, quod plus pertulerint laboris,& hoc quidem verum, sed interim non plus præstiterunt operis.Merita non in magnitudine laboris, sed in feruore sita sunt charitatis. In matrimonio molestiarū plus est,vt victus quęratur, vt vxor alatur & liberi,vterus gestatur,paritur,fouetur infantulus,consorti placendum,maritalibusque satisfaciendum officijs,oneraq; alia ferenda, quibus matrimonium videmus perfusum: immuni ab omnibus illis virginitate,quæ & commoditatis plus habet, & incommodorum minus, virginis tamen meritum tantum excedit coniugia quantum centum,triginta: inquit S.Hieronymus, tum,ob castitatis virtutem,quam Christo tanquam singulare munus consecrat,tum,ob charitatē, quę in innuptis indiuisa est,& solum Christum amplectitur. In noua lege Deo seruimus commodius,ac multo plus efficimus,quam aliqui veteris Testamenti Patres,ob gratiæ per Christum auxilia.Laboriosius est humeris baiulare sarcinam, aut carpento per terrā raptare, quam curru transferre,rotæ enim laborem minuunt maxime inunctæ.Christus adiuuat nos sua gratia,& laborem nostrum facit suauem. Propheta Sanctus Ozeas, iugum, vt portatu sit facile,à Domino dicit *leuari supra maxillas*. Hinc etiam Christianos videmus, plura pro CHRISTO pati,

Agidis apophtegma.

Chrys. hom. 35. in Matt.

Explicatio murmurationis.

Luc. 15. 22.

Meritorum valor.

Matrimonium virginitate magis laboriosum. Minus meritorium.

Hier. 5. contra Iouin.

Gratia noui Testamenti.

Osee 11. 4.

ac agere; quam vnquam Iudæi fecerint: zelum in nostris martyribus legimus maiorem, laborem duriorem, in antiquis monachis, ac anachoretis: alij semel in hebdomada sumebant cibum, alij stabant in columnis sub dio, alij summa pertulerunt frigora nec vllum pene tormenti genus est, quo ipsi se non afflixerint admodum voluntarie, per Dei beneficium. Quare cum Deus molesta quędam tibi immittit, accipe cum gratiarum actione, atque auxilium eius pete, nec denegabit.

Monachorum labores.

Murmurationis alia explicatio.

Sequendo S. Basilij expositionẽ supra allatam, murmurationem intelligere possumus reuera excitatam à Iudæis, contra Christianos recens conuersos, quos videbant à Christo, sanctisque Apostolis haberi familiarius, aut contra pecatores, & publicanos, cum quibus Christum videbant comedentem, & conuersantem dicentes. *Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester?* quibus respondit Christus. *publicani, ac meretrices præcedent vos, in regno Dei.* Iudæi multum nitebantur suis operibus, opinantes, quod illis plurimum mererentur; vt patet ex grauissimis quæstionibus, quas mouebant, conuersis gentibus Romæ, quę occasionem B. Paulo dederunt Epistolæ ad Romanos. Ac ideo scias nos bona opera absolute non contemnere, sed nihili facere, nisi ex gratia Christi fiant. Nostra enim opera prout à nobis solum proficiscuntur, temporalem tantum aliquam merentur mercedem, quantumcunque difficilia sint: sed cum à gratia causantur, merentur ęternam: magis enim illa per hominem Deus, quã homo ipse facit.

Matt. 9. 11. Matt. 21. 31.

Opera nostra quomodo non contemnenda.

Documenta tria.

Disce hinc *primo*: ingenium malorum hominum, qui semper murmurant, quasi plus patiantur, aut agant, quam æquũ est. *Secundo*: semper alienos labores pluris facere, quam proprios: Christus enim magis breuem laborem nouissimorum probauit, quam diuturnũ, priorum. *Tertio*, erubescere, si videas iuniores in virtutibus tibi præire, qui iam tot annis viděris Deo seruisse: noli eos despicere, feruor enim illorum Deo gratior est, quam tuus multorum annorum tepor, noli fidere longitudine temporis, quo intra monasterij claustra egisti, in bonis,

1. 2. 3.

Erubescendus tepor.

bonis, quæ ibi operatus es. Angelus enim Laodiceę, multo etiam tempore, & Chriſtianus, & ſpiritualis fuerat, putans ſe diuitem, & perfectum, nec indigere reformatione. Iudicatur tamen à Chriſto, languidus, nudus, egenus, & virtutum pauper: ac iubetur ſe veſtire virtutibus, ac emere *aurum ignitum*, id eſt, charitatem ardentem, niſi velit euomi. Nihil hoc nouum, quod magnis minus bene negotia ſuccedant, cum in charitate non viuant, ſed magis externis regulæ ſuæ innitantur cęremonijs, quam veris virtutibus. Accidit Neapoli, circa annum 1370. in Monaſterio S. Dominici, vt abſoluto Completorio, refectorij Præfectus refectorium intraret, ibidemque ſui Ordinis, ac habitus fratres inueniret complures, aſſidentes menſæ, tectis capitibus, indutos cappis. Territus hoc ſpectaculo, rectà cucurrit ad Priorem, qui cum ipſo illuc deſcendens, rem, vt narrabatur, adſpexit, & conſultans cū ſenioribus, ſumto in manu Venerabili Sacramento, cum omnibus fratribus illuc proceſſit, ac primum adiurans imperabat, vt ediceret quinam eſſent, & quid quęrerent. Reſpondit primus. Omnes Religioſi fuimus huius Ordinis, adeoque & dignitate eminentes: Doctores, Priores, Lectores, & Profeſſores &c. Sed nunc æternum damnati ſumus, eo quod nullam curam ſuſcepimus deponendæ ſuperbiæ, ac inuidiæ; ideoque Deo ita diſponente, venimus huc monituri vos, & omnes alios, vt in religioſis virtutibus proficiatis. Quibus dictis aperiunt pallia, & flammam, horribilemque ignem quo inuoluti cruciabantur, omnibus conſpiciendum exhibent: atque ita, dum primus ſignum manu in menſa dediſſet, euanuerunt. Quare vos ego nunc Religioſos ſimul, & Eccleſiaſticos obteſtor, ſedulò hæc cogitetis, neque tam annos, quam progreſſus in operibus bonis computetis: Religioſus enim qui ſine ſpirituali progreſſu diu in religione vixit, grauius punietur: ſicuti ſtudioſus quiſpiam, qui ſine literario profectu ſcholarum limina diu triuit, maiori reprehenſione dignus eſt.

Apoc. 3. 17.

Anton. Senenſ. in Chrō. Prædicatorū

Monitio Eccleſiaſticorum.

Cogitate Religionem, ſcholam eſſe perfectionis, & quam procul à perfectione abſitis perſpicite. Quod ſi quilibet veſtrum ſingulis annis vnum duntaxat vitium emendaret,

iam magnum in virtutibus progressum fecisset. Certè hoc ipsum Deus attendit, licet parum de eo cogitetis. Quamobrem vel nunc tandem incipe, quia nullum pœnitentiæ peragendæ tempus serum esse potest. Neque vero mundani opinentur, se sine progressu hoc quietè viuere posse. Ecclesia enim sancta, est schola virtutum, in eaque omnes *Christiani* discipuli sunt, vt Scriptura attestatur. Vnde quotquot illam scholam frequentamus, proficere tenemur, alioquin non minus à magistro nostro Christo castigabimur, quam ignaui studiosi à suis preceptoribus.

Monitio secularium.

XIII. *At ille respondens vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade.* Verba hæc secundum communem interpretationem, non faciũt nisi ad ornatum parabolę, tum etiam ad docendum, quantum sit malũ murmurare contra Deum, aut dicere aliquid contra gloriam sanctorum. Si autem vis sequi Sanctum Basilium, qui per denarium mundanam intelligit mercedem, poteris tunc verba ista intelligere vti sonant.

Quinque hic notanda. *Primum.*

NOTA vero inprimis quod Dominus vineæ, vnum ex istis murmuratoribus excipiat, quem verbis istis alloquitur, licet ijsdem simul omnes arguat: *Primum*, ad docendum nos, quod damnati, qui simul audient damnationis sententiam: *Ite maledicti in ignem æternum*: non minus obstupescent, & extimescent, quam si Christus vnicuique illorum hanc priuatim diceret: quodque etiam nostrum quilibet vindictam, quam mundo infligit pro peccatis hominum, acri iudicio perpendere, ac si sui solius causa ea contingeret, atque hinc vitam suam corrigere debeat. Omnes enim qui malum pœnæ sentiunt, cogitare oportet se illud sua culpa sentire. Quod si cum Niniuitis faceremus, Deus vtique nobis parceret. NOTA *deinde*, verbum illud, *Amice*, quo compellat Christus murmuratorem, sicut & proditorem eodem modo alloquebatur, dicẽs: *Amice ad quid venisti?* quo docet, se neminem pro hoste habere. *Nihil* enim *odit eorum quæ fecit*, dicit Sapiens. Cum ergo dicimus aliquem esse hostem Dei, intelligere debemus, quod is Deum plus oderit, quam Deus eum. Verum quidem est quod æqualiter, *sint Deo odio, impius, & impietas eius*, vt idem Sapiens

Matth. 25. 41 *Ioan. 3. 7.* *Secundum.* *Matt. 26. 50.* *Sap. 11. 25.* *Sap. 14. 9.*

Sapiens dicit, propterea quod malitiam, qua homo malus est, non fecerit: tamen amat hominem, qui malus est: quoniam propter peccatores, homo ipse factus est. Quin imo dicere ausim, Deum damnatos diligere, licet eis malitia perpetuo adhæreſcat: quia illorum naturam creauit, ſicuti etiam illorum animas ad imaginem ſuam: quam imaginem odiſſe non poteſt, quantumuis peccatis contaminata ſit. Hoc nobis Abraham ſignificat, dum diuitem illum auarum, qui in inferno ſepultus ardebat, filium ſuum nominat, dicens: *Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua.* Et ſanctus Chryſoſtomus dicit, & poſt illum alij complures. Deũ damnatos in inferno minus caſtigare, quam meriti ſint; quod & Dauid inſinuare videtur, dum ait: *Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?* tanquam diceret, quod Deus etiam miſericordiam tribuat ijs, quibus maximè iraſcitur, nimirum damnatis. Proindè licet ob malitiam tuam Deum tibi iraſci videas, reuertere mox ad eum, quia non odit te. Et quidem in tua poteſtate eſt, illum habere amicum, quantum ipſe volueris. Nam ſicut Chriſtus ęterna Sapientia dicit, quod ſe diligentes diligat, ita & nos dicere poſſumus, eum tales plus diligere, qui eum plus diligunt, atque illos extra modum diligere, qui eum ſupra modum diligunt.

Deus quatenus damnatos diligat.

Luc. 16. 25.

Hom. 37. in Geneſim.

Pſalm. 76. 10.

Nota *Tertio, Non facio tibi iniuriam.* quod hic duabus de cauſis dicitur. *Altera* eſt, vt nos doceamur Deum in iudicio ſuo nulla vti iniuſtitia, quamuis temporale peccatum, pœna puniat ſempiterna. Nos quidem nõ capimus, quomodo vnum duntaxat peccatum mortale, veluti luxuria, furtum vnum, ebrietas vna, vel ſimile delictum breui tempore durans, ęterna pœna caſtigari mereatur, eaque tam immenſa, humanus vti intellectus capere non poſſit. Sed hic ſcire oportet, in mortali peccato duo eſſe infinita, quæ infinitam etiam pœnam merentur. *Vnum* eſt voluntas peccatoris, (vt dicit S. Gregorius) quæ nullum finem facit perpetrandi peccatum: quia licet homo, qui peccat, cogitet, ſe poſt factum ceſſaturum, tamen non cogitat ſe peccatum eſſe relicturum, quam diu cauſam habet, quæ illum ad peccandum trahit: ſi enim hoc cogitaret, iam peccatum relinqueret, & ab illo abſtineret.

Tertium.

In peccato mortali duo infinita.

1.

lib. 4. Dial. c. 44.

2.infinitũ. ret. *Alterum* est Deus, contra cuius infinitam Maiestatem peccatum committitur. Certum est, illud peccatum grauiorem promereri vindictam, quod in personam digniorem commissum est: veluti si alapam Cæsari infligeres, vel Regi, peius esset, quam si mendico. Quia ergo Deus infinitæ maiestatis est, peccatum etiam in illum cõmissum, infinitum est, adeoq; infinita pœna dignum. Altera causa est, ne vnquam de Deo cõqueramur, licet tentationes immittat grauissimas, aut calamitates cõtinuas, multò minus Deum nostri oblitum, curam nostri abijcere, aut etiam vltra condignum punire, dicamus.

Tria in afflictionibus cogitanda. Eiusmodi namque querimoniæ, quod iniustitiæ Deum arguant, grauiter eundem offendunt. Quare trium horum potius in afflictionibus & miserijs tuis memineris:
1. *Primum*, Deũ nõn solum iustum, sed ipsam iustitiam esse, teste S. Paulo, ac (1.Cor.1.30.)
2. proinde iniuriam nemini inferre posse. *Secundum*, quod ineffabiliter nos amet, ac propterea nil nisi amoris sui signa ostẽ-
3. dere queat. *Tertium*, quod valdè rarò simus absque peccatis, quæ punitionem merentur, & ideo nulla nobis irrogetur iniuria, dum pro istis affligimur.

Quartum. Nota *quarto. Nonne ex denario conuenisti mecum?* Vna earum rerum, quæ homines in extrema mortis hora aggrauabunt, liberalitas Dei est, quæ operibus bonis magnam mercedem addicit: quam peccatores perdunt, & coguntur contenti esse leui aliqua & temporali remuneratione, quam peccando accipiunt, veluti est voluptas, externa delectatio, honor, diuitiæ, quemadmodum de Pharisæis dicit Christus: *Receperunt mercedem suam.* (Matth.6.5.) Tu autem præ oculis semper habeas æternam mercedem, & cogites sæpius quod Christus hic dicit, quod nobiscũ conuenerit pretioso illo diuinitatis suæ denario. Nõ ergo contemnas opera tua, neque pro illis minus sumas, quã merentur.

Quintum. Nota *quinto. Tolle quod tuum est, & vade:* id est (vt S. Basilius exponit) eas maledicte in ignem æternum: nullam habebis aliam post hanc vitam mercedem, accepisti enim eam plenam in vita tua. (*Quæstio.296. breuiori.*) Dicitur hoc de istis, qui in vinea tota vita laborauerunt, sed non cum conuenienti diligentiâ, & non sine inuidia, aut murmuratione. Hi sanè expelluntur his verbis austeris, *Vade.* Quid autem tibi accidet, qui in vinea non laboras,

boras,nisi vt illam destruas,offendendo proximum, ac scelerate,impieque viuendo.

Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo facere? In græco textu adijcitur,*in meis*,id est in istis rebus,quæ ad me pertinent.Cum illis solus Deus facere potest, quod vult, sibique placet, sed nemo hominum hoc facere potest,nisi quantum Deus vult: quia supremus Dominus omnium bonorum Deus est, qui strictam satis à nobis exiget rationem,quomodo bona accepta distribuerimus. In verbis istis non significatur, quod Deus cœlestem suam gloriam det Sanctis tantum pro sua voluntate,sine vllis meritis:quia ante illis promiserat,quos tertia, sexta, & nona hora conduxerat, se daturum illis, *quod iustum esset*, id est,quod iustitia requireret. Atque hinc merentur vltimi tam magnam mercedem, quam primi,quod nimirum vnâ horâ tantum effecerint,quâ reliqui tota die. Hanc tamen causam nolebat murmuratoribus dicere,tum ne illos confunderet,exprobrando pigritiam illorum: tum quod Dominus nō teneatur semper seruis suis, aut subditis reddere rationes factorum suorum. Ideoque solent Principes, quando edictum aliquod promulgant,nullam illius causam reddere, præter nudam suam voluntatem, & beneplacitum. XIV. **Solus Deus omnium Dominus.**

Theophylactus aduertit, quod Deus loquendo cum hominibus intelligentibus,veluti cum Apostolis, soleat illis rationem operum suorum exponere: quemadmodum Abrahamo dicebat causam, quare Sodomam cum adiacentibus vrbibus igne cœlesti perdere statuisset:malos vero,& imprudentes causam hanc celat,veluti, Scribas,& Principes Sacerdotum, quibus eum interrogantibus, quanam potestate faceret mira illa, nihil respondit. Itaque quo homo Christianus melior est, eo etiam meliorem intellectum, & cognitionem rerum diuinarum habet: quia opera bona præcipuè mortificationis, veluti ieiunare, orare, corpus castigare, faciunt intellectum subtiliorem, & augent dona Spiritus sancti, quæ spiritualem gustum excitant. Ex his porro verbis Domini vineæ, duo discere possumus. *In Cap. 4. ad Roman. Gen 18. 17. Matth. 21. 23.*

Alterum

Labor noster solus non sufficit ad gloriam.

Alterum, quod omnis labor noster non sufficiat ad cõsequendum cœlum, nisi voluntas Dei accedat: qui per gratiam suam opera nostra digna facit, eaque pro dignis & meritorijs suscipit. Ora eum vt opera tua iudicet esse digna: quia licet ea tibi videantur bona, & digna præmio, erunt fortè in oculis Dei prorsus indigna. *Alterum,* quod Deus iustos in cœlo vltra meritum suum remuneret, vt Christus alibi dicit: *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Quod etiam dicit sanctus Episcopus Fulgentius, vitam scilicet æternam à Paulo nominari gratiam Dei, dicendo, *Gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu,* &c. propterea quod Deus ibi maiorem dat mercedem, quam opera merentur. Tu ergo sis diligens in cumulandis virtutum meritis: quia non solum haustus frigidæ aquæ pauperi oblatus mercedem habebit suam, sed ibidem etiam omnia supra valorem suum æstimabuntur. Mercatores emunt merces, vbi vili pretio distrahuntur, sed diuendunt eas vbi caræ sunt, & raræ, atque adeò in magno pretio habentur. Bona opera parui fiunt in hoc mundo, quod nullus ea magni æstimet: hic pro labore vnius diei paucos duntaxat stuferos acquiris: verum in cœlo longè plus accipies, & præcipuè apud Regem cœlorum, qui per amplissimam suam munificentiam, cumulatissimè omnia persoluet.

Deus præmiat iustos supra condignum. *Matth. 5.12. Luc. 6.38. lib. 1 ad Monimum. c. 10. Rom. 6.23.*

XV. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Id est, vis me arguere iniustitiæ in eo, quod bene facio? Exhibeo namque isti operario charitatem, dando ei quãtum & tibi, & hoc malè interpretaris. Arguuntur hic duo genera hominum: *Alterũ* istorum, qui omnia sinistrè intuentur, quicquid etiam boni proximus faciat, & hoc quidem partim ex superbia, propterea quod idem facere nequeant ex ignorantia, aut ex malitia nolint: partim ex inuidia, quod eis displiceat, quicquid boni hosti accidit. Atque ita in omnibus inueniunt aliquid, quod reprehendant, vt laudem proximi extenuent. Tales erant Iudæi, qui cum nihil inuenirent in vita Christi, quod reprehendi posset, viderent etiam magna eius miracula, tamen illa vituperabant. tum quod faceret illa in Sabbatho, tum, quod cum

Duo hominum genera hic reprehenduntur. 1.

cum peccatoribus publicis ageret, & benignè conuersaretur. Melius quidem esset, quod malum, aut imperfectionem proximi nostri æquis oculis aspiceremus, & illam pro viribus nostris excusaremus, quam ipsorum bona malis oculis. *Gen.9.23.* Igitur decet nos cum bonis istis filijs Noe, Sem, & Iaphet proximi nostri turpitudinem contegere, tacere, & de illis nihil mouere, aut apud alios, qui de illis immunditijs loquuntur, easdem minuere, dicendo: quod nescierit malum subesse, aut quod bona intentione fecerit, vel tentatione victus succubuerit, vel denique quod de admissis nunc doleat. Certè tales oculi simplices sunt, & *oculi* sunt *columbarum*, qui *Cant.1.15.* in sponsa Christi laudantur, qui vident semper bonum aliquod in malo, vt proximo parcant, eumq; iuuent: quia dum boni vitia proximi sui non possunt excusari, tunc pro illius defectibus orare incipiunt, vel certè accusatores admonent, vt precedenti bono malum subsequens operiant. Ita legimus *Rom.11.12.* fecisse Paulum, dum conuersi Gentiles Romani insurgerent contra Iudæos, tanquam non essent digni, qui cum Christũ crucifixissent ad fidem eius admittentur: proposuit enim oculis eorum bonum illud, quod per nationem Iudaicam cõsecuti essemus: & quod ipsorum incredulitas ex inordinato magis zelo, quam peruersitate mentis prodijsset, ideoq; ipsi conuersi cauerent, ne in errorem relaberentur. Contingit enim facilè, vt qui paruam commiserationem cum proximo habent, in malum, quod ante reliquerant, reincidant: quem- *Collat.2.c.13.* admodum Cassian. scriptum reliquit, de Monacho quodam iuuene, qui cum tentationes suas carnales conquereretur Seniori cuidam Heremitæ, acriter ab eo fuit obiurgatus. Sed cum hoc venerandus Abbas Apollo audiuisset, precatus est Deum, vt fineret istum senem simili tentatione affligi, vt ex hoc disceret commiserationem habere cum proximo suo. Quod & accidit: quia mox ita grauiter à carne diuexatus fuit senex, vt ad auxilium implorandum egressus accederet præfatum Abbatem, à quo etiam accepit hanc admonitionem, quod proximum suum à dæmone vexatum de cetero non aspernaretur, & tam facilè à se reijceret. *Alterum* genus est isto- *2. genus eorum qui hic reprehensi.* rum, qui per bonitatem Dei deteriores fiunt, & Deum ipsum oculis

oculis sinistris intuentur. Et hi duplices sunt. *Primi*, qui ex bonitate ipsius incidunt in incredulitatem, tam hæretici, quam Catholici. Plures enim errores ex bonitate Dei, quam Maiestate, potentia, & iustitia promanarunt. Nostri hæretci non credunt Sacerdotem malæ vitæ posse in Sacramento consecrare corpus Christi, aut Sanctos pro nobis orare, aut nos per internam Dei gratiam iustos esse, & similia, quæ magna Dei bonitate nituntur. Nonnulli Catholici cum Iob, Gedeone, Dauide, Ieremia, & Abacuc allidunt se ad Deum, dum vident eum malis in hoc mundo omnium rerum prosperitatem largiri. Omnes isti æstimant Deum ex seipsis, non cogitantes tam magnum esse discrimen inter Dei, & hominum causam, aut modum faciendi, quam inter cœlum & terram, vt dicit Isaias. *Secundi*, qui bonitate Dei ad suam malitiam abutuntur, & propterea peccant, quia Deus bonus est, id est, quia facit illos prosperari in rebus suis, quia non vindicat illorum peccata, quia denique valdè facilè peccata remittit. Hoc ipsum videmus in Dauide, qui minus peccabat, dum esset in magnis angustijs, fugiendo persecutionem Regis Saul, quam dum in pace regnum possideret: filij etiam Israel timebant peccare in solitudine, quod peccatores viderent tam grauiter puniri. De omnibus istis prædictis intelligere possumus verba CHRISTI: *Oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Id est, tu quidem ex mea bonitate deberes ædificari, & omne bonum discere, sed facis contrarium: tu enim in bono malum inuenis, in quo malum tamen nullum est, quin & ex eo, quod bonum est purum, malum accipis. Vnde disces Deum sæpè iure optimo nos castigare, & miserijs vexare, vt meliores reddamur, quandoquidem bonitate nos sua ad omne malum abuti videt.

Iob. 21. Iud 6. Psalm. 72. Ierem. 12. Abac. 1. Cap. 58.

XVI. *Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* hoc duplici modo accidit. *Primo*, in hoc mundo, in quo sepe magna fit mutatio, non ex fortuna, vt Gentiles, falsique Christiani arbitrantur, sed p ordinationẽ Dei, qui suâ occultâ sapientiâ pauperes extollit, diuites verò deprimit, sicut dicit SS. Mater Dei: *Deposuit potentes de sede. & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Et Anna prophetissa mater Samuelis:

Luc. 1. 12.

Repleti

Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Hoc quidem videmus, quod attinet ad temporale, in iuuene illo pastore ouium Dauide, qui præ omnibus suis fratribus in regnū collocabatur, & rex Saul reijcitur, cuius posteri nōnulli suspenduntur, nonnulli clementer à Dauide sustentantur, vt Miphibozeth. Tale quid quotidie fit in mundo, ꝙ diuites, & potentes in paupertatē & cōtemptum hominum incidant, & pauperes ad dignitates, & diuitias extollantur. Quod Deus sic disponit, ne quemquā cōtemnas, cogitādo, qui hodie tibi subiectus est, & tuo auxilio indiget, eū tibi cras præferri posse, ita ꝙ opem illius etiam implorare cogaris. Quod ad spirituale attinet, videmus labi eos, qui boni erant, veluti Iudam: eos verò ad meliorē se frugē recipere, qui in peccatis viuebāt, vti Paulum, Magdalenā, alios innumeros. Multi item iuuenes feruore spiritus senes superāt. *Secundo*, hoc maximè fit in altero sæculo, vbi minimi sæpè, & cōmuniter ferè, altissimis præferuntur, & hoc duobus modis. *Imprimis*, vt ambo quidē ad cœlum perueniant, sed qui hic primo mali erant, vel saltem minus boni, præponuntur bonis, vel aliquando melioribus: nempe, B. Paulus, Stephano; ait Gregori⁹: & B. Maria Magdalena, Marthæ. *Queres* fortassis, An id eos non contristabit & cruciabit, dum videbunt illos sibi præponi, qui hic inferiores erant? *Respondeo* Non: quia in cœlesti gloria nullum malum, nulla potest esse tristitia, nulla iracundia, contumelia, nulla denique superbia: vnusquisque eo, quod à Deo accipit contentus, nihil vltra desiderat, quia supra merita sua remuneratum se esse nouit: quodque illi, qui altiorem dignitatis locum obtinuerunt, non ex pura Dei gratia, sed proprijs etiam meritis eundem consecuti sint. Verum est eos cogitare posse: si dum adhuc inter mortales ageremus, magnitudinē illam gloriæ considerassemus melius, pro viribus nostris ad maiorem consequendam contendissemus. Hoc tamen sine vlla fiet tristitia: quin imo gratias agent DEO, quod illam quam habent, nec deterius quid, consecuti sint. *Deindè*, dum minimus saluatur, & maximus damnatur, quemadmodum accidit LAZARO, & diuiti epuloni: quod futurum erit valdè turpe, & abominabile, præsertim istis,

Marginalia: *1. Reg. 2. 5.* *1. Reg. 16.* *2. Reg. 21.* *2. Reg. 9.* — In altero seculo nouissimi primi: dupliciter. — 1. — *Greg. hom. 19. in Euang.* — Quæstio. — Responsio. — 2. — *Luc. 16.*

istis, qui hic honores, & altitudines diligunt, qui etiam in ipso inferno ab ambitione non abstinebunt, neque cessabunt erubescere de ignominia. Diues auarus cupit adhuc seruitio Lazari, nempe in adferendo guttulam aquæ, vti: sed ab Abrahamo audit, Lazarum iam digniorem esse, quam vt illi inseruire queat. Eheu quantum erit dedecus, dum diuites, nobiles, potentes, principes, tam viri, quam fœminæ, in omni se paupertate, nuditate & contemptu in inferno positos esse videbunt, eos vero quos in mundo contempserant, nec vel aspectu dignati fuerant, elatos, & supra se in cœlo constitutos contemplabuntur. Cogita hæc tu, qui despici non vis, & in honore perpetuo manere contende. Sapiens admonet Reges his verbis: *Audite reges, qui placetis vobis in turbis nationum, discatis sapientiam, vt non excidatis.* Multi enim nunc sunt in igne æterno, in seruitute dæmonũ, qui mundo huic dum viuerẽt dominabantur. Quare sic in hoc mundo vitam institue, vt non minoris æstimeris in altera, quam hic æstimatus fuisti: neque dicatur tibi: Hic adeo videbatur bonus, adeo sanctus, adeo in speciem honestus, tot virtutibus decorus, ecce quantus hypocrita, quot occultis vitijs, & defectibus turpis? Ignominia enim illa longè superabit hanc, & in illo sæculo multo grauior accidet, quam in hoc mundo.

Sap. 6. 10.

Sic. quid notet.

In hac sententia Christi, verbũ illud. *Sic*, benè notandum est: quia illud docet nos modum, quomodo aliquis ex primo vltimus fiat, & contra ex vltimo primus, scilicet, viuendo & faciendo, sicut primi & vltimi faciebant. Quinque hic adducuntur, vnde primi vltimi facti sint. *Imprimis*, quod tota die in vinea fuissent, sed languidè laborassent, parumq; effecissent. *Deindè*, quod laborem suum magni facerent, eumque inæquali præmio remunerari putarent. *Tertio*, quod proximorũ opera aspernarentur: *Quarto*, quod ex auaritia maiorem mercedem postularent, quam eis deberetur. *Quinto*, quod murmurarent. Quinque hæres sunt, quibus homines sæpè decipiuntur, & ex virtute in peccata labuntur. *Imprimis*, negligentem esse in bonis operibus, nunc incipere, paulo post cessare, nunc sacrum audire, mox ad saltationes & tripudia conuolare: iam confiteri, paulò post proximo detrahere: plus tem-

Quinque propter quæ primi vltimi.

Applicantur.

I.

temporis inutiliter consumere, quam cultui & honori Dei impendere. *Deinde* superbia dum nos opera nostra magni æstimamus, dum nos laudamus, & libenter audimus honorificam nostri mentionem fieri. *Tertio,* exiguus amor erga proximum, quem vituperamus, & libenter in eius defectibus occupamur. *Quarto,* Auaritia vnde omne malum profluit. *Quinto,* impatientem esse, neque contentum eo ipso quod Deus largitur. His sane modis accidit, quod boni homines cadant, veluti Adamus, Saul, Salomon, Iudas: quia boni dum sunt, manere, aut progressum in virtutibus facere non curant.

2.
3.
4.
5.

Vltimi vero qui primi facti sunt, hæc etiam quinq; habebant. *Imprimis*, licet primò malè viuerent, malamque suam vitam excusare quærerent, eo quod nemo eos conduxerat, tamen cum in vineam venissent, nullo labori pepercerunt, sed plus vna hora laborarunt ijs qui tota die inibi desudarāt. *Deinde*, humiles erant, & minoris faciebant opera sua, quam reipsa essent. *Tertio*, neminem contemnebant, imo permisissent primos primo accedere, nisi ex mandato Domini primo vocati fuissent. *Quarto,* non erant petaces, sed opinabantur plus sibi dari, quam deceret. *Quinto*, tacent, non respondent ad murmurationē priorum, sed totum Domino relinquunt, qui eos defendebat. Sequere ergo eos in his virtutibus, si vis cum illis remunerari. *Primo*, sis diligens in obsequio Dei, nullum perdas tempus, omnia facias ad honorem Dei. *Deinde* sis humilis, contemnas teipsum, taceas virtutes tuas, cogites te nihil valere, & quod sis minimus in mundo: quia non potes te nimium abijcere, & nimis vili pendere, quemadmodū filum nimis tenue fieri non potest, quod per foramen aciculæ trahi debet. *Tertio*, diligas proximum tuum, virtutes illius tuis præfer, loquere de illo bene, in omni opere bono & pio illius ductum sequere. *Quarto,* deuites omnem cupiditatem honorum, bonorum, aliarumq; rerum temporalium, gratias agens Deo de istis, quæ tibi largitus est. *Quinto*, tradas te totū in manus Dei, & confidas firmissimè, eum te nunquam derelicturum. O quantus erit tibi honor, quantum decus in illa vita præponi illis, qui hic tibi præferebantur? quando videbis parētes, magistros, Dominos tuos, Principes: Reges, Car-

Vltimi primi propter quinque.
1.
2.
3.
4.
5.
Applicantur hæc nobis.
1.
2.
3.
4.
5.

dinales, Pontifices, etiam pedibus tuis subijci? Quantum lætabuntur omnes sancti de isto honore tuo, quam se exhilarabunt? Esto ergo diligens, humilis, armator proximi, pauper spiritu, soli Deo innitere: quia quo perfectius has tibi virtutes acquisiueris, eo altiorem præ cæteris locum consequeris.

XVII. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* De his verbis dicit S. Gregorius, quod sint valde formidanda, & quod concludant Euangelium cum magno timore. Huc vsque siquidem audiuimus de misericordia Dei qui vltimis non minus dat, quam primis: sed ne nimis quiete viuas, cogitando te, qui es in vltima mundi ætate, cum vltimis denarium esse accepturum. Christus vult hanc quietem adimere, vt cum omni diligentia labores, & per bona opera certam facias vocationem tuam, vt nos monet S. Petrus: atque eo magis, quod hęc sentētia Christi non loquatur de vniuerso mūdo, de quo certi sumus, quod admodum exiguus numerus saluabitur, respectu multitudinis eorum, qui ad Infernum descendent: quoniam maior pars istius multitudinis, imo ferè tota multitudo incredula est, veluti Turcæ, Iudæi, Gentiles, & hæretici diuersarum sectarum: ita quidem quod in veritate dicere possimus, quod in magnis istis regionibus Asiæ, Africæ, Americæ, quę partes longè maiores sunt Europa, vix vnus saluabitur, comparatione facta ad illos, qui in Infernum detrudentur. Sed Christus loquitur de operarijs, qui in vinea Ecclesiæ conducti sunt, in Sacramento Baptismatis, & in illa manent, id est, solis Catholicis. Horribile est audire, quod pauci Catholici sint Cœlum ascensuri, tamen hoc Christus Iudex dicit, qui omnes intromittet, qui sunt in illud venturi. Atque ita credi potest, quod Venerabilis Iacobus Carthusianus ante annos centum septuaginta scriptum reliquit: scilicet quod cum sancto Bernardo triginta millia animarum, ad tremendum Dei iudicium venerint, de quibus tantum duę, ipse nempe S. Bernardus, & Decanus Ecclesiæ Lincolniensis in Anglia, ad cœlum ascenderint, tres in Purgatorium ierint, reliquæ omnes in Inferni barathrum deiectæ sunt. Eheu quotusquisque nostrum est, qui nouerit paucos inter, an multos constituendus sit in illo die? Causam certè ex hoc habemus timoris maximi, in omni enim statu, quātumuis

Homil. 34. in Euang.

2. Pet. 1. 10. Paucitas saluandorū.

L. de peccatis mortalibus. Horribilis historia.

Timor futuri iudicij.

tumuis ille sanctus sit, homines sunt, qui in infernum sunt descensuri. Reges, Comites, & quicquid Principum, aut nobilium est, huic timori obnoxij sunt: Mercatores, Opifices, Rustici, mendici, & omne Laicorum genus ab hoc sibi malo metuere habent: Summi pręterea Pontifices, Cardinales, Episcopi, Abbates, Præpositi, Decani, quicquid Ecclesiasticorum est: Monachi, Eremitæ, Religiosi, omnes in statu suo damnationem timere possunt. Eheu quam multę sunt familię inter Catholicos, in quibus vel omnes ad Infernum descendunt, vel maior pars, aut certè aliquis ad minimum? Quod Matt. 24. 4. quidem Christus significat, dum dicit: *Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna assumetur, vna relinquetur.* Sanctus Chrysostomus causam reddit Hom. 65. in Matth. paucorum saluandorum, scilicet quod pauci sint, qui virtutes habent integras, & ab omni parte absolutas. Si ergo vis saluus esse, nulla tibi virtus deesse debet: *Quia quicunque offendit in vno*, inquit S. Iacobus, *factus est omnium reus*, id est, qui vnum Iacob. 2. 10. mandatum Dei transgreditur, is æque ibit ad infernum, ac si omnia transgressus fuisset, licet non æquè profundè. Virtutes non consistunt in verbis, cæremonijs, aut externis alijs operibus: plura enim requiruntur, vt quis sit humilis, obediens, patiens, misericors, quam quædam opera harum virtutum, exterius tantum ostendere. Intuetur enim Deus cor, quod fortè non est ita rectum & syncerum, vti esse deberet. Igitur noli esse nimium quietus, licet in vinea Domini labores, labor enim tuus Deo displicere potest. Quis dubitaret de salute Concionatorum, qui doctrinam etiam suam miraculis confirmant? multi tamen eorum audient illud Christi. *Nunquam* Matt. 7. 23. *noui vos discedite à me qui operamini iniquitatem.* Quare si vis certus esse, paucos inter, an multos, constituendus sis, vitam tuam, & opera sæpè perpende, vide num concordent, cum frequentiori illa turba, id est, cum mundanis hominibus, qui inclinationes suas malas, comessationibus, honoribus, & opibus consectandis insumunt: an verò cum pusillo illo grege, de quo multo sumus certiores, quod nunc in cœlo cum Christo regnet, veluti Franciscus, Dominicus, Ignatius,

& innumerabiles alij, quos pro Sanctis habet Ecclesia. Quod si sequeris Sanctos, sperare poteris: si mundum, timoris habes insignem causam.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, qui ab exordio mundi Ecclesiam tuam ædificasti, & in illam pios semper, doctos, seduloſq; operarios misisti: qui non cessas bonis inspirationibus, & internis vocationibus nos trahere ad te in omni vitæ ætatisq; tempore, media aptißima ad inseruiendum tibi suppeditando, & ingentibus vitæ æternæ promißis nos alliciendo. Oramus te, non derelinquas Ecclesiam tuam, neque etiam nos, qui creaturæ tuæ & serui sumus. Multi stant nostrum otiosi in magno illo huius mundi foro, nec de labore cogitant: multi etiam sunt qui vineam tuam destruere, & peruersis doctrinis, atq; hæresibus euertere conantur: multi sunt operarij tardi, vinem tuam negligenter colentes. Digneris ergo descendere ad nos, & hostes tuos à vinea repellere, hæreses extirpare, otiosos ad opus pellere, atq; omnibus Ecclesiasticis, & Christianis in sæculo degentibus, ardens Ecclesiæ iuuandæ desiderium, infundere. Et licet tota nostra vita sine mercede tibi inseruire deberemus, qui tui sumus, & ad te Creatorem & Redemptorem nostrum pertinemus: quoniam tamē tibi placet nobiscum conuenire pro mercede vitæ æternæ, perennemque gloriam promittere, etiam iuua nos gratiæ tuæ cœlestis auxilio, vt sempiternam illam mercedem in cœlis te donante consequamur. Qui cum Patre, & Spiritu S. Saluator mundi viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Euangelium Luc. 8.

N illo tempore: cum turba plurima cõuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrã, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit super spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis; vt videntes non videant, & audiẽtes non intelligant. Est autem hæc parabola: semen est verbũ Dei. Qui autem sunt secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & si radices non habent, quia ad tempus credunt & tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit; hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono, & optimo, audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Compendiosa Euangelij Exegesis.

Matth. 46.



Vm in domo quadam populū doceret Dominus, quæ ita farta erat auditorib. vt charissima ipsi mater, ac fratres.i.cognati volentes ipsi loqui, aditū non haberent, exiuit ad stagnū Genezareth, vbi locus spatiosior: at quia tanta hominum erat frequentia, vt non tantū ex humili loquentē audire non possent, sed & importuno concursu premerent; ascendit nauiculam, vt ibi tranquillius, laxiusq; sederet, ac vt ex edito intelligeretur cōmodius. Videns itaq; tātam vndiq; concurrentem ex vicis, ex vrbibus multitudinē, dedit parabolā: significans non satis esse verbū Dei audire, quia multi eius auditu non emendātur: docens etiam Concionatores, vt non applaudāt sibi, in auditorij frequētia: forte.n. aut vnus, aut nemo ex prædicatione eorum proficit; atque ita, nihil nisi vana ad ipsum redit commendatio, nullus fructus animarum.

Parabola est de seminante, qui exijt seminare semina, ac volens vt omnia fructum proferant inijcit in agrum, decidūt tamen in quatuor distincta loca. *Primum*, in viam, quod duabus de causis non fructificat. tum, quia conculcatur à transeuntibus; tum, quia ab auibus cœli deuoratur. tertia etiam assignari potest ratio, viæ durities; atque ita illa sementis plane est inutilis. *Secundum*, incidit in petras, pauxillo terræ coopertas, quod quidem germinat confestim, ob iniectæ terræ tenuitatem, & quia humores, caloresq; ad petram subiectam sistunt, atq; inde statim

tim pullulat. sed duo sunt quæ profectũ impediunt, terræ videlicet, humorisq; penuria, atq; solis æstus *Tertium* in terram quidem bonam incidit, sed suffocatur à spinis, dumisq; succrescentibus *Quartum* in terram incidit bonam, ac liberam, & fructum facit; sed hunc diuersum; aliud enim centesimum ex grano vno, aliud sexagesimum, aliud trigesimum. i. aliud valde copiosum, aliud mediocrę, aliud exiguũ ꝑ terræ genio, ac fertilitate, magis minusq; rigatæ ac cultæ. Cum dixisset hanc parabolã Christus, vidẽs forte aliquos vt fit fabulantes, ac parum attentos, quãuis hæc attẽtione dignissima, vtilissimaque esset parabola; clamabat: *Qui habet aures audiẽdi, audiat.* i. si quis inter vos spirituale habet auditũ cupiẽs hãc intelligere doctrinã, & habens à Deo gratiã, vt possit, attendat, ac quæ dico recogitet, habent. n. operæ pretium. Discipuli audiẽtes eum in parabolis loqui, accesserũt ad eum cũ solus esset. & iuxta alios Euangelistas, duo ex ipso quærebãt. *Primũ*: cur non apertius, sed per parabolas obscuras doceret turbas, quasi cõdolerent populo. *Secundum:* quid sibi vellet parabola, petentes ab ipso explicationem. Ad *primum* respondit Christus. quia non omnibus datum est, nosse mysteria fidei tã explicite, sicut vobis, qui discipuli mei, ac Apostoli estis instructuri per vniuersũ mũdum alios, ac ideo illis loquor in parabolis, maxime quia inter eos sunt, qui videntes nõ vidẽt, & intelligentes nõ intelligunt, quorũ videlicet tanta est obstinatio, vt quæ vident, & audiunt, aduertere nolint. quales sunt Scribæ, & Pharisæi, qui quidquid ex me percipiũt, male interpretantur, atq; ideo merẽtur non clare intueri veritatem, sed in cæcitate sua

Matt. 13. 3. Marc. 4. 10.

relinqui, vt videntes non videant, & audientes quæ loquor, non intelligant.

Ad *secundam* petitionem, explicat illis parabolam; dicens: semen esse verbum Dei. Quemadmodũ enim semen fructum non facit, nisi in terram cadat vbi operiri debet, ac mori, alterarique: ita non prodest annunciare verbum Dei, nisi auditores suscipiant, in corde occulant, ac meditationibus perscrutentur seminator, est Christus; qui seminat semen suum, & omnes concionatores catholici, qui semẽ eius spargunt. Quatuor auditorum genera sunt, qui omnes vt agri conseruntur. *Primi* terræ in vijs protritæ, ac calcatæ, similes sunt; quibus cor scilicet durum est, ac multis terrenis cogitationibus peruium, quæ sementem bonam proterunt: quod aspiciens diabolus, ab illorum memoria, verba, quæ negligẽter audierant, & custodiebant, aufert, atque ideo carent fructu. *Secundi* similes sunt petris, tenui terra coopertis, qui Dei verbum non audiunt tãtum, sed & suscipiunt, & cum gaudio emendationem ostendunt, proponentes mundum deserere, sacramentis frequenter participare, aut alia pietatis opera tractare; sed hæc proposita infirma nimis sunt, atque ideo facile resiliunt, & sui obliuiscuntur, quamprimum aliquæ suboriuntur difficultates. Illis mitius cor necessarium est, ac amplior gratia. *Tertij* similes sunt terræ spinosæ; qui Dei verba audiunt, intelligunt, suscipiunt, imo & fructum aliquem facere sperant; sed sicut præcedentibus æstus, id est, tribulationes, ita his obsunt sæculi sollicitudines; adeo vt Dei verbum etiam in his fructum non faciat. Bene quidem incipiũt, & pro tempore persistũt, sed tandem

tandem obruuntur,& Dei verbum,ac suum obliuiscuntur propositū.Obruuntur à tribus. *Primo*, sollicitudine quęrendarum diuitiarum,& honorū. *Secundo* ab ipsismet diuitijs,vt ne pereant, sed maneāt saluę,ad ipsorum vsum.*Tertio* voluptatibus carnis, in esu,potu,venereisq; quæ diuitias consequuntur. *Quarti* similes sunt bonæ terræ;qui cōtra tria prædicta,tria opponunt remedia.*Primo* enim:retinent, & reseruant verbū,q; non faciebant primi. *Secundo*: adferunt fructū in patientia, perseuerātes in bono, quamuis multas sustineāt impugnationes. vt enim segetes pluuiis nutriuntur,& ventis solidantur; ita &hi fortiores,melioresq; euadūt aduersitatib. quod secundi non faciebant,qui propter asperitates, bonum deserebant propositū. *Tertio*:suscipiunt semē i. verbum Dei,in corde bono,& optimo;quod tertij non faciunt,qui illu d suscipiunt inter spinas.

Quemadmodum triplicis generis sunt auditores infructuosi,ita & triplicis generis auditores fructuosi sunt;qui fructus bonos,etsi inæquales, tū in hac, tum in futura vita adferunt:Quidam enim ita diuinis commouentur eloquijs,vt viam perfectionis,ad Dei honorē,ingrediātur:vel in cœnobio,vel in virginali continentia,vel in Martyrio.Quidā eo vsque non ascendunt;faciunt tamen plus, quam soleant homines,sacramenta sæpe suscipiunt, infirmos visitant,faciunt liberales eleemosynas,bis, ter , ieiunant in hebdomada,quotidie sacrum audiunt, &c. quidam tantum non faciunt , sed peccata interim mortalia declinant,seruant præcepta Dei, & Ecclesiæ,&viuunt,vt simplicē decet Christianum.Hi fructus sunt verbum Dei , in hac vita:secundum quos,

oculis sinistris intuentur. Et hi duplices sunt. *Primi*, qui ex bonitate ipsius incidunt in incredulitatem, tam hæretici, quam Catholici. Plures enim errores ex bonitate Dei, quam Maiestate, potentia, & iustitia promanarunt. Nostri hæretci non credunt Sacerdotem malæ vitæ posse in Sacramento consecrare corpus Christi, aut Sanctos pro nobis orare, aut nos per internam Dei gratiam iustos esse, & similia, quæ magna Dei bonitate nituntur. Nonnulli Catholici cum Iob, Gedeone, Dauide, Ieremia, & Abacuc allidunt se ad Deum, dum vident eum malis in hoc mundo omnium rerum prosperitatem largiri. Omnes isti æstimant Deum ex seipsis, non cogitantes tam magnum esse discrimen inter Dei, & hominum causam, aut modum faciendi, quam inter cœlum & terram, vt dicit Isaias. *Secundi*, qui bonitate Dei ad suam malitiam abutuntur, & propterea peccant, quia Deus bonus est, id est, quia facit illos prosperari in rebus suis, quia non vindicat illorum peccata, quia denique valdè facilè peccata remittit. Hoc ipsum videmus in Dauide, qui minus peccabat, dum esset in magnis angustijs, fugiendo persecutionem Regis Saul, quam dum in pace regnum possideret: filij etiam Israel timebant peccare in solitudine, quod peccatores viderent tam grauiter puniri. De omnibus istis prædictis intelligere possumus verba CHRISTI: *Oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Id est, tu quidem ex mea bonitate deberes ædificari, & omne bonum discere, sed facis contrarium: tu enim in bono malum inuenis, in quo malum tamen nullum est, quin & ex eo, quod bonum est purum, malum accipis. Vnde disces Deum sæpè iure optimo nos castigare, & miserijs vexare, vt meliores reddamur, quandoquidem bonitate nos sua ad omne malum abuti videt.

Iob. 21. Iud 6. Psalm. 72. Ierem. 12. Abac. 1. Cap. 51.

XVI. *Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi.* hoc duplici modo accidit. *Primo*, in hoc mundo, in quo sepe magna fit mutatio, non ex fortuna, vt Gentiles, falsique Christiani arbitrantur, sed p ordinationẽ Dei, qui suâ occultâ sapientiâ pauperes extollit, diuites verò deprimit, sicut dicit SS. Mater Dei: *Deposuit potentes de sede. & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Et Anna prophetissa mater Samuelis:

Luc. 1. 12.

Repleti

Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt. Hoc quidem videmus, quod attinet ad temporale, in iuuene illo pastore ouium Dauide, qui præ omnibus suis fratribus in regnũ collocabatur, & rex Saul reijcitur, cuius posteri nõnulli suspenduntur, nonnulli clementer à Dauide sustentantur, vt Miphibozeth. Tale quid quotidie fit in mundo, ꝙ diuites, & potentes in paupertatẽ & cõtemptum hominum incidant, & pauperes ad dignitates, & diuitias extollantur. Quod Deus sic disponit, ne quemquã cõtemnas, cogitãdo, qui hodie tibi subiectus est, & tuo auxilio indiget, eũ tibi cras præferri posse, ita ꝙ opem illius etiam implorare cogaris. Quod ad spirituale attinet, videmus labi eos, qui boni erant, veluti Iudam: eos verò ad meliorẽ se frugẽ recipere, qui in peccatis viuebãt, vti Paulum, Magdalenã; alios innumeros. Multi item iuuenes feruore spiritus senes superãt. *Secundo*, hoc maximè fit in altero sæculo, vbi minimi sæpè, & cõmuniter ferè, altissimis præferuntur, & hoc duobus modis. *Imprimis*, vt ambo quidẽ ad cœlum perueniant, sed qui hic primo mali erant, vel saltem minus boni, præponuntur bonis, vel aliquando melioribus: nempe, B. Paulus, Stephano; ait Gregori⁹: & B. Maria Magdalena, Marthæ. *Quæres* fortassis, An id eos non contristabit & cruciabit, dum videbunt illos sibi præponi, qui hic inferiores erant? *Respondeo* Non: quia in cœlesti gloria nullum malum, nulla potest esse tristitia, nulla iracundia, contumelia, nulla denique superbia: vnusquisque eo, quod à Deo accipit contentus, nihil vltra desiderat, quia supra merita sua remuneratum se esse nouit: quodque illi, qui altiorem dignitatis locum obtinuerunt, non ex pura Dei gratia, sed proprijs etiam meritis eundem consecuti sint. Verum est eos cogitare posse: si dum adhuc inter mortales ageremus, magnitudinẽ illam gloriæ considerassemus melius, pro viribus nostris ad maiorem consequendam contendissemus. Hoc tamen sine vlla fiet tristitia: quin imo gratias agent DEO, quod illam quam habent, nec deterius quid, consecuti sint. *Deindè*, dum minimus saluatur, & maximus damnatur, quemadmodum accidit LAZARO, & diuiti epuloni: quod futurum erit valdè turpe, & abominabile, præsertim istis,

1. Reg. 2. 9.
1. Reg. 16.
2. Reg. 21.
2. Reg. 9.

In altero seculo nouissimi primi: dupliciter.

1.

Greg. hom. 19. in Euang.

Quæstio.

Responsio.

2.

Luc. 16.

istis, qui hic honores, & altitudines diligunt, qui etiam in ipso inferno ab ambitione non abstinebunt, neque cessabunt erubescere de ignominia. Diues auarus cupit adhuc seruitio Lazari, nempe in adferendo guttulam aquæ, vti: sed ab Abrahamo audit, Lazarum iam digniorem esse, quam vt illi inseruire queat. Eheu quantum erit dedecus, dum diuites, nobiles, potentes, principes, tam viri, quam fœminæ, in omni se paupertate, nuditate & contemptu in inferno positos esse videbunt, eos vero quos in mundo contempserant, nec vel aspectu dignati fuerant, elatos, & supra se in cœlo constitutos contemplabuntur. Cogita hæc tu, qui despici non vis, & in honore perpetuo manere contende. Sapiens admonet Reges his verbis: *Audite reges, qui placetis vobis in turbis nationum, discatis sapientiam, vt non excidatis.* Multi enim nunc sunt in igne æterno, in seruitute dæmonū, qui mundo huic dum viuerēt dominabantur. Quare sic in hoc mundo vitam institue, vt non minoris æstimeris in altera, quam hic æstimatus fuisti: neque dicatur tibi: Hic adeo videbatur bonus, adeo sanctus, adeo in speciem honestus, tot virtutibus decorus, ecce quantus hypocrita, quot occultis vitijs, & defectibus turpis? Ignominia enim illa longè superabit hanc, & in illo sæculo multo grauior accidet, quam in hoc mundo.

Sap. 6. 10.

In hac sententia Christi, verbū illud *Sic*, benè notandum est: quia illud docet nos modum, quomodo aliquis ex primo vltimus fiat, & contra ex vltimo primus, scilicet, viuendo & faciendo, sicut primi & vltimi faciebant. Quinque hic adducuntur, vnde primi vltimi facti sint. *Imprimis*, quod tota die in vinea fuissent, sed languidè laborassent, parumq; effecissent. *Deindè*, quod laborem suum magni facerent, eumque inæquali præmio remunerari putarent. *Tertio*, quod proximorū opera aspernarentur: *Quarto*, quod ex auaritia maiorem mercedem postularent, quam eis deberetur. *Quinto*, quod murmurarent. Quinque hæ res sunt, quibus homines sæpè decipiuntur, & ex virtute in peccata labuntur. *Imprimis*, negligentem esse in bonis operibus, nunc incipere, paulo post cessare, nunc sacrum audire, mox ad saltationes & tripudia conuolare: iam confiteri, paulò post proximo detrahere: plus tem-

Sic quid notet.

Quinque propter quæ primi vltimi.

Applicantur.

1.

temporis inutiliter consumere, quam cultui & honori Dei impendere. *Deinde* superbia dum nos opera nostra magni æstimamus, dum nos laudamus, & libenter audimus honorificam nostri mentionem fieri. *Tertio*, exiguus amor erga proximum, quem vituperamus, & libenter in eius defectibus occupamur. *Quarto*, Auaritia vnde omne malum profluit. *Quinto*, impatientem esse, neque contentum eo ipso quod Deus largitur. His sane modis accidit, quod boni homines cadant, veluti Adamus, Saul, Salomon, Iudas: quia boni dum sunt, manere, aut progressum in virtutibus facere non curant.

2. (margin) 3. (margin) 4. (margin) 5. (margin)

Vltimi vero qui primi facti sunt, hæc etiam quinq; habebant. *Imprimis*, licet primò malè viuerent, malamque suam vitam excusare quærerent, eo quod nemo eos conduxerat, tamen cum in vineam venissent, nullo labori pepercerunt, sed plus vna hora laborarunt ijs qui tota die inibi desudarāt. *Deinde*, humiles erant, & minoris faciebant opera sua, quam reipsa essent. *Tertio*, neminem contemnebant, imo permisissent primos primo accedere, nisi ex mandato Domini primo vocati fuissent. *Quarto*, non erant petaces, sed opinabantur plus sibi dari, quam deceret. *Quinto*, tacent, non respondent ad murmurationē priorum, sed totum Domino relinquunt, qui eos defendebat. Sequere ergo eos in his virtutibus, si vis cum illis remunerari. *Primo*, sis diligens in obsequio Dei, nullum perdas tempus, omnia facias ad honorem Dei. *Deinde* sis humilis, contemnas teipsum, taceas virtutes tuas, cogites te nihil valere, & quod sis minimus in mundo: quia non potes te nimium abijcere, & nimis vili pendere, quemadmodū filum nimis tenue fieri non potest, quod per foramen aciculæ trahi debet. *Tertio*, diligas proximum tuum, virtutes illius tuis præfer, loquere de illo bene, in omni opere bono & pio illius ductum sequere. *Quarto*, deuites omnem cupiditatem honorum, bonorum, aliarumq; rerum temporalium, gratias agens Deo de istis, quæ tibi largitus est. *Quinto*, tradas te totū in manus Dei, & confidas firmissimè, eum te nunquam derelicturum. O quantus erit tibi honor, quantum decus in illa vita præponi illis, qui hic tibi præferebantur? quando videbis parētes, magistros, Dominos tuos, Principes, Reges, Car-

Vltimi primi propter quinque.
1. 2. 3. 4. 5.
Applicantur hæc nobis.
1. 2. 3. 4. 5.

dinales, Pontifices, etiam pedibus tuis subijci? Quantum lætabuntur omnes sancti de isto honore tuo, quam se exhilarabunt? Esto ergo diligens, humilis, amator proximi, pauper spiritu, soli Deo innitere: quia quo perfectius has tibi virtutes acquisieris, eo altiorem præ cęteris locum consequeris.

XVII. *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.* De his verbis dicit S. Gregorius, quod sint valde formidanda, & quod concludant Euangelium cum magno timore. Huc vsque siquidem audiuimus de misericordia Dei qui vltimis non minus dat, quam primis: sed ne nimis quiete viuas, cogitando te, qui es in vltima mundi ætate, cum vltimis denarium esse accepturum. Christus vult hanc quietem adimere, vt cum omni diligentia labores, & per bona opera certam facias vocationem tuam, vt nos monet S. Petrus: atque eo magis, quod hęc sentẽtia Christi non loquatur de vniuerso mũdo, de quo certi sumus, quod admodum exiguus numerus saluabitur, respectu multitudinis eorum, qui ad Infernum descendent: quoniam maior pars istius multitudinis, imo ferè tota multitudo incredula est, veluti Turcæ, Iudæi, Gentiles, & hæretici diuersarum sectarum: ita quidem quod in veritate dicere possimus, quod in magnis istis regionibus Asiæ, Africæ, Americæ, quę partes longè maiores sunt Europa, vix vnus saluabitur, comparatione facta ad illos, qui in Infernum detrudentur. Sed Christus loquitur de operarijs, qui in vinea Ecclesiæ conducti sunt, in Sacramento Baptismatis, & in illa manent, id est, solis Catholicis. Horribile est audire, quod pauci Catholici sint Cœlum ascensuri, tamen hoc Christus Iudex dicit, qui omnes intromittet, qui sunt in illud venturi. Atque ita credi potest, quod Venerabilis Iacobus Carthusianus ante annos centum septuaginta scriptum reliquit: scilicet quod cum sancto Bernardo triginta millia animarum, ad tremendum Dei iudicium venerint, de quibus tantum duę, ipse nempe S. Bernardus, & Decanus Ecclesiæ Lincolniensis in Anglia, ad cœlum ascenderint, tres in Purgatorium ierint, reliquæ omnes in Inferni barathrum deiectæ sunt. Eheu quotusquisque nostrum est, qui nouerit paucos inter, an multos constituendus sit in illo die? Causam certè ex hoc habemus timoris maximi, in omni enim statu, quãtumuis

Homil. 31. in Euang.

1. Pet. 1. 10.
Paucitas saluandorũ.

L. de peccatis mortalibus.
Horribilis historia.

Timor futuri iudicij.

tumuis ille sanctus sit, homines sunt, qui in infernum sunt descensuri. Reges, Comites, & quicquid Principum, aut nobilium est, huic timori obnoxij, sunt: Mercatores, Opifices, Rustici, mendici, & omne Laicorum genus ab hoc sibi malo metuere habent: Summi pręterea Pontifices, Cardinales, Episcopi, Abbates, Præpositi, Decani, quicquid Ecclesiasticorum est: Monachi, Eremitæ, Religiosi, omnes in statu suo damnationem timere possunt. Eheu quam multę sunt familię inter Catholicos, in quibus vel omnes ad Infernum descendunt, vel maior pars, aut certè aliquis ad minimum? Quod quidem Christus significat, dum dicit: *Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duæ molentes in mola: vna assumetur, vna relinquetur.* Sanctus Chrysostomus causam reddit paucorum saluandorum, scilicet quod pauci sint, qui virtutes habent integras, & ab omni parte absolutas. Si ergo vis saluus esse, nulla tibi virtus deesse debet: *Quia quicunque offendit in vno*, inquit S. Iacobus, *factus est omnium reus*, id est, qui vnum mandatum Dei transgreditur, is æque ibit ad infernum, ac si omnia transgressus fuisset, licet non æquè profundè. Virtutes non consistunt in verbis, cæremonijs, aut externis alijs operibus: plura enim requiruntur, vt quis sit humilis, obediens, patiens, misericors, quam quædam opera harum virtutum, exterius tantum ostendere. Intuetur enim Deus cor, quod fortè non est ita rectum & syncerum, vti esse deberet. Igitur noli esse nimium quietus, licet in vinea Domini labores, labor enim tuus Deo displicere potest. Quis dubitaret de salute Concionatorum, qui doctrinam etiam suam miraculis confirmant? multi tamen eorum audient illud Christi. *Nunquam noui vos discedite à me qui operamini iniquitatem.* Quare si vis certus esse, paucos inter, an multos, constituendus sis, vitam tuam, & opera sæpè perpende, vide num concordent, cum frequentiori illa turba, id est, cum mundanis hominibus, qui inclinationes suas malas, comessationibus, honoribus, & opibus consectandis insumunt: an verò cum pusillo illo grege, de quo multo sumus certiores, quod nunc in cœlo cum Christo regnet, veluti Franciscus, Dominicus, Ignatius,

Matt. 24. 4.

Hom. 65. in Matth.

Iacob. 2. 10.

Matt. 7. 23.

& innumerabiles alij, quos pro Sanctis habet Ecclesia. Quod si sequeris Sanctos, sperare poteris: si mundum, timoris habes insignem causam.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, qui ab exordio mundi Ecclesiam tuam ædificasti, & in illam pios semper, doctos, sedulosque operarios misisti: qui non cessas bonis inspirationibus, & internis vocationibus nos trahere ad te in omni vitæ ætatisque tempore, media aptissima ad inseruiendum tibi suppeditando, & ingentibus vitæ æternæ promissis nos alliciendo. Oramus te, non derelinquas Ecclesiam tuam, neque etiam nos, qui creaturæ tuæ & serui sumus. Multi stant nostrum otiosi in magno illo huius mundi foro, nec de labore cogitant: multi etiam sunt qui vineam tuam destruere, & peruersis doctrinis, atque hæresibus euertere conantur: multi sunt operarij tardi, vinem tuam negligenter colentes. Digneris ergo descendere ad nos, & hostes tuos à vinea repellere, hæreses extirpare, otiosos ad opus pellere, atque omnibus Ecclesiasticis, & Christianis in sæculo degentibus, ardens Ecclesiæ iuuandæ desiderium, infundere. Et licet tota nostra vita sine mercede tibi inseruire deberemus, qui tui sumus, & ad te Creatorem & Redemptorem nostrum pertinemus: quoniam tamē tibi placet nobiscum conuenire pro mercede vitæ æternæ, perennemque gloriam promittere, etiam iuua nos gratiæ tuæ cœlestis auxilio, vt sempiternam illam mercedem in cœlis te donante consequamur. Qui cum Patre, & Spiritu S. Saluator mundi viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

DOMI-

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Euangelium Luc. 8.

N illo tempore: cum turba plurima cõuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petrã: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit super spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis; vt videntes non videant, & audiẽtes non intelligant. Est autem hæc parabola: semen est verbũ Dei. Qui autem sunt secus viam, hi sunt, qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes saluifiant. Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & si radices non habent, quia ad tempus credunt & tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit; hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam tertam, hi sunt, qui in corde bono, & optimo, audientes, verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

Compendiosa Euangelij Exegesis.



Vm in domo quadam populũ doceret Dominus, quæ ita farta erat auditorib. vt charissima ipsi mater, ac fratres.i.cognati volentes ipsi loqui, aditũ non haberent, exiuit ad stagnũ Genezareth, vbi locus spatiosior: at quia tanta hominum erat frequentia, vt non tantũ ex humili loquentẽ audire non possent, sed & importuno concursu premerent; ascendit nauiculam, vt ibi tranquillius, laxiusq; sederet, ac vt ex edito intelligeretur cõmodius. Videns itaq; tãtam vndiq; concurrentem ex vicis, ex vrbibus multitudinẽ, dedit parabolã: significans non satis esse verbũ Dei audire, quia multi eius auditu non emendãtur: docens etiam Concionatores, vt non applaudãt sibi, in auditorij frequẽtia: forte.n. aut vnus, aut nemo ex prædicatione eorum proficit; atque ita, nihil nisi vana ad ipsum redit commendatio, nullus fructus animarum.

Matth 46.

Parabola est de seminante, qui exijt seminare semina, ac volens vt omnia fructum proferant inijcit in agrum, decidũt tamen in quatuor distincta loca. *Primum*, in viam, quod duabus de causis non fructificat. tum, quia conculcatur à transeuntibus ; tum, quia ab auibus cœli deuoratur. tertia etiam assignari potest ratio, viæ durities; atque ita illa sementis plane est inutilis. *Secundum*, incidit in petras, pauxillo terræ coopertas, quod quidem germinat confestim, ob iniectæ terræ tenuitatem, & quia humores, caloresq; ad petram subiectam sistunt, atq; inde statim

tim pullulat. ſed duo ſunt quæ profectũ impediunt, terræ videlicet, humoriſq; penuria, atq; ſolis æſtus *Tertium* in terram quidem bonam incidit, ſed ſuffocatur à ſpinis, dumiſq; ſuccreſcentibus *Quartum* in terram incidit bonam, ac liberam, & fructum facit; ſed hunc diuerſum; aliud enim centeſimum ex grano vno, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum. i. aliud valde copioſum, aliud mediocrę, aliud exiguũ ꝑ terræ genio, ac fertilitate, magis minuſq; rigatæ ac cultæ. Cum dixiſſet hanc parabolã Chriſtus, vidẽs forte aliquos vt fit fabulantes, ac parum attentos, quãuis hæc attẽtione digniſſima, vtiliſſimaque eſſet parabola; clamabat: *Qui habet aures audiẽdi, audiat.* i. ſi quis inter vos ſpiritualẽ habet auditũ cupiẽs hãc intelligere doctrinã, & habens à Deo gratiã, vt poſſit, attendat, ac quæ dico recogitet, habent. n. operæ pretium. Diſcipuli audiẽtes eum in parabolis loqui, accęſſerũt ad eum cũ ſolus eſſet. & *iuxta* alios Euangeliſtas, duo ex ipſo quærebãt. *Primũ*: cur non apertius, ſed per parabolas obſcuras doceret turbas, quaſi cõdolerent populo. *Secundum:* quid ſibi vellet parabola, petentes ab ipſo explicationem. Ad *primum* reſpondit Chriſtus. quia non omnibus datum eſt, noſſę myſteria fidei tã explicite, ſicut vobis, qui diſcipuli mei, ac Apoſtoli eſtis inſtructuri per vniuersũ mũdum alios, ac ideo illis loquor in parabolis, maxime quia inter eos ſunt, qui videntes nõ vidẽt, & intelligentes nõ intelligunt, quorũ videlicet tanta eſt obſtinatio, vt quæ vident, & audiunt, aduertere nolint. quales ſunt Scribæ, & Phariſæi, qui quidquid ex me percipiũt, male interpretantur, atq; ideo merẽtur non clare intueri veritatem, ſed in cæcitate ſua

Matt. 13. 10
Marc. 4. 10.

tandem obruuntur, & Dei verbum, ac suum obliuiscuntur propositũ. Obruuntur à tribus. *Primo*, sollicitudine quęrendarum diuitiarum, & honorũ. *Secundo* ab ipsismet diuitijs, vt ne pereant, sed maneãt saluę, ad ipsorum vsum. *Tertio* voluptatibus carnis, in esu, potu, venereisq; quæ diuitias consequuntur. *Quarti* similes sunt bonæ terræ; qui cõtra tria prædicta, tria opponunt remedia. *Primo* enim: retinent, & reseruant verbũ, qꝫ non faciebant primi. *Secundo*: adferunt fructũ in patientia, perseuerãtes in bono, quamuis multas sustineãt impugnationes. vt enim segetes pluuiis nutriuntur, & ventis solidantur; ita & hi fortiores, melioresq; euadũt aduersitatib. quod secundi non faciebant, qui propter asperitates, bonum deserebant propositũ. *Tertio*: suscipiunt semẽ i. verbum Dei, in corde bono, & optimo; quod tertij non faciunt, qui illud suscipiunt inter spinas.

Quemadmodum triplicis generis sunt auditores infructuosi, ita & triplicis generis auditores fructuosi sunt; qui fructus bonos, etsi inæquales, tũ in hac, tum in futura vita adferunt: Quidam enim ita diuinis commouentur eloquijs, vt viam perfectionis, ad Dei honorẽ, ingrediãtur: vel in cœnobio, vel in virginali continentia, vel in Martyrio. Quidã eo vsque non ascendunt; faciunt tamen plus, quam soleant homines, sacramenta sæpe suscipiunt, infirmos visitant, faciunt liberales eleemosynas, bis, ter, ieiunant in hebdomada, quotidie sacrum audiunt, &c. quidam tantum non faciunt, sed peccata interim mortalia declinant, seruant præcepta Dei, & Ecclesiæ, & viuunt, vt simplicẽ decet Christianum. Hi fructus sunt verbum Dei, in hac vita: secundum quos,

videre, de quo multa audierat: & Principes sacerdotum nihili faciebant doctrinam eius, & ideo dicebant quod soli rudes, ipsorum autem nemo in ipsum crederet. Magni se occupant honoribus, diuitijs, voluptatibusq; sæculi, doctrina Christi cordi ipsis non est, nec capit in illis, sufficit illis quod Christiani dicantur, & aliquo modo nomen illud tueantur, Dominicis, & Festis diebus audientes legi sacrum, ac semel confitentes in anno & suscipientes Vener. Sacramentũ., *Secundum*, ꝙ multi, etiam ex vrbibus, processerint ad Christũ. Quamuis enim primi Christiani simplices fuerint, ac pauperes; vt inquit B. Paulus, *non multi potentes, non multi nobiles, non multi sapiẽtes*, doctiq;: postmodũ tamen multi etiã docti, potentes, nobilesq; venerunt ad fidem. Christus primum vocauit pauperes duodecim piscatores, post illos alios plebeios, inopesque, post illos quosdã doctos, vt Gamalielem, Saulũ: ac dein alios diuites, demum Reges etiam, & Imperatores. Hæc prædixerat Isaias: *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui*. Si. n. Deus à nobilibus, doctis, potentibusq; auspicatus fuisset Euangelium, qui illud edictis, ac statutis imperassent subditis, non tam diuina virtute, quã humana opera, videret disseminatũ Euangelium. Mahomet, atq; hæretici, Principũ ambiũt ostia, vt ipsorũ auctoritate dogmata sua promoueãt. clarum est in Arrianis, Eutychianis, alijsq; hæreticis, qui primum suum parentem Simonem Magũ imitantur, qui magicis artibus Neronem Imperatorem seduxerat. S. Apostoli primum pauperes conuertebant, vt dicebat Christus.

Ioan. 7. 48.

2.

1. Cor. 1. 26.

Isai. 60. 3.

Matt. 11. 5.

Tertium est: quod congregabantur ad eum turbę; in quo significatur, quod colligantur omnes, qui veniunt ad Christũ. doctrina enim Christi vnit, sicut mundus negotijs, ac opinionibus distrahit. *Qui non colligit mecum spargit*. inquiebat Christus. Mundani sibi mutuo obsunt, in ijs, quæ ambiũt, ac quærunt. vt posteri Noe, cum ædificare vellent turrim Babylonicam: linguarum enim diuersitate, impediebant structuras. Qui in mundo ambiunt dignitates, à competitoribus arcentur, aut inuidia, aut auaritia. figulus figulo, mercator mercatori inuidet. bona temporalia infinita non sunt, nec à quolibet possideri possunt, atque ideo pro viribus, vnus-

3.

Matt. 12. 30.

Mundi discordia.

Genes. 11. 4.

vnusquisque illa ad se dum rapit, proximo eripit. Idē accidit inter hæreticos, inter quos semper sunt iurgia: ob dissensiones opinionum, quas singuli sibi fingunt, vt præceptoribus suis pręcellāt. In Ecclesia Christi magna est vnitas, quãuis disparis naturæ, diuersarũ regionũ, conditionumq; sint homines. *Hic habitat lupus cum agno, vitulus cum leone accubat*: inquit Isaias. *Hic nec Iudaeus, nec Graecus*: inquit B. Apostol. Omnes in eādem fidem conuenimus, & quo Christi doctrina seruatur melius, eo & vnitas crescit magis, ob perfectiorem charitatē. Hinc in monasterijs reformatis vniformem vides vitam, voluntatem vnam, desideria eadem. vbi Meum, & Tuum, exulant, vbi idem dicunt, idem sentiunt omnes, vbi voluntas, & ratio superioris, regula est voluntatis, atque intellectus subditorum, vbi nemo alterius studia impedit. Quod enim cupiunt cuilibet, potest obtingere, qualia sunt humilitas, obedientia, contemtus sui, similesque virtutes; quas singuli, sine proximorum detrimento, habere possunt.

Isai. 11. 6.
Gal. 3. 28.

4. *Quartum* est, quod properebant homines ad verbum Dei, ostendentes desiderij magnitudinem, bonamque, ad auxilia capienda, dispositionem. Vt enim qui esurit, ac ad mensam properat, signum dat sanitatis; contra vero, si post diuturnam abstinentiam, non fameat, sed nauseam quandam cibi sentiat, signum est indispositionis corporalis: ita & in cibis spiritualibus, id est verbo Dei res se habet, inquit S. Augustinus. Si desideras, signum bonum est; si nauseas, signum est pessimũ. Multi sunt, inquit Chrysostomus; qui verbum Dei negligunt propter egestatem; multi, propter occupationes alias: interim tamen ad nouitates, ac vanitates cursitare non cessant, quantumcunque sint pauperes, quia ijs oblectantur; non sentientes summa delectamenta, quæ ex Christi verbis, anima Christiana haurit. Omnes curæ postponendæ his sunt, sicut nihil necessitatibus corporalibus proponitur. Si monereris ad ieiunia (inquit alibi Chrysostomus) infirmitatem excusare posses; sed in audiendo Dei verbo, nulla corpori fit molestia. Si libens audis, & sedulus, animæ promouet sanitatem: sui cum nausea, & tædio, nihil proderit, imo & oberit: inquit Sanctus Bernardus, vt cibus quem supra, contraque appeti-

Lib. de rectitudine Catho. conuersat. & ser. 2. in capite ieiunij.
Hom. 4. de fide.
Anna contr. Anomaeos.
Hom. 9. ad populum. Antioch. & hom. 4. in Genes.

appetitum,sumis.Quare sedulo cum liberis,omnique familia,ad verbi diuini conciones, horum hominum exemplo accurre,vt & tu turbam aliquam,ac numerum conficias.Dei enim verbum tam ancillarum,famulorumque tuorum, quā tuum est:& quicquid inde didicerint,si ad illa vitam composuerint habebis mercedem à Deo, tanquam causa,& occasio boni ipsorum. Ser. 35 in Cant. 1

Quintum est.Quod Christus his hominibus loquatur, in parabolis. *Primo*: ne verba Dei nimium vulgaria faceret, ac communia;ne contemneretur,maxime à nasutis,sermo Dei, tanquam facilis,sed vt eo occuparentur inuestigando. Quéadmodum enim nusquam melius collocantur horæ nostræ, quam in verbis Dei expendendis,in quibus voluntas Dei innotescit:ita nusquam melius discitur humilitas,quam si propriam,in verbi Dei explicatione,quis consideret stupiditaté. Hinc S. Augustinus. *Scriptura sic loquitur, vt altitudine superbos irrideat,profunditate attentos teneat,veritate magnos pascat, affabilitate paruos nutriat*: ne quis præsumat sine studio verbum Dei intelligere,multo minus alios docere. *Secundo*: vt doceret, quomodo nos oporteat doctrinam diuinā alijs proponere, omni videlicet methodo eam explicando:naturalibus rationibus,exemplis,similitudinibus,alijsque viis quæ iudicantur nostram adiuuare intelligentiam.Fecerunt hoc sancti Ecclesiæ Doctores,maxime qui *Scholastici* nuncupantur,vt Sancti, Thomas, Bonauentura, Antoninus, alijque complures,qui Ecclesiam dogmatib⁹ suis irradiant,quam etiam ob causam, odio sunt hæreticis;non secus,ac sol vespertilionibus: Insani hi vetant ad Scripturæ expositionem nouas adduci similitudines,quia sc.cū asseclis suis,tenebras,in quibus sunt diligūt.

5. Christus in parabolis loquitur.

Lib. 5. de Genesi ad litteram in fine capit. tertij.

2.

II.

Exijt qui seminat seminare semen suum. Christus qui omnium inspicit corda,multos in tanto numero, non ad fructum faciendum videbat accessisse,quales erant,qui aut propter nouitatem,aut ad arguendum, cauillandumque sequebantur. Atque ita illa comparatione voluit illorum vitia, ponere illis ob oculos; maxime scribis, qui parabolas quas contra eos dicebat, nonnunquam satis assequebantur. oblique monebat ipsos, quod Dei verbum in ipsis non caperet.

Matt. 21. 45 Verbū Dei impeditur.

Primo:

1. *Primo*: quia erant similes vijs; quæ ab omni vanitate perambulantur, quas dæmones peruolant, qui continuo verbum
2. Dei rapiunt. *Secundo*, quia cor habebant nequitia obduratū,
3. quod radicem verbi suscipere non poterat. *Tertio*, quia spinis vndique erant obsiti auaritię, concupiscentiæ carnis, ambitionis, ac superbiæ. Docere etiam nos volebat, cur magis nos Christiani, qui vera fide sumus imbuti, qua futura credimus; iudicium, infernum. sanctorum gloriam, pœnas purgatorij, & præterita; incarnationem Christi, charitatem, laborem, passionem, mortem, &c. cur inquam magis moueamur temporalibus illis, quæ in hoc mundo expectamus, quam omnibus ijs, quæ fide tenemus, cum tamen fidei assensus certior sit omnibus omnino scientijs, ac cognitionibus. In mundo. n. hoc. *Primo*, nemo se exponet non certo tantū, sed nec dubio periculo. Si de prædonibus intelligit in itinere, omni studio comitatū quærit, vt ambulet tutius. *Secundo*, vbi honesto, ac facili operi magnum præstitueretur pecuniarum, ac dignitatum præmium, nemo se ab illo subtraheret, vt præmia consequeretur. *Tertio*, Qui à Principe, ac Domino suo singulariter amatur ac promouetur, eundem etiam, quantum potest, redamat. Quantum ad animā. Certū nobis est; quolibet mortali peccato, nos gehennæ reos constitui: ac damnationis incurrere periculum, quicunq; mortali se peccato inquinauerit. *Secundo*, gloriā cœli esse ineffabilē. *Tertio* Deum, ac Dominum nostrum, passione, ac morte sua tantam nobis exhibuisse caritatem, vt omnium cogitationes superet: nihil tamen mouemur, aut inferni metu, aut glorię cœlestis desiderio, aut Dei amore, ad vitæ emendationem, ad periculorum fugam, ad præmiorū consecutionē ad Deum redamandū. Quæ huius rei causa est? indicat eam hic Christus: nimirū quia vię sumus, quia petræ sumus, spinæque, toti carnalibus externisq; rebus dediti: adeo vt Dei verbum corda nostra non penetret.

[Margin: Cōparatio laboris & sedulitatis externæ cū interna. 1. 2. 3. — Applicatio. 1. 2. 3. — Causa defectus.]

In breui hac Christi sententia, singula verba expendenda sunt. *Primo*, *Qui seminat*: quo significatur, Christus, qui seminator summus est, & cuius ministri omnes sunt, qui verbum Dei seminant, ac aliquo modo annuntiant. Non dicit tamen *seminator*; sed, *q seminat* significare volēs, seminare nō tantum

[Margin: Explicatio singulorū verborum. 1. Qui seminat.]

Dei

Dei esse officiũ, sed Deum etiã nõ cessare ab illo opere. Multi nomina, officiaq; habent grãdia, vt Gubernatores, Cõcionatores, Pastores, Eleemosynarij, Inspectores, Intendentes, Doctores, &c. qui neglectis officijs nomine solo contenti sunt: aut si forte aliquãdo fũgant' suo munere, id admodũ rarũ est, quia suis student commodis. Hos Zachar. Propheta *Idola* nominat, quia tanquã statuæ, nihil sui muneris exequunt'. Deus non tantũ nomen, sed & opus desiderat. atq; ideo nunquam cessat, sed cõtinuo (vt dicit Saluator) laborat. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor*. Opus ipsius est serere, quod sine intermissione facit: Omnibus enim creaturis ipsius (sicut semini bono) cum in terram bonã ceciderint. i. sincero corde absconduntur, & recogitantur, magna virtus inest, producendi fructum. *Cæli* enim *enarrant gloriam Dei*: inquit Psalmista, & omnia q̃ aliquãdo fecit, & quotidie facit opera, annuntiãt potentiã, sapiẽtiam, benignitatemq; eius; vt eũ timeamꝰ, admiremur, diligamus, & ad voluntatẽ eius viuamus. Ideo res oẽs in scripturis *verbum* appellantur: vt *Quare facis verbum hoc*? i. opus istud, quia omnia loquuntur, & indicãt aliquid. Et quidquid Deus facit, etiam Dei verbum est. Prosperitas; verbum eius est, quo nos inuitat. aduersitas; verbum eius est, quo nos compellit ad se. inspirationes bonæ; verba eius sunt, quibus voluntatem suam insinuat. Externę admonitiones Doctorũ, ac Superiorum; verba Dei sunt, quæ per ora seruorum suorũ ad nos facit. Hinc disce dignissimum Ecclesiæ officium esse, verbum Dei disseminare, ac concionari, cũ opus ac officium Dei sit, ꝙ quotidie per orthodoxos Concionatores implet. Hoc subindicare voluerunt Apostoli, cũ septem delegerunt Diaconos, qui ministerijs pauperũ, & viduarum intẽderent; vt tanto liberius ministerio verbi instarẽt: & S. Paulus scribẽs Corinth. se nõ missum à Deo, *baptizare, sed prædicare*. q. d. multo dignius est, concionari, quã eleemosynas dilargiri, baptizare, aut sacramẽta administrare, quę à simplici sacerdote fieri possunt. S. Apostoli Dei verbum tribus publicabãt modis. *Primo*, literis, ac libris quos scribebant, quod ipsorum sex tantum præstiterunt: Petrus videlicet, Paulus, Ioannes, Iacobus, Matthæus, & Iudas. *Secundo* verbis concionantes Euangeliũ publice, vt fecerat Christus. *Tertio*,

Deus seminat semper

Zach. 11. 17.

Ioan. 5. 17.

Quomodo Deus seminet.

Psal. 18. 1.

Res cur verbum?

1. Reg. 1. 4.
2. Reg. 12. 9.

Act. 6. 3.

1. Cor. 1. 17.

Apostoli seminarunt tribus modis.

1.

2.

3 Apostoli audierunt confessiones. *Act. 19. 19.* *Tertio*, priuatim instruentes in Confessione; quod Apostolos fecisse, patet ex B. Paulo, qui Ephesi confessiones audiuit, & eo perduxit Christianos, vt omnes libros curiosos comburerent. Modus hic particularis, priuatæque instructionis, plurimum ab altero differt, qui publice, & pro concione solet fieri. in communi enim multa dicuntur, quæ singulos non concernunt; vt cũ ebrietas, furta, adulteria corripiũtur, &c. apud castas virgines, ac Religiosos auditores. & quia ibi præcepta Dei, ac peccata, generaliter, & populariter, pro captu cuiusq; explicantur: in confessione autẽ, vbi confitens conscientiam suam aperit, nihil dicitur, nisi ꝙ illi seruiat: in ea locutio fit *ad cor* iuxta Oseam, & plura ibi permittuntur, consideratis personæ circumstantijs, quam publicè quis docere audeat. Atq; ideo laudabilis est, vt auditores quando aliquo cõcionatoris dicto cõpunguntur, concionatori confiteantur, ac particulatim ab eo instruantur. Optimum etiam est, vt Concionatores confessiones audiant, non tantũ, vt cõmuniora loco peccata discãt; sed etiã vt peccata particulatim confitentibus clarius explicẽt, ac mitigent, ruminentq;, quę integra, ac ruditer in Cõcione ꝓposuerunt. Ita S. faciebat Ambr. qui subditorũ confessiones audiebat, quibus verbũ Dei annunciauerat. Vtilius etiam est, vt pij fideles, qui vnũ seruant confessarium libentius conciones ipsius (si verbum Dei prædicat) adeant, quã vllius alterius, vt eodem semper foueantur spiritu. Ideo cum Iudæi ad S. Ioannem Baptist. veniebant, confitebantur peccata sua, ac audiebant ipsius sermones. Verũ quidem est, homini eidem graue esse, sæpe concionari, & confessiones audire quotidie: sed qui labores inspicit Christi, & Apostolorũ, ac vtilitatẽ considerat inde subsequentẽ, superabit facile laboris tædiũ, cũ pretiosi sint sudores, qui Christi exemplo ꝓ animarũ salute desudantur. Christus sanguinẽ, & aquã sudauit pro nobis, imo omnem sanguinẽ fudit. leue igitur est impendium sudoris modici, quem pro modico lucello, operarij, & peccatores, vt desideria sua mala expleant, sæpe tam copiosum profundunt. Venerabilis Episcopus Thomas Cantipratanus, de Dominicanæ familiæ Religioso scribit, qui ipsi de se narrauit, quomodo multorum annorum vigilia,

Margin notes: *Osea 2. 14.* — Concionatores audiant confessiones. — Paulinus in vita eius. — *Matt. 3. 6.* — *Li. 2. de apibus c. 53. §. 4.*

vigilia, & doloribus torqueretur capitis, ac totius corporis infirmitate. tandem apparuit ei Deipara Virgo, ac consuluit, vt Religiosorum fratrum foras ad conciones, confessionesque exeuntium, cum reuersis de more abluerētur pulueres, sudoresq;, illis vteretur pro medicina fecit, sumpsit sordidos illos sudores, imposuit capiti, orauit particeps fieri sudoris, laboris, mæritorumq; prędictorum Religiosorum: & continuo non capitis tantum, sed & totius corporis sanitatem cōsecutus est. Christus ostendere voluit pretium sudoris, quem ad ipsius gloriam Ecclęsiastæ fundunt.

Alterum verbum est *exijt*. Hoc factum est inquit Chrysostomus, cum in mundū hūc venit Christus. Cum enim ad ipsum venire non possemus, venit ipse ad nos, vt nos adduceret secum: sicut pater ad filium natu maiorem exibat, vt eum ad filium iuniorem introduceret. *Exibat* (inquit S. Bernardus) *cum exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens*: Docens facto suo, omnes concionatores, quod etiam ipsi exire debeant, ac deserere inclinationes malas, ambitionem maximè, ac superbiam; si per diuina semina fructum velint facere. Imperfectus ait Dei filium, qui ab initio solum iu cœlo glorificabatur, in mundum venisse, non agnitum, vt & ibi acciperet honorem: non quod ipsi nostra officia sint fructuosa, sed quia hoc nobis ad salutem erat necessarium. Optabile esset vt omnes Catholici Doctores, antequam Dei verbum seminent, etiam extra se exirent, corda sursum leuarent in cœlum, ac ipsimet in se sentirent illorum rerum gustum, quas alijs proponere decreuerunt. Cum vocatus esset Balaam à Rege Balac, vt malediceret populo Israel, antequam quidquam loqueretur, quęrebat Deum, ac eius discebat voluntatem. Si idem factitarent Concionatores omnes, nihil nisi Dei docerent doctrinam, omnia essent seria, nulla vana, noua, ludicra, atq; ambigua. cogitarent enim Deum ad singula vigilantissime attendere, quę populo ex nomine ipsius proponuntur.

Exijt. Chrys. hom. 45. in Matt.

Luc. 15. 29. Serm. de S. Benedicto

Phil. 2. 7.

Imperfect. ho. 31. in Mat.

Num. 22. 8.

Tertium verbum est. *Seminare*. S. Chrysostomus notat non frustra hoc additum; quia exit nonnunquam Christus, non ad seminādam, sed ad purgandam aream. sicut exibat Sodomā, ad disperdendas quinque regnorum sordes, quas demersit in

Seminare. Homil. 45. in Matth.

Apoc. 14. 15.

infernum. Exibit etiam metere in futuro iudicio; sicut quotidie facit, in mortibus morientium. Nonnunquam exit videre, quid boni agamus in mundo: iuxta psalmistam. *Dominus de cœlo prospexit, si est intelligens aut requirens Deum.* Ora eum vt ad te exeat, & cogitationes bonas in corde tuo seminet. S. Ioannes venisse ait ipsum, *plenum gratiæ & veritatis*, vt *de plenitudine eius*, nos acciperemus omnes. Quemadmodum enim qui seminat, culeum adfert granis refertum, vt ea manu dispergat: Ita Christus, humanam naturam gratia impleuit, & veritate, vt ea nobis distribueret. Veritatem habebat, videns omnia in Dei essentia, & diuidebat eam nobis, docens homines, & corda illuminans. gratiam habebat, vt acceptissimus Dei filius: dedit eam nobis, per merita infinita. Cum prædicaret, seminabat veritatem: cum conscindi pateretur vulneribus saccum corporis sui, fundebat gratiam in terram; non secus serentium laceratur culeus, vt per eum semina decidant. Discis hinc, Christum in mundum venisse, & esse incarnatum, vt seminet, vt consideres, quare de matris vulua egressus sis, & natus in mundum; non vtique ad otium, sed vt semines semẽ bonum, ac seminantium ducem, Christum sequaris. Seminauit in vita sua, & ascendens in cœlum *captiuam duxit captiuitatem*, seminis sui messem, omnes videlicet, qui in limbo Patrum erant, & qui in purgatorio. *In inferno enim* (vt B. inquit Gregorius) *neminem electorum reliquit.* Omnibus ibi suam dabat misericordiam, inquit Epiphanius. *illuminabat omnes*, qui in ipsum *sperabant*, inquit Sapiens. Nec Patres tantum liberabat, qui in sinu erant Abrahæ, vbi defectus aquæ non erat: iuxta confessionem diuitis epulonis; *sed & captiuos eduxit de lacu in quo non erat aqua*: ait Zacharias Propheta, id est, animas de purgatorio. Docens nos eos qui multas hic lucrifaciunt animas, postea etiam pro animabus, magna à Deo impetraturos. Sicut enim impijs pro delicto est & *plagarum modus*. Et epulo qui quotidie vescebatur, ac vestiebatur splendide, & sumptuose, ac deciduas à mensa Lazaro negabat micas, æternum iam torquetur paupertate, siti, ignium veste, & repulsa iustissima guttulæ rogatæ aquæ. ita & sancti pro bonorum operum rata mercedem accipiunt.

Apoc. 14. 15.
Psal. 13. 2.
Ioan. 1. 15.
Ephes. 4. 8.
Homil. 22. in Euang.
Hæresi 46. Tatianorum.
Eccl. 24. 45.
Zachar. 9. 11.
Luc. 16. 21.

Tho-

Thomas Cantipratensis, & Cardinalis Iacobus de Vitriaco scribunt, de quodam suo coætaneo, Ioanne de Nyuella Leodij Decano, circa annum 1230. Sanctus hic vir admodum erat commodus proximis, tam in eleemosynis corporalibus, quam spiritualibus, concionando, excipiendis confessionibus, vt constabit facile ex duobus hisce exemplis. Vexabatur admodum podagra, nec tamen ideo à proximi temperabat auxilijs. Huius famam cum accepisset peritissimus quidā medicus, eum curaturus suis sumptibus ex Gallijs ad ipsum profectus est: Ioannes quærebat quanto deberet tempore cessare ab opere. Respondit Medicus, si quatuor menses quiescere vis, totum te sanabo. Exclamans ad hoc percussit femur suum Ioannes: *Væ mihi; ergone mihi à concionibus, & animarum lucris quatuor mensibus cessandum est, pro quibus sanguinem suum dedit Christus; idque horum pedum gratia qui paulò post computrescent. Gratias habeo tibi Domine Doctor & molestijs, ac impendijs tuis, quorum apud Deum habebis mercedem. Reuertere si placet domum, ego morbum meum Deo commendabo.* Cum post annos aliquot Ioannes in Monasterio Oigniacensi, prope Niuellam, in extremis esset, venit ad ianuam homo quidam scurra, ac vagus, volens ipsi cōfiteri. Remittebant eum domestici, respondentes bonum illum Dominum non ita valere, vt vacare posset confessionibus. Recessit tristis. Quod vbi resciuit Ioannes, curauit eum reuocari, ac confessionem eius excepit, ac postea dicebat *nollem mille auri marcis, non audisse hominis illius confessionem.* nec profecto abs re, quia vix inde quartam milliaris partem abierat, cum homo iste subito mortuus concidit. Eadem nocte etiam Ioannes mortuus est, post cuius obitum accidit, quod sequitur.

Cantipr. lib. 2 apū c. 31. § 3. In vita Mariæ de Oigniaс lib. 2. c. 3 tom. 3. Sur. die 23. Iunij.

Zelus animarum.

Cantipratanus ibid. § 4.

Concionabatur in Anglia vir quidam sanctus, cuius concione peccatrix, quæ præsens aderat, ita compungebatur, vt in medio populi exclamaret: *O serui Dei miserere mei, & confessionem meam excipe.* Respondit: *iam iam faciam dimissa concione.* paulò post iterum surrexit, & admodum clamans dicebat: *quæso te audi me continuò.* respondit, *se iam facere finem, expectaret paulisper.* ac paulò post terribiliter exclamans concidit, & emisit spiritum.

Perculsus vehementer, & contristatus Concionator, auditores orabat, vt à Deo peterent reuelationem status defunctæ mulieris. Tres dies & noctes ieiunus peruigilabat, in oratione. Tertia demum nocte peccatricis illius anima apparuit, sole splēdidior. dicens: Anima sum eius pro qua postulas, ac recta in cęlum euolo, in Brabantia enim prope Monasteriū Ogniacense mortuus est quidam Dominus Ioannes, quia in vita sua plurimos iuuit homines, qui cū ab Angelis adduceretur, ante locum purgatorij, multos ibi conspexit ex ijs, quos in vita sua iuuerat, ac orans Deum pro illis omnibus donati sunt ei, ob eximiam charitatem, qua viuens dilexerat proximos. quin & Deus me donauit ipsi, aliosque complures, qui iam cum ipso in cœlum ascendunt. Scripsit eadem hora in Brabantiam Concionator, & eadem hora prædictum Ioannem decessisse intellexit. Discis hinc *Primo*, Diuini verbi virtutem, quod tantopere peccatricem illam commouit. *Secundo*, maximam vim charitatis proximi, quam tam ampliter remunerat Deus, vt etiam alij per eam liberentur. Non sine caussa dicit Christus; quod potestatem habituri sint *supra decem*, aut, *quinque ciuitates*. Recogita hæc, nec sumptibus parce, nec laboribus, nec tempori; vt salutem iuues proximi: & quamuis Ecclesiasticus non sis, sed idiota; animas tamen lucrari potes, & proximum multis modis saluum facere. *Luc. 19. 17.*

Semen quid

Quartum verbum est *semen suum*: Quo docemur, *Primo*: Christum esse hunc seminatorem, qui seminat semen suum; Dei enim verbum, ipsius verbum est, & Catholici Concionatores nullum semen seminant, nisi semen, & verbum Christi. Hæretici suum semen seminant, non enim verbum Dei annunciant; sed somnia, & commenta sua. vt apud Ieremiam dicit Dominus: [a] *non mittebam Prophetas & ipsi currebant: non loquebar ad eos & ipsi prophetabant*, [b] *falso prophetæ vaticinabantur in nomine meo: non præcepi eis: fraudulentiam & seductionem cordis sui prophetant:* [c] *seducunt vos somnijs suis.*

Hæretici semen suū seminant nō Christi.
a Ierem. 23. 21
b Ibid. 14. 14
c Ibid. 29. 9.

Hinc tot diuersa apud hæreticos dogmata; quia quilibet pro Dei verbo nundinat, quod cerebello suo videtur. In Ecclesia semen est Christi, id est, verbum Dei purum, & putum; non adulteratum, ab Apostolis per manus traditum, nec no-

ua

uã comminiſcimur: ſed ſicut Apoſtolus ait; *quod accepimus, tradimus* ſucceſſoribus; & ſine fuco, ac mendacio, vt verbum Dei loquimur, ſine omne fictione, ac errore. Non eſt huic admiſcendum aliquid, quod diabolum, mundum, aut carnem ſapiat. fabulę nullæ, nulla curioſa, nullæ facetię, quilibet, quid *ſuper fundamentum hoc ſuper ædificet*, attendat; inquit B. Paulus, id eſt, qualia ſemina iaciat. Docet nos *Secundo*: quod etſi in concionando propria ſemina non iacimus, non minor tamen adhibenda ſit induſtria, ac fides, quam ſi noſtra tractaremus. Eccleſiaſtici Prælati caput ſunt populi ſibi commiſſi; oculi ſunt, vt neceſſitatem videant; aures ſunt, vt vitia audiant; os ſunt, vt docent, ac conſulant. Quare ſicut caput, omnes potentias fideliter ad corporis ſui incolumitatem applicat; ita omnes etiam Doctores, ac Superiores, toti debent eſſe in procuranda Chriſtianorum ſalute, non cogitantes de honoribus, diuitijs, commodis, quæ Deus vt media quædam, ac inſtrumenta concedit, vt vtilius officijs ſuis fungantur. Hinc Epiſcopis in conſecratione ſua annulus datur, quo ipſis Chriſti nomine ſua deſponſatur Eccleſia; cuius officium ſubire debent in docendo, regendo, cuſtodiendo, defendendo; non ſecus, ac ſi ſponſi eſſent ſuæ Eccleſiæ. *Et dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres cœli comederunt illud.* Tam bonus eſt Deus, vt non bonis tantum, ſed & malis ſua dona largiatur; imo & brutis, alijſque creaturis bene facit; amat enim omnia opera ſua. Atque ita, in terram etiam ſterilem ſeminat ſemen ſuum, vt bonitatem ſuam oſtendat, ac omnes fiant inexſabiles. Vult omnes terram eſſe frugiferam, atque ideo non dicit, (iuxta Chryſoſtomum) quod ſemina *ferat* ſuper viam, ſed quod ſemen *cadat* ſuper viam. non enim vias ſerere intendit, ac grana perdere; ſed eos iuuare, qui ijs bene volent vti. Triplex terra in Agro, id eſt, mundo hoc, infructuoſa eſt, in quo Chriſtus ſeminat, & verba ſua per ſe, ac ſeruos ſuos diſpergit. *Prima*: quæ ob duritiem ſemen non recipit, ſed manet intectum, in eius ſuperficie; atque ita volucres auferunt, & depaſcunt; aut qui illac tranſeunt, conculcant, & propter viæ, ac calceorum duritiem, conterunt, & comminuunt; vt fiat infrugiferum. Conculcatio non officeret

Margin notes: *1. Corin. 15. 3.* — *1. Cor. 3. 10.* — Diligentia & fidelitas Prælatorũ. *1. Cor. 12. 28.* — *Simile.* — Epiſcopis cur annulus detur in cõſecratione. — III. Cur Deus etiã ſeminet in terrã malam. — *Chryſ. hom. 45. in Matt.* — Terra triplex infructuoſa. — I. — Via & calcei duri.

ret semini, si terra subiecta esset mollis, ita enim adigeretur in terram, aut si calcei quibus calcatur non essent nimis duri, ita enim cederent. sed cum substrata terra dura est, & superne durus premit calceus, illæsum manere non potest.

Via dura. Viæ duritas à natura non est; est enim agri adiacentis pars homogenea; sed durities eius causatur à transeuntibus, qui terram bonam comprimunt, ac indurant, ita tamen, vt terra nihilominus maneat, ac mollescere possit per pluuium, & fossionem, ac culturam. Significantur hic homines. *Primo*: qui, longa peccandi consuetudine, in peccatis induruerunt: nec persuadere sibi possunt, quod agant male, propter deprauatum vitiosa consuetudine iudicium. Vt potatores, non iudicant ebrietatem esse peccatum, nec mercatores, iniqui, vsuras; ac illi omnes qui cum proximis iniuste agunt: maximè, si in patrocinium sui; aut Ecclesiastici alicuius exemplum, aut Aduocati habeant responsum. Quidquid enim illis dicatur, semper occinunt. Ecclesiastici illa non intelligunt. *Secundo*: si forte peccatum agnoscunt in negotio, consuetudine tamen, velut quibusdam perambulantium pedibus, subiguntur, & pia cogitatio conteritur ac comminuitur, aut à dæmone aufertur. atque ita fructus hinc nullus, quia in terram semen non recipitur. Vtriusque generis homines sunt plurimi. *Primi*, quia peccata sua agnoscere nolunt, quales plurimum auari sunt; obdurati immisericordia, & excæcati terrenis cupiditatibus. Circa annum 1553. cum proficisserer habitaturus, in Italiam; erat in vrbe, cuius nomini parco, qua mihi via erat, diues qui in agone iacens, nihil audire volebat de confessione. Alius quidem bonus ciuis venit ad Rectorem Iesuitarum, orans eum, vt hominem hunc conueniret, & ad confessionem exhortaretur. Venit, ac ingressus ædes, monitus est ab vxore, marito gratiores de pecunijs, quam de Confessione sermones esse. Rector alloquebatur eum, & hortabatur, vt æquum erat, & tempus postulabat: at ille sermones tales auersatus, deflectebat faciem. Cum ergo sine fructu recepisset se domum Rector, vocauit vxorem suam æger, & scutellam

Marginal notes: **Quid significet.** (beside "terra nihilominus maneat"); 1. (beside "nes. Primo"); 2. (beside "non intelligunt. Secundo"); **Applicatur hominum diuersis generibus.** (beside "ctus hinc nullus"); 1. (beside "immisericordia")

lam aureis plenam sibi curauit deferri; ac illos ante se habens, ita affabatur. *Tu pecunia mea es, in te auxilium meum, dicant quod volunt Sacerdotes.* Quæ dum diceret, caput ipsius impactum est in scutellam, & miser expirauit.

Auari terribile exemplum.

2.

Terribile hoc exemplum est auaris, atque excæcatis. *Alij* qui peccata sua agnoscunt, sed mala supplantantur consuetudine; vt plurimum carnales sunt, voluptuarij, & futura negligentes, modo mundo hoc liceat ipsis frui. Talis fuit Guilielmus Comes Iuliacensis, de quo Cæsarius Heisterbacensis refert, quod in adulterio, & alijs vixerit flagitijs: & quamuis eum Deus non per pios tantum moneret homines, sed & melodia cœlesti, quam in tribus Sacris Natiuitatis, cœlitus audiuit; vt cœlestes voluptates, carnis spurcitijs præferret, ac ad Deum rediret; vitam tamen emendare noluit. Atque ita in via Coloniam versus, in gremio concubinæ suæ, sine Sacramentis exspirauit, & (sicut Religiosæ cuidam ex sancti Mauritij Cœnobio Coloniæ reuelauit) sepultus in inferno, in puteo eodem, quo sedebat Maxentius tyrannus. vt qui paria amauerant vitia, pares pœnas experirentur. vbi tantus ardor, vt momento temporis ferrei montes possint liquari. Qui hæc fabulosa iudicant, ij fere sunt, qui eandem viam ambulant, ac ad eundem currunt exitum. sicut & auari Pharisæi quibus Epulonis historia risus erat.

Cæsarius.

IIII.

Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. In agris multi iacere solent lapilli, qui aliquantula obtecti terra, semen accipiunt, & cum terra illa tenuis sit, humidaque, ac mollis, facile sursum germinat, quod satum est, deorsum enim, obiectu lapidis, crescere non potest. Hæc secunda est terra infrugifera, quæ quidem aliquid habet terræ bonæ, sed non solum, nec sine interna duritie, quę incrementa prohibeat. Deus vult *cor contritum*, inquit Dauid: non saxeum. Diligendus ille nobis est, *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus viribus.* Quare qui aliquid

Secunda terra infrugifera.

Psal. 50. 19.

Matt. 22. 37.

duri habet in corde, fructum non potest facere perfectum, & dolebit in nouissimis; vt inquit Sapiens. *cor durum male habebit in nouissimo.* quales sunt; qui in peccatis quibusdam obstinati permanent, quæ relinquere nolunt. Libenter audiunt conciones, capiunt etiam quæ ipsis dicuntur, sed cum vitia ipsorum tetigeris, quæ nolunt declinare; excidit omne, quod conceperant, bonum propositum. Sic Herodes libens S. Ioannem audiebat, & *audito eo multa faciebat*; sed cum moneretur relinquere pellicem Herodiadem, capite enim multauit. Sic & Fœlix Præses Iudææ, libenter audiebat Paulum, quem tenebat in vinculis, & sæpè eum vocabat ad se: sed cum de castitate, & iudicio, diuinaque iustitia multa dissereret, reliquit eum vinctum. viuebat enim in adulterio, cum Drusilla, vxore Azizi Regis Emessenorum. Multorum Regum Iudæ virtutes in libris Regum describuntur; sed annectitur fere clausula: *Veruntamen excelsa non abstulit*, id est, non vetuit in montibus cultus idololatricos. Hæc petra erat, quæ perfectionem ipsorum impediebat. Deus *æmulator est*, solus cor nostrum petit; nihil sibi vult clausum. Quare cum ad Deum conuerteris, & peccata confiteris; omnia edic, nihil occulas, doleas de omnibus, & omnia euitare propone. Si enim in vno permanere velis, & hoc non relinquere; fructum non facies, Christus ad te non veniet. Duo sunt quæ fundamentum super petras seminatum, cito faciunt fullulare; humor, & calor: duo item, quæ continuò illud faciant exarescere; lapidis durities, & æstus solis. Homines enim illi, qui hac terra significantur, duplici motiuo bonum concipiunt propositum. 1. *Primo*, propter naturæ suæ bonitatem, ac lumen naturæ, quod à Deo acceperunt; quo exultant, audientes sermones de rebus diuinis, ac cœlestibus; quæ bonitas, 2. quasi humida terra est, lapidem operiens. *Secundo*, gratia Dei, quæ illos instar solis superne irradiat, & calefacit: sed duæ etiam caussæ sunt cur in bono non maneant stabiles. *Primo*, ob- 1. duratio, & obstinatio in aliqua malo, quod deserere non volunt; vt nolendo restituere bona iniquo, non declinando 2. peccandi occasiones, &c. *Secundo*, æstus solis, id est, aduersitas ali-

Eccl 3.27. *Marc. 6.20.* *Act. 24.24.* *Iosephus l. 20. Antiqui. c. 5. Et de bello Iudaico l. 2. c. 10* *Exod. 20.5. Exod. 34.14.* Propositũ integrũ esse debet. Duæ caussæ cito germinandi in semine. Duplex motiuum ad bonum. Duplex principium instabilitatis.

aliqua, quæ illis à Deo immittitur. Deus enim ſoli ſimilis eſt aliquando vt in proſperitate calefacienti temperate, aliquando vt in aduerſitate vrenti. Pij qui petras non habent; nec proſperis, nec aduerſis franguntur, ſed ſolidantur vtriſque: & quo patiuntur plura, & plura adhuc pati optant propter Christum: vt in ſanctis patet Martyribus. S. Ignatio Epiſcopo qui captus nihil deſiderabat æque, atque leonum ora, quibus diſcerperetur. Obdurati homines exareſcunt, ſtatim atque in bono tuo propoſito aliquid aſperitatis ſentiunt, & illa iudicant aduerſa, non quæ reuera difficilia ſunt: ſed quæ vitioſis ipſorum cupiditatibus aduerſantur. Ita luxurioſis, graue eſt, prohiberi à luxuria; guloſis, à gula; ambitioſis, ab honoribus: vt patet, in luxurioſo Herode, [a] Superbo Aman, [b] auaro Achab, [c] impuris ſenioribus. Examina itaque conſcientiam, & inde omnes lapides collige, ac eijce; atque ita omnia aduerſa tibi cedent in bonum: ſicut Sol quo feruentior, eo & terræ in producendis fructibus oportunior.

B. Ignatij deſiderium patiendi. *Epiſt. 12. ad Rom.*

a *Marc. 6. 17.* b *Eſther 3. 2.* c *Dan. 13. 8.*

Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud. Hæc tertia infrugifera terra eſt, quæ ſpinas germinat; iuxta agros enim ſpinoſæ ſolent ſuccreſcere ſepes, ad arcenda à ſegete iumenta, in quas aliquando, non cogitans ſemina quædam Sator proijcit, ſed ibi creſcere non poſſunt. *Primo,* Quia tarra ſpinarum radicibus, ac fibris obſita eſt. *Secundo,* quia illæ ſuccum, pinguedinemque terræ exugunt, maiori indigentes nutrimento, vt ſepium ramos ligneos foueant, ac ſubſtantiam copioſiorem, quam calamus frumenti ſtramineus. *Tertio,* Quia ſpinæ denſæ ſunt, ac ſuffocant, quæ adnaſcuntur, frumenta. Per terram hanc ſpinoſam, homines deſignantur, curis rerum temporalium immerſi, qui verbum quidem Dei aliquando audiunt, ſed propter aſſiduas ſollicitudines, ad perfectum adducere non poſſunt. Hi pleni ſunt ſpinis: tum, quia externæ ſolicitudines animam ſæpe vulnerant, ac conſcientiæ quietem impediunt: tum, propter anxietatem, metumque damni, ac iacturæ: tum, propter impatientiam, qua ſæpe in alios aſpere inuehuntur, & quaſi ſpinis confodiunt. Idonei ſunt ad ſepimenta, vt poſt illos tutior ſit ager bene conſitus, vt plurimum enim ſpinoſi ſunt Domini, Principes,

V. Tertia terra infrugifera. Semen cur non creſcat in ſpinis. 1. 2. 3. Terra ſpinoſa quid notet.

Nobiles, potentes sæculi; qui auctoritate, ac potentia sua vulgum conseruant, ac tuentur ab hostibus. Duriores sunt stamine, copiosiori indigent alimento, pungunt facile, ac lædunt spinis suis, & lanas ouium tenent: raro adsunt seminanti, & quamuis nonnunquam Dei verbum audiunt, raro tamen eo euadunt meliores. Pungunt potius, id est, irrident, subsannant, detrahunt, calumniantur: & cum toti temporalibus sint curis obsiti, verbum Dei ad fructum non adducunt. Hoc nō capiunt mundi mancipia, qui in dignitatibus, honoribus, diuitijsque beatitudinem collocant, at qui semel Dei suauitatem, in pace bonæ conscientiæ, gustarit, nihil in mundi voluptatibus, quam spinas sentit, atque ideo fugit, omnem gloriam mundi, omnes voluptates carnis, omnes sæculi sollicitudines. Scit quod post choreas, & tripudia, fabulas, & temporis dispendia, aliasque vanitates nihil nisi remorsus quidā sequatur conscientiæ; ideo quærit solitudinem. Multique Imperatores, Reges, ac Duces contempto sæculo, cum omni eius fastu, vitæ se dederunt Religiosæ, vt in Græcia Imperator *Anastasius*, circa annum 715. *Michael* circa annum 800. *Isaacius Comnenus* circa annum 1060. In Italia *Rachisius* Rex Lombardiæ anno Domini 741. & *Pipinus* Rex, filius Caroli Magni natu maximus anno Domini 805. In Hispanijs Rex *Bambo* Anno 674. & *Veremundus* anno 786. Rex Indiarum *Iosaphat*, cum post patris *Auenniri* mortem totū suum regnum adduxisset ad Christum, relicto regno, secutus est spiritualem suum Patrem Barlaam, à quo dulcedinem dediceret religiosæ tranquillitatis; vt auctor est Ioannes Damascenus.

Vide Platum de bono statu. Religionis cap. 26. Imperatores & Principes qui renuntiarunt sæculo.

Et quamuis Ecclesiastici Præsules minores habeant occasiones terrenarum occupationum, ac distractionum: Sancti tamen semper, quantum potuerunt, Episcopalia munia fugerunt, ac recusarunt, & coacti susceperunt: imo abdicarunt etiam quando potuerunt. *S. Gregorius* [a] abdiderat se in speluncam, prope Romam, in sylua. *S. Ambrosius* [b] effugere studuit Archiepiscopatum Mediolanensem, ad quem se videbat electum. *S. Ioannes Chrysostomus* [c] fraudulenter, & inuitus Alexandria vbi tanquam Sacerdos concionabatur, Constantinopolim asportatus est ad Patriarchatum. [d] *S. Hieronymus*

Episcopatū qui recusarint.

a *Ioan. Diaconus lib 10. vita eius cap. 44.*
b *Paulinus in vita eius.*
c *Palladius in vita eius.*
d *Lib. 2. ad uersus Ruffinum.*

ronymus nullam vnquam suscipere voluit animarum curam, & cum eum Damasus Papa suum fecisset Secretarium, non quiescebat donec permitteretur reuerti in Bethlehem, atque ibi in solitudine seruire Domino. *S. Petrus Celestinus* inuitus electus, & consecratus est Papa, anno Domini 1294. In qua dignitate cum annum egisset dimidium, & summas expertus esset, quas ea dignitas secum adfert, inquietudines, omnia quærebat media reuertendi ad cellulam suam, de qua erat egressus. Conuocauit igitur in profesto S. Luciæ omnium Cardinalium Consistorium, & procidens in genua, orabat exonerari, resignans Pontificatum in ipsorum manus, atque ita festinus fugit ad desideratissimam solitudinem; multa faciens in via miracula, quæ per ipsum operatus est Dominus, vt resignationem, abdicationemque eius cõtra calumnias approbaret. Hæc in vita ipsius Petrus de Aliaco Cardinalis Cameracensis. *Petrus Damianus* anno 1057. à Stephano Papa inuitus compellebatur ad Cardinalatum, & Episcopatum Ostiensem, qui Episcopus primus est inter Cardinales, ac Decanus, sed sentiens molestias, strepitumque eius celsitudinis, orbatus pace, ac quiete solita, nõ multo post à Nicolao secundo sollicitauit dimissionem. Non absoluebat eum libenter Papa, videns tamen summam eius instantiam, cessit voluntati eius, imposita ipsi centenaria pœnitentia, id est, vt centum diebus quotidie *miserere* legeret, & centũ ictus nudo corpore exciperet: quam pœnitentiam statim libens, volensque fecit; ob summum libertatis studium, vt spinis illis externarum curarum extricaretur. Beati quibus Deus solus, & anima curæ est. Felicissimi sunt totius orbis, viuunt in pace, ac gaudio conscientiæ, *quæ exuperat omnem sensum:* inquit Apostolus, Thomas de Kempis, auctor libelli *Qui sequitur me.* dicere solebat, nusquam se meliorem inuenire quietem, quam cum libello in angulo.

Episcopatū qui dimiserint.

Lib. 1. cap. 15. Tom. 3. Surij 19. Maij.

Hieron. Rauennas lib. 5. hist.

Phil. 4. 7.

VI. *Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.* S. Marcus dicit; bonam hanc terram dedisse fructum ascendentem, & crescentem sursum, trigesimum, sexagesimum, centesimum. Christus hic dicere non vult, quartam tantum

Marc. 4. 8.

tantum seminis partem incidere in terram bonam; cùm contrarium fieri soleat, in agro enim plus esse solet bonæ terræ, quàm viarum, lapidum, ac spinarum: nec dicere vult maiorem auditorum partem semper bonam terram esse, sicut in agro maior terræ pars bona est: sæpe enim maior pars, sine fruge, verbum Dei audit: sed hoc indicat; ordinarie in concionibus quatuor ista auditorum genera esse: modo huius, mndo illius generis numerum maiorem, aliquando plus bonæ, aliquando plus malæ terræ: tum, vt Concionator illis se accommodet, ac ex mala bonam terrã faciat; precibus; exemplo vitæ, alijsque operibus bonis, quæ Dei gratiam cõciliant. Auditoribus: tũ, vt etiam auditores bona terra esse studeant, ac cum fructu Dei verbum audire.

Quid Christus significet hac parabola.

Præter dictas infrugiferæ terræ species, & aliæ sunt: vt arenosa, sabulosa, vastata, aquosa, quæ pratis quam agris aptior est. Ad bonum agrum, quinque hæc requiruntur. *Primo,* vt densa sit, compactaque, & cohærens terra, non diuisa instar arenæ, ac sabuli. *Secunda,* vt ex sua natura infrugifera non sit, vt ericeta. *Tertia,* vt pinguedinem habeat; siue à se, siue à stercoratione. *Quarta,* vt temperate humeat; nec sicca nimium, nec paludoso. *Quinta,* vt exposita sit soli, optima enim terra est, quæ magis sita est ad solem, austrum versus: & quo has conditiones participat copiosius, eo & fertilior esse solet. Per bonam hanc terram non tantum boni intelliguntur, existentes in gratia: nam & peccatores verbo Dei conuertuntur, & semen vtiliter accipiunt, iacentes adhuc in suis peccatis. Sed bonæ terræ nomine omnes notantur; qui scientes, volentesque veritatem non abijciunt. De quo Christus ad Pilatum, *Omnis qui ex veritate est, audit vocem meam.* Imprimis non sunt leues, ac vani: vt pulueres, ac arenæ, quæ omni turbine agitantur, vt inquit Dauid. *Deinde.* Non sunt obdurati in nequitia sua, vt de hæreticis scribit B. Paulus: qui *cauteriatam habent conscientiam. Tertio,* participes sunt meritorum Christi; siue per opera sua bona, siue per suffragia Christianorum, siue per Sacramenta Ecclesiæ, nulla enim vtilior, ac fertilior pinguedo est, quam in Christo, quem Propheta regius dicit *montem coagulatum, montem pinguem. Quarto,* nõ sunt nimium humidi, deseren-

Aliæ species terræ mala.
Terræ bonæ conditiones.
Bona terra qui sint.
Ioan. 18. 37.
Psal. 1. 4.
1. Tim. 4. 2.
Psal. 67. 16.

deserentes figuram, id est doctrinam, & exhortationē quam semel acceperunt, sicut aqua formam vasis non retinet diutius, quā illo cōtineatur. Nec aridi nimium sunt, vt petræ quibus nihil potest imprimi; sed accipiunt verbū Dei, & seruant, vt cera mollis impressum annuli signaculum. *Quinto*, conuertunt se ad Deum iustitiæ solem, orant eum, & ab illo optant illuminari, calefieri, nutriri, fouerique. Et quo magis vergunt ad austrum, vbi Sol in meridie ardentissime ferit, id est, quo Dei amore accenduntur magis, eo & bona ipsorum opera nobiliora, pretiosiora, & vberiora sunt. *Primo*, Quidam Dei verbo, quod annunciari audiunt, fidem (si non habent) accipient, aut (si fidem non pura possidebant conscientia) vitam emendabunt, & fidem suam mortuam viuificabunt, vt imposterum ita viuant, sicut fides Christiana præcipit. Hi fructum adferunt trigesimum, id est, ter decimum: fidem videlicet S. Trinitatis, & decem præceptorum executionem. *Secundo*, Nonnulli eodem sermone excitantur (inquit Eusebius Emissenus) ad perfecte implenda Dei mādata, & Deum sequendum: qui sex diebus condidit mundum. Atque ita sexagesimum producunt; non enim cessant in virtute proficere, & quotidie, in sua vocatione, Deo accuratius famulari. *Tertio*, quidam numerum attingunt centesimum, supra quem alius numerus non est. Et eodem Dei verbo excitantur, ad statum perfectionis, relinquētes mundum, & pompam eius, gloriam, ac voluptates: & nudi nudum sequentes Christum. Hoc significatur per *Bethaniam* vbi Dominus Iesus Lazaro, Marthæ & Mariæ Magdalenæ cōcionabatur. Lazarum suscitabat à mortuis, quo significatur remissio peccatorum. Excitabat Martham ad opera misericordiæ; sed Magdalena ad perfectam inflammata est charitatem. Prædicti fructus fiunt *ascendendo*, ac proficiendo sursum, vt habet S. Marcus. Cùm Dei verbum auditur, & ruminatur, oritur in humano corde desiderium quoddam seruiendi Domino, cum spe quadam, ac fiducia diuini auxilij: illud ascendere est, videlicet in cœlum: nec tamen sufficit hoc desiderium, sed & proficiendum, crescendumque est, & ex desiderio illo operandum, bona inchoanda vita, & magis magisque limanda. Multi enim

Bona homini à Deo.
1.
Fructus trigesimus.
2.
Emissen.
Fructus sexagesimus.
3.
Fructus cētesimus.
Tria hominū genera.
Ioan. 11. 43.
Marc. 4. 8.
Bona desideria non sufficiunt.

Prou. 21. 25. enim mali optima habent desideria. *Desideria occidunt pigrum,* inquit Sapiens, desiderat enim vsque ad mortem, & cum desiderijs suis vadit ad infernum; qui damnatorum desiderijs impletur, vellent enim omnes nunquã se peccasse. Cum apparerent in nocte natiuitatis Dominicæ Angeli, pacẽ nunciabant hominibus, non *boni desiderij*, sed *bonæ voluntatis*. Bonum enim desiderium bona petit, sed bona voluntas bona, quæ potest, efficit. Quare operã da, vt bonis desiderijs in cœlum ascendas, & bonis operibus ad perfectionẽ pertingas: caue ne subsistas, ruina enim tum est proxima: sicut qui grallis incedunt, ac chalcopodijs per glaciem labuntur, grauissime caderent, nisi perpetuo se mouerent. Semper cum S. Paulo *sursum* promoue: quantumcunque enim sursum euolaueris, semper tamen multos ante te inuenies, vt habiturus sis quod agas, antequam eos cõsequaris. Noli scandere cum peccatoribus, quibus ascensum prohibet Christus; illi enim deijciuntur, *dum eleuarentur*. Descende deorsum per humilitatem, humiliando enim se, ascenditur ad cœlum.

Pax, bonæ voluntatis hominib.

Philip. 3. 13.

Luc. 14. 1.
Psal. 72. 28.

VII. *Hæc dicens clamabat*. S. Ioannes dixerat se *vocem clamantis in deserto*: atque ideo Christus clamare debebat; non vt homines, sed vt verbum Dei. Homines clamant pro suo affectu; stulti, ex stultia; pueri, ex petulantia; iracundi; ex ira; superbi ex indignatione, afflicti, ex dolore, aut impatientia. Nullo vnquam horum modorum clamauit Christus; de ipso enim Isaias prædixerat. *Non clamabit, neq; audietur vox eius: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.* Atque ita nunquam ex ira clamauit; aut ex impatientia, in omni sua persecutione: sed solum ex charitate. Clamore suo significare voluit: quod ab eo simus elongati, quod audiamus grauiter, quod magna nobis immineant pericula, & quod auditu dignissimum sit quod dicere intendit. Atque ideo in Euangelio sepius clamasse legitur; sed nunquam sine vrgenti ratione. Clamabat. *Primo*, suscitans mortuos; vt filiam Iairi, & Lazarum: quo significabat, nullis nobis parcendum laboribus, vt peccatores, qui in potestatem diaboli reciderunt, eruamus. *Secundo*, Clamabat cum Iudæos corriperet dicens: *Et me scitis, & vnde sim scitis.* Cum enim

Clamor Christi.

Isai. 42. 2.
Ibid. 53. 7.

Quid significet?

Luc. 8. 54.
Ioan. 11. 43.
Quoties clamarit.
1.
2.
Ioan. 7. 28.

enim suauiter tractantur peccantes, non credunt peccatum suum tantum esse, quantum dicitur. Clamore aliquando terrendi sunt, sicut præcepit Deus Isaiæ, & Ieremiæ. *Clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Vade & clama in auribus Ierusalem sermones istos, contra aquilonem, & dices: Reuertere auersatrix Israel.* Ita & Concionatores ex compassione clamabunt, vt proximos è peccatis extrahant. Non videt peccator periculum suum, inania terriculamenta esse existimat admonitiones: sicut duo generi Loth, cum eis excidium impendens indicaretur. Quin & ipse Loth vix induci potuit vt crederet, ac ideo *manu apprehensum* eduxerunt Angeli. *Tertio*, Clamore suo vocabat Christus homines ad se: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat* docere nos volens: quam necessaria sit fides in illum: extra ipsum enim non est salus. *Quarto*, Clamabat, docens populum hic, & in templo cum diceret. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.* Ne leuiter doctrina ipsius susciperetur, admodum enim ad vitam æternam est necessaria. *Quinto*. Clamabat quinquies in Cruce. *Primo*, obsecrans pro nobis *cum lachrymis*; inquit S. Paulus. *Secundo*, dicens. *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me.* Quo significare voluit dolores, angustiasque summas, cum, in summis cruciatibus, internam non sentiret consolationem à Patre. *Tertio*, tradens spiritum, hisce verbis. *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Vt summa eius verba custodiamus, ac recogitemus sæpe, quod Dei Filius pro nobis libens mortuus sit; vt & nos libenter moriamur peccato. Et quamuis sæpe voce altissima clamaret, internus tamen clamor, multo erat maximus, id est, affectus eius, ardentissimumque desiderium, propter quem, *exauditus est pro sua reuerentia*: inquit Apostolus. Deus exaudiebat Moysen, dicens: *quid clamas ad me*, cum solo corde, tacitoque ore oraret pro populo. Clama & tu ad eundem modum: cordis enim clamor, multo vocalior est apud Dominum, quam linguæ externæ omnes: agnoscit Deus *Spiritum suum clamantem in nobis Abba Pater, gemitibus inenarrabilibus*, & postulata concedit.

Peccatores clamore monendi.
Isai. 58. 1.
Hierem. 2. 2.
Hierem. 3. 12.
Gen. 19. 14.
3.
Ioan. 7. 37.
4.
Ioan. 12. 44.
5.
Quinquies Dominus clamauit in cruce.
Hebr. 5. 7.
Matt. 27. 46.
Luc. 23. 46.
Hebr. 5. 7.
Exod. 14. 15.
Rom. 8. 15.
Gal. 4. 6.

VIII.

Qui habet aures audiendi audiat. Notat S. Hieronymus Christum

Hieron. in c. 13. Matth.

His verbis Christus quinquies vsus. Matth. 11. 12. Epist. de Gazophy. Matth. 13. 3. Marc. 4. 22. Marc. 7. 15. Ioannes in Apocal. septies Apoc. 2. 7. Ibid. cap. 3. 6. Apoc. 13. 10. Explicãtur verba Christi. Multi aures nõ habent. Punit Deus subtractione verbi sui. Amos 8. 11.

Christum his verbis parare voluisse attentionem: qui aut dixerat, aut dicturus erat aliquid singulare. Quinquies enim ijsdem verbis legitur vsus. *Primo,* hoc loco. *Secundo,* cum dixisset, quod *à temporibus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patetur.* Quia nimirum, bonis operibus expugnandum est, & claustra (vt S. Paulinus ait) perfringẽda, nec desidẽdum. *Tertio,* cum dixisset, quod *in regno Dei fulgerent iusti vt Sol. Quarto,* Cum diceret: *nihil opertum quod non reueletur & occultum quod nõ sciatur. Quinto,* cum dixisset; *non quod intrat in os coinquinare hominem sed quod egreditur ab homine.* Omnia hæc notatu dignissima sunt, nec leuiter audienda. In Apocalypsi S. Ioannis etiam habemus septies. *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.* Post notabilem videlicet aliquam sententiam, quam Christus Asiæ, populis, ac post illos, nobis volebat inculcatam. In eodem libro dicit S. Ioannes. *Si quis habet aurem audiat; Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit oportet eum gladio occidi.* In nullo tamen præcedentium locorum exclamauit Christus; nisi hic solum, vbi agit de audiendo Dei verbo; quia res illa maxime necessaria est, & aliarum fundamentum, & initium salutis. Nemo enim credere potest, aut quid agere debeat scire, nisi annuntietur ipsi verbum Dei, & ipse volens audiat, iuxta B. Paulum. Itaque monet nos clamore suo Christus, vt ipsum audiamus, & suo loquendi modo docet nos, quomodo ipsum audiamus. Dicit imprimis. *Si quis habet aures.* Quidam enim auribus carere videntur; omnes videlicet ij, qui ad conciones non conueniunt: Quales sunt multi nobiles, mercatores, voluptuarij, qui cupiditates suas sectantur, multique pauperes, qui semper ad stipem sedent in templi porta, & limen nunquam transeunt. Hi facile in errores, & magna peccata incidunt. Nobiles multi, & nasuti aulici, qui voluptatibus suis seruiunt, Machiauellistæ, ac politici fiunt; propter ignorantiam timoris Domini. Multi mercatores ad hæresim declinant, quia veritatem ignorant. Multi pauperes viuunt vt pecora, quia nesciunt doctrinam Christianam. Et hinc eripit nobis aliquando Dominus verbum suum, & penuria diuini pabuli punit: sicut apud Prophetam Amos comminabatur

batur Iudæis: *mittam famem in terram; non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.* Quod experimur hodie in partibus illis, vbi dominantur hæretici, qui hæreticas suas insanias, vt Dei verba, seminant, nec purum, ac syncerum Dei verbum tolerant. Hæc vna ex grauissimis Dei pœnis est. Quamdiu Moyses Regi Pharaoni Dei verbum annunciabat, aliqua supererat spes: at cum diceret *non videbis posthac faciem meam:* Secuta est internecio omnium primogenitorum, & Pharao, cum omni exercitu, submersus est in mari. Ecclesia permittit vt non tantum qui in peccatis sunt, sed & gentiles, ac turcæ, & infideles, & excommunicati, Dei verbum audiant, vt conuertantur. Cui igitur hoc non permittitur, grauius videtur vexari quolibet infideli, turca, ac Iudæo. Dicit *secundo*, qui *habet aures audiendi.* Vt discamus *primo*, multos aures quidem habere, sed non audire: quam pœnam Psalmista ijs optat, qui idola faciunt, ac colunt: de quibus sic ait. *Os habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient, &c. Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Quibusdam aures ad videndum magis, quam ad audiendum sunt: quales sunt qui statim quidquid de proximis audiunt, credunt, & ita rursus alijs pro comperto narrant, ac si oculati essent auditorum testes: quæ autem vident tam incerta habent, ac si per famam solum cognouissent. Vident alios post alios morientes, nec cogitant omnes esse mortales, & suas aliquando fore vices. Quidam, tanquam aures, in corpore Ecclesiæ, constituti sunt, inquit S. Paulus: videlicet vt Dei verba audiant, quales sunt opifices, alijque laici: sed videre volunt, & magistris suis esse sapientiores: ipsi concionari volunt, tanquam Prophetæ qui antiquitus *videntes* dicebantur, aut iudicare volunt Ecclesiæ Doctores, irridere, calumniari, accusare, non tanquam auditores, sed vt iudices. *Secundo*, docemur multis aures esse ad vanitates, & diaboli sermones audiendos, accipiendos, custodiendos; non autem verbum Christi. Deus dixerat: *In quacunq; die comederis ex ligno scientiæ boni & mali, morte morieris.* Eua hæc non bene audierat, intellexerat, retinuerat. Atque ita dixit serpenti. *De fructu ligni quod est in*

Grauitas huius pœnæ.

Multi non audiunt.

Psal. 113. &c.

Aures videndi.

Aures in Ecclesia.

1. Reg. 9. 9.

Aures ad vana.

Gen. 2. 17.

Gen. 3. 3.

est in paradiso, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Christus dixerat: *Soluite templum hoc, & post triduum reædificabo illud.* Iudæi hæc aliter in domo Cayphæ referebant, dicentes: *Audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum, aliud non manufactum ædificabo.* De Athenientibus Scriptura dicit: quod, *non vacabant nisi dicere, & audire aliquid noui:* Sed cum eis S. Paulus verbum Dei prædicaret, hoc non intelligebant, sed & irridebant eum. Natura auemus cognoscere: quod per visum, & auditum fit maxime; & magis per auditum, quam per visum. Quidam potius mala quam bona cognoscunt, atque ideo, parationes sunt ad audiendas calumnias, detractiones, ac proximorum peccata, quam virtutes: interloquuntur, & addunt de suo aliquid, cum peccata narrantur; tacent autem dum dicuntur bona, similes diabolo qui eiusdem est genij. De nobis bona potius, quam mala intelligimus. Atque ideo displicent nobis, qui mala nostra corripiunt. Impius Achab S. Micheam vinxit, vera loquentem. Omnes illæ aures Dei verbo inutiles sunt: quia non sunt quales deberent. Auditus organum habere debet dispositum, vt bene audiat: sicut & sensus reliqui. Auris auditui apta, non est carnea illa pars, quam videmus; sed intus vesicula quædam, seu tympanum est, aëre plenum, quod externo aëre pulsatum, verba percipit, quæ forinsecus adueniunt, instrumentum enim auditus contemperatum esse debet, externo suo medio, videlicet aëri: sicut in pupilla, lumen quoddam internum est, ad recipiendum, & videndum lumen externum. Qui igitur Dei verba bene audire voluerit, debet habere intra se aliquid Dei verbo proportionatum. *Non percipit* (inquit B. Paulus) *animalis homo, ea quæ sunt Spiritus Dei.* Quia totus carnalis est, ac proinde nullam habet conuentionem, cum Spiritu Dei. Intra se Dei Spiritum habere debes, qui externum spirituale verbum percipiat. Non quod necesse sit esse in statu gratiæ. Nam Centurio Cornelius gentilis adhuc erat, cum sermonem S. Petri audiens, cùm omni familia sua, Spiritum sanctum acciperet: sed vt internas nostras aures

Ioan. 2. 19.
Marc. 14. 58.
Actor. 17. 21.
Aurium abusus.
3. Reg. 22.
Auris quid sit.
Applicatio.
1. Cor. 2. 14.
An auditor verbi Dei debent esse in gratia.
Actor. 10. 27.

aures aperiamus, atque inde omnia carnalia, malaque proposita excludamus, offerentes nos in manus Domini. Sicut dicebat Samuel. *Loquere Domine audit seruus tuus.* & S. Paulus *Domine quid me vis facere?* Ille igitur habet aures audiendi, qui bonam adfert ad audita implenda voluntatem. Caue tibi ne obtures aures tuas, id est, à peruersa voluntate, non faciendi ea quæ audis, ne Sapientis maledictio te inuoluat. *Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Ora Deum vt *in te* loquatur, & *audi* cum Dauide internum eius verbum & cura vt externa simul verba recipias. Sicut enim madidi cineres aquam accipiunt melius, quam sicci: ita & Dei verbum, facilius suscipitur in cor diuina gratia rigatum, & compunctum, quam in aridum, quod Dei gratiæ resistit.

1. Reg. 3. 10. Act. 9. 6. Prou. 28. 9. Psal. 84. 9.

IX. *Interrogabant autem eum discipuli qualis esset hæc parabola.* S. Marcus dicit, discipulos accessisse ad Christum, *cum esset solus* vt discamus. *Primo*, Nusquam nos melius à Deo instrui, quam in solitudine, & quiete. Christus monet nos vt oraturi *cubiculum ingrediamur, ostia claudamus,* ac fenestras. Strepitus enim auditum impedit susurri diuini, & intellectum verborum eius. Ideo pij qui voluntatem Dei scire volebant, solent se à mundo seiungere, saltem pro eo tempore, quo cum Deo agebant. Cum ergo scire vis ad quod vitæ genus te vocet Deus, aut quid à te fieri velit, noli mundanos homines consulere; illi enim pleni sunt passionum suarum tumultibus; sed cum Deo consulta, & illum in conscientiæ quiete interroga quid placeat. *Secundo*, discis, quomodo Dei sapientiam impetres: missis scilicet externis operibus, vt Sapiens suadet: *Sapientia Scribæ*, id est, eius quo Sapiens esse quærit, *in tempore vacuitatis; & qui minoratur actu*, id est, qui minus in externa operatione occupatur; *Sapientiam percipiet. Quæ enim sapientia replebitur, qui tenet aratrum, & gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum?* Atque ita otium non habet, vt discat prudentiam; quæ multa requirit, & tempora, & studia. Hoc notandum nostris hæreticis, qui concionari volunt, cum non studuerint; &

Marc. 4. 10. Solitudo vtilis. Matth. 6. 6. Quomodo sapientia impetretur. Eccl. 38. 25. Hæretici notantur.

inter opificia sua, ſcrutari volunt ſcripturarum myſteria: non ita acquiritur ſapientia. Baſilius, Nazianzenus, Hieronymus, Chryſoſtomus, Gregorius alijque ſancti Doctores, totos ſe dabant ſtudijs, incolebant ſolitudines, ſolis intenti ſcripturis. S. Chryſoſtomus obſeruat hic Apoſtolorum prudentiam; qui horam expectabant opportunam, tractandi cum Chriſto; quod tum neceſſarium erat, cum Chriſtus ſe alijs inſtituendis occuparet. Sed iam in cœlo ſemper paratus eſt ad noſtram inſtructionem, & ſubſidium; omniaque tempora tempeſtiua ſunt orationi, ac colloquio ipſius. Intempeſtiuitas ex noſtra parte eſt, qui nobis otium non facimus agendi cum Chriſto. Excuſamus nos, & dicimus, hodie importunum eſt, alia mihi agenda ſunt, non ſum diſpoſitus aut paratus, &c. Atque ita expectare debet Chriſtus, donec tibi ſit integrum. S. Matthæus dicit, Apoſtolos interrogaſſe, cur populo loqueretur in parabolis, & doctrinam ſuam non proponeret nudam? quod ipſos ex charitate interrogaſſe docet Imperfectus, cupientes promotionem, bonumque proximi. Adeo vt duo interrogarent, alterum, pro alijs; alterum, pro ſe. Prior quæſtio, merebatur reſponſionem ad ſecundam. Charitas enim proximi hoc meretur, vt Deus nos, pro nobis rogantes, exaudiat: ſicut qui proximum non diligit, meretur à Deo negligi: vt inquit Sapiens. *Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur,* Sicut beneficium quod proximo facis, indicium eſt amoris Dei: ita & charitas proximi, medium eſt, ac inſtrumentum quo omnia à Deo impetremus. S. Ioannes dicit, illum à Deo impetraturum, quæcunque poſtularit, qui proximum opere diligit, ac charitatem oſtendit. Sibi rogabant ſenſum parabolæ, declarantes ſtudium diſcendi. Nemo auditorum omnium interpretationem hanc quærebat; verba enim Chriſti non erant ipſis cordi. Si aliquis recens Roma veniat, multa narrans de itinere, & quis præſens de vijs, de rebus in itinere neceſſarijs, ſedulo ſciſcitetur, ſignum eſt ipſum idem iter meditari: alij enim iſta audiunt, tanquam ad ſe non pertinentia. Quando mangonaria veſtes circumfert venales, cui emere animus eſt, inſpiciet, induet, proba-

Chryſ. hom. 46. in Matt.

Matth. 13. 10.

Imperf. ho. 31.

Duplex Apoſtolorũ quæſtio.

Prou. 21. 13.

1. Ioan. 3. 22.

probabit; sed qui eas nolunt, leui aliqua inspectione contenti sunt. Ita multi verbum Dei audiunt, sed parum curant, conciones adeunt ex consuetudine, nonnunquam dormiunt, aliquando alia cogitant, aliquando etiam quæ dicuntur non intelligunt, & tamen eo contenti sunt: indicantes, non esse sibi verbum Dei curæ, nec se attendere, vt redeant meliores. Qui enim illud sibi audit, vt per illud consequatur salutem, diligentissime studebit attendere, si quid est difficile, eius indagabit explicationem: si in se aliquid deprehendat, quod concione reprehensum est, in confessione illud expurgabit, ac in omnibus rectam sequetur formam. Hi sunt, qui animæ salutem quærunt, & de cœlo solliciti sunt. Docentur etiam hic omnes in fide ambigui, libenter consulere doctiores, vt ab ijs instruantur, & non metuere delationes, quemadmodum se excusant hæretici, ne cogantur conferre cum doctioribus. Interrogare enim malum non est; sed indicat potius scientiæ desiderium. Christus nonnisi rogatus illis explicare voluit, non quod illibens faceret, sed vt ostenderet, quod in ijs quæ dat, & facit, cooperationem nostram requirat: ne dona ipsius leuia putemus, sed custodiamus sollicite, quæ aut meruimus labore, aut precibus impetrauimus. Semper iustitiam suam, misericordiæ iungit: per misericordiam largitur, per iustitiam remunerat. Nec hoc in spiritualibus tantum locum habet, vbi gratiam aliquam adipiscimur; sed & in temporalibus, quæ ab ipso accipimus: nam à nobis semper aliquem laborem exigit: Aurum, argentum, ferrum, ac reliqua dat metalla: sed è terra effodienda sunt, nec sine labore præparantur. Frumenta dat: sed molenda, pinesndaque sunt. Magni facit opera ac preces nostras, maxime si ab homine fiant in gratia: vult nos in illis exercere, ac pro illis etiam orari, quæ certo daturus est: vt, pro gratia Sacramentorum. Atque ideo orat ante consecrationem Sacerdos, *vt nobis corpus fiat & sanguis Domini nostri Iesu Christi:* non quod, sine illa obsecratione, per diuina consecrationis verba non fieret; sed ne nostris peccatis, quæ tantam gratiam non merentur, vl-

Diligens auditor concionis.

Christus nō explicuit parabolam nisi rogatus.

Cooperationem nostram requirit etiā in temporalibus.

lum interueniat impedimentum. Esto igitur sedulus in precibus, sine quibus nõnunquam illis etiam careres, quæ Deus paratus esset donare.

X. *Quibus ipse dixit; vobis datum est, nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis.* Christus hic respondet ad primam apud S. Matthæum quęstionem; cur videlicet parabolis potius, quam aperta oratione, vteretur ad turbas. Duas adfert rationes. *Prior* iam allatis continetur verbis, quia videlicet Apostolos suos facere voluit Doctores populi, à quibus reliqui fidei Christianæ mysteria discerent. Explicat itaque hic Apostolici muneris partem, & successorum ipsorum, quos Episcopos esse dicit B. Papa Anacletus; quod nimirum ipsorum sit, regni Dei mysteria intelligere, & docere. Mysteria hac in duobus sita sunt. *Primo*, in sensu scripturarum, quas & scire debent, & sanè interpretari, vt ambiguitates omnes, quas aut ignorantia Catholicorum, aut peruersitas hæreticorum mouet, vera explicatione tollant. Sciebat enim Christus, plurimas de scripturæ sensu, quæ non eodem ab omnibus explicatur modo, mouendas quæstiones: sed sicut in omnibus omnino scriptis, gentilium, Philosophorum, Poëtarum, & oratorum, siue Christianorum auctorum libris, testamentis, constitutionibus, & alijs quibuscunque quantumuis claris, dubia mouentur, ac excogitantur ab ingenijs argutis; ita & sacras Scriptura, huc illuc à diuersis torquendas. Ad idcirco Apostolis officium, & gratiam dedit interpretationum Scripturæ. Hic illis imponit officium; post resurrectionem autem, contulit donum: Teste Luca: *tunc aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas.* Differunt enim officium, & gratia. Officium Episcoporum est, scripturas interpretari; vt declaratum, & factitatum in SS. Tridentino Concilio: vbi Episcopi, tanquam Ecclesiarum suarum Capita, omnes ab hæreticis motas difficultates, iuxta verum scripturæ sensum, dissoluerunt: sicut in primo antea Hierosolymitano Concilio fecerant Apostoli. Multi alij Catholici, qui Episcopi non sunt, gratiam habent: vt S. Hieronymus, S. Thomas, alijque Doctores & Concionatores, qui libros scribunt, aut, ex Episcoporum com-

Respondet Christus primæ interrogationi Apostolorum.
I.
Anacl. ep. 1.
Mysteria regni cœlorum in quo.
I. Interpretatio Scripturæ.
Luc. 24. 45.
Officium gratia interpretandi Script.
Officium Episcopis conuenit.
Actor. 15. 6.
Gratia etiã alijs.

commissione, prædicant, vt septem primi Diaconi, de Apostolorum mandato; Felix Nolanus Sacerdos, de mandato Maximiani Episcopi in Italia; Vincentius Diaconus, de mandato Valerij Episcopi in Hispanijs: S. Augustinus adhuc Sacerdos,. de mandato Episcopi sui Valerij in Africa. Item Pastores omnes, ex commissione Episcoporum suorum qui ipsis curam animarum imponunt; & Religiosi multi auctoritate summi Episcopi, id est Papæ, qui ipsis potestatem dat concionandi. Verum quidem (vt constat) non omnibus datam illam gratiam; potestatem tamen & commissionem habent: gratia enim aliquid distinctum est, daturque aliquibus ad ædificationem fidelium. *Secundo*, sita sunt mysteria in doctrina Ecclesiæ, quantum ad negotia fidei, & discretionem peccati; ordinationibus, ac constitutionibus Ecclesiasticis. Non enim omnia quæ credenda, & agenda sunt, Bibliorum volumine continentur. Sublimiorem digito suo scripsit Deus in corde Ecclesiæ scripturam, id est, per *Spiritum sanctum* (vt inquit Christus) quæ multo clarior est, certior, & perfectior; quam Scriptura Bibliorum: de qua S. Paulus ad Hebræos, ex Ieremia scribit. Scriptura enim multis locis obscura est; vt & Doctorum auctoritas, & experientia probant: sæpe ab hæreticis falsis interpretationibus, additionibus, lituris, adulterata: nec omnia habet quæ fidem, cæremonias, & mores concernunt. At Dei verbum quod in Ecclesiæ corde conscripsit, viuum est, atque ideo secum sensum suum adfert, nec vitiari potest, & absolutius est. Complectitur enim credenda, & agenda omnia, nec ea tantum quæ scripturis mandata sunt, sed multa etiam alia, ab Apostolis, tanquam credenda, agendaque nobis tradita: ideo monet nos Apostolus, vti prophetijs *secundum rationem fidei*. Id est, vt interpretemur scripturas, iuxta fidem quam Ecclesia tenet; nimirum, vt quando scriptura, aliqua diuersos admittit sensus, videbimus vter cum Ecclesiæ sanctæ fide conueniat. Fides enim Ecclesiæ, norma esse debet interpretationis scripturæ. Sicut hæc verba: *Hoc est corpus meum*. A diuersis diuersimode explicantur. Alij h. c. *Hic panis est corpus meum*: Alij, *hic panis significat corpus meum*.

Actor. 6. 3.
2.
Scriptura viua.
Luc. 11. 20.
Hebr. 5. 8.
Hierem. 31. 13
Tertull. lib. de præscript. cap. 17.
Rom. 1

Alij, *in hoc pane corpus meum spiritualiter manducatur, &c.* Fides Ecclesiæ quam vt regulam, ac formam præfixam habere debemus; omnes illas interpretationes reijcit; docens nos non esse hic panem, sed corpus Christi verum, atque alium dat nobis sensum, explicans, & intelligens verba vt iacent, ac sonant; quod nimirum, substantia, quæ ibi suscipitur, corpus sit Christi, & quod hæc verba æque clara sint, atque illa Patris. *Hic est Filius meus dilectus.*

Matth. 17. 5.

Episcoporũ onera.

Disces hinc *primo*, magnam requiri in Episcopo scientiam tam Scripturæ, quam Canonum, ac casuum conscientiæ, ad discernenda peccata: ipsi enim ex officio populi sui institutores sunt.

2. *Secundo*, ipsorum esse, iuxta Apostolorum exemplum, concionari verbum Dei; qui potissimam numeris sui partem in prædicatione constituebant.

3. *Tertio*, Quod si aliquis minus doctus, aut disertus ad Episcapatum promotus est: vt adsciscat sibi viros doctos, & idoneos, quorum vtatur opera, sicut matres, quæ ipsæ infantes suos lactare non possunt, nutrices quærunt optimas, quæ ipsarum vicem subeant. Quamuis enim concionari, & docere, vnum ex potissimis Episcopi officijs sit; præcipuum tamen est, populi spiritale regimen, & ad cœlum directio: quo sæpe magna auctoritas, & opinio nobilitatis, potentiæ, prudentiæque, plus confert, quam per se concionari, & docere; maxime quando illa cura idoneis commissa est.

4. *Quarto*, probitas in omni superiore, ac concionatore esset necessaria: quia tamen Iudas proditor, (qui iuxta S. Ioannem *incredulus* fuit) cum reliquis Apostolis prædicandi munus accepit, & administrauit: consentire non possumus hæreticis nonnullis, dicentibus; nullum esse superiorem, Doctorem, aut Ministrum Ecclesiæ, nisi sit in statu gratiæ. Christus enim suorum Sacramentorum vim, sanctitati ministri non alligauit, ne de susceptis Sacramentis simus dubij, sicut de proximi sanctitate sumus incerti.

Etiam mali valide possunt Ecclesiam administrare.
Matt. 10. 4.
Ioan. 6. 65.

XI. *Cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant:* Hæc altera ratio est, cur in parabolis populo loquebatur Christus: vt videlicet, non intelli-

Ratio secunda cur Christus parabolis vsus.

telligeretur ab Auditoribus istis. Quibus non significatur, quod nostri volunt hæretici; quosdam videlicet ita à Deo reprobari, vt eos nulla ratione saluare cupiat, sed damnare tantum; & quod ad damnationem ipsos promoueat; adeo vt Deus non minus auctor sit proditionis Iudæ, &, mediante peccato, damnationis eius; quam conuersionis Pauli ad fidem. Maxima hæc est hæreticorum blasphemia, contra quos est illud B. Pauli: *Deus omnes homines vult saluos fieri.* & Ezechielis. *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.* Atque ideo in horum verborum sensu, non hæreticorum commenta, sed antiquorum Patrum sententia attendenda est. *Primo* quidem, verba hæc ita interpretari licet: quasi particula (*vt*) non caussalis sit; sed consecutionem tantum significet rei gestæ: vt fiat hic sensus. Loquor eis in parabolis; atqui ipsi non intelligunt, nec assequuntur suo vitio, quia intellectum, ac sensum dictorum non quærunt. Eadem loquendi forma vtitur Dauid: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Non quod ideo peccarit Dauid, vt per peccatum ipsius Deus misericors, & verax inueniretur; sed ipse peccabat, vt satisfaceret concupiscentiæ suæ, ac ex illo peccato accidit, vt audientes alij Dei misericordiam, ipsi parcentis, & peccata ignoscentis, agnoscerent, ipsum in promissis suis fidelem, ac veracem, implentem videlicet quæ addixit peccatoribus; quod nimirũ paratus sit parcere, cũ pro peccatis suis ex corde ingemuerint. Eadẽ phrasi etiam vtitur S. Paulus, *Lex subintrauit,* VT *abundaret delictum.* Non quod lex quæ bona erat, & sancta, peccata auxerit; sed quia concupiscentia, per legem Moysis, quæ gratiam non conferebat, occasionem sumpserit peccandi grauius. Ita & Sarephtana ad Eliam dicebat; *ingressus es ad me,* VT *interficeres filium meum?* Sciebat non ideo illum venire, vt interficeret; sed hoc volebat, quod ipsius præsentia occasionem dedisset mortis filij sui, quia se putabat tam sancti viri conuersatione indignam; ob quam etiam à Deo se puniri suspicabatur. Ita & Christus hic dicit. loquor illis in parabolis, quas ipsi pro caussa arripiunt, cur nolint intelligere. Nota quod Scripturæ obscuritas, aut ignorantia præcepti, non excusabit

nn 5 nos,

Blasphemia hæreticorũ.

1. Timot. 2. 4.

Ezech. 18. 23.

Explicatio sententiæ superioris.

I.

Psal. 50. 5.

Rom. 5. 20.

3. Reg. 17. 18.

Ignorantia nõ excusat.

nos, si illud transgrediamur; adhibenda enim nobis est diligentia, vt sciamus, & intelligamus. Ait enim Apostolus: *qui ignorat, ignorabitur.* Non accipiet excusationem Deus, quod nescieris an fuerint ieiunia indicta, aut festa; si quæ illis diebus agenda sunt, neglexeris. Adeundum tibi est templum, vt mandata Dei audias. Nec excusatum te habebit, si hæreticus sis, quod deceperint te ministri. Ipsi quidem pro fraude sua pœnas iustas accipient, sed nec tu eris immunis. Respondit tibi Dominus, Ecclesiam esse scholam, illam tibi fuisse adeundam, ac agnoscendam.

1. Cor. 14. 37.

Secundo ly, VT, potest, significare rationem, cur in parabolis locutus sit Christus: nimirum, vt non intelligerent. At cur noluit ab illis intelligi? Quatuor caussæ sunt. *Prima*: vt postmodum ex Apostolis interpretationem discerent, & obscura ab illis illustrarentur, illisque crederent, quasi priuatim instructis, & totius orbis doctoribus. *Secundo*: Sciebat Christus se à Iudæis crucifigendum, & occidendum, atque ita nolebat (inquit S. Augustinus) vt antè mysteria Ecclesiæ, de quibus loquebatur, intelligerent. Satis erat, multa alia quæ ad salutem necessaria sunt, aliàs sæpe ipsis fuisse audita & intellecta. *Tertio*, vt Chrysostomus notat, ne scandalizarentur; quod non erat illis rarum, cum omnia ipsius verba quæ intelligebant, interpretarentur in malum. quod quamuis simplices, qui ipsum ex pietate sequebantur, non fecerint; inter ipsos tamen multi erant Scribæ, & Pharisæi, qui nihil quærebant, quam quod cauillarentur. Nasuti hi erant, ac sibi sapientes, quos Christus hic *videntes* & *audientes* appellat, ac si diceret: loquor in parabolis, vt Pharisæi hi, qui existimant se videre, & audire omnia, id est, sapere, & omnia assequi; non videant, ac intelligant, atque ita ruditatem suam agnoscant, nec occasionem habeant offensæ, aut scandali. Disce Dei verbis non scandalizari, sicut hæretici; ne sanum sensum eripiat tibi Dominus, vt solet hæreticis. *Quarto*, Quia peccando commeruerant à Deo deseri, & veritatis cognitionem non accipere. Itaque sciendum, apud S. Matthæum Euangelistam, hæc Christi verba ita referri. *Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.*

Secunda explicatio.

I. Cur Christus noluerit à Iudæis intelligi.

2. *August. lib. quæstion. ex Matt. c. 14.*

3. *Chrys. ho. 46. in Matth.*

4.

Matt. 13. 13.

gunt. *Et ad impletur in eis prophetia dicentis: auditu audietis,& non intelligetis; & videntes videbitis,& non videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt,ne quando videant oculis,& auribus audiant,& corde intelligant, & conuertantur,& sanem eos.* Clare hic dicit Christus,se ideo Iudæis obscure loqui,quia nec audire volebant,nec videre, nec intelligere: adeo vt per ipsos, non per Christum steterit; qui in mundum venerat omnes docere, & ad salutem perducere. Cum itaque in hoc Euangelio legimus. *Loquor eis in parabolis,vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* non ita accipiendum est, quasi Christus ex se non voluerit intelligi, sed quod eorum voluerit obsequi voluntati, quæ intelligere nolebat.ac si diceret,ideo in parabolis loquor eis,quia veritatem nudam accipere renuunt:cum enim intelligere nolint,ideo vt in tenebris maneāt obscure loquor. Disces hinc *primo*: Deum non deserere nisi desertum. *Perditio* enim *ex nobis*; vt ait Oseas. *Deliciæ Dei sunt esse cum filijs hominum*.sed si illi male se habeant,fugit abactus.*oculi tui me auolare fecerunt*,dicit sponsus id est, praua tua quam habes, intentio. Isaias dicit,Doctorem nostrum,videlicet Christum,non se elongare ab ijs,qui sustentantur pane arcto, & aqua breui, id est,qui,vt Deo placeant,in sobrietate,& angustia viuunt. Vt plurimum enim luxus,voluptates, & terrena gaudia fugant Christum, & ipsius gratiam. Disce *secundo* quomodo homo obduretur. Cū enim aliquoties Dei benignitatem abiecerit, non curans inspirationes eius & passiones vitiosas, quæ ipsum agitant, paulatim generat peccandi consuetudinem; qua conscientia eius occallessit; sicut,ad assiduum laborem,operariorū manus vt postea difficultatem non sentiat. Hinc illa de qua Sapiens,vilipensio.*Impius cum in profundum venerit contemnit*,& vt S.Bernardus inquit,*cor obduratum non sentit se.* atque ideo nec precibus flectitur, nec minis cōcutitur.imo indurat plagis,& castigatione. Disce *tertio* obduratos hos homines nō tātū esse publicos infames peccatores; vt raptores, latrones, meretrices; sed & spirituales; quales hi Scribæ, Pharisæi,& Sacerdotes Iudęorū. q quotidie Christū audiētes,fiebāt deteriores. Sequētes enim nequitiā suam,veritatē nō curant,sed sicut argilla ignibus lapidescit,

Isai.6.9. Marc.4.14. Luc.8.10. Ioan.12.40. Rom.11.8.

Deus non deserit nisi desertus.

Osee 13.9. Prou.8.31. Cant.6.4. Isai.30.20.

Obduratio vnde.

Prou.18.3. Lib.de consider. in fine c.2.

Obdurati quales.

pidescit, ita & hi charitate ardentibus Christi doctrinis. Ideo
Matth. 21. 31. dicebat Christus: *Publicani & peccatores praecedent vos in regno Dei:*
illi enim conuertuntur, mouenturque citius; vt ex Magdale-
Aug. in fine epist. 137. na, Matthaeo, & Zachaeo clarum est. D. Augustinus se non fa-
cile ait vidisse peiores, quam qui in monasterijs defecere. Ex-
perimur idem in excucullatis monachis qui post defectionẽ
Obstinationis malitia. ad haeresim, ex certa peccant malitia. Disce *quarto*. Obstinati-
onem illam animi, magnum esse peccatum; sicut hic grauissi-
Matth. 13. 13. Isa. 6. 9. me à Matthaeo, Isaiae verbis corripitur. *Incrassatum est cor populi
huius.* Est enim voluntatis mala quaedam affectio, qua homo
Obduratio peccati. & diuina, & humana monita auersatur, & tãdem eo deuenit,
vt ipsam non sentiat. Disce *Quinto*. Obdurationem hanc non
Poena. Caussa. peccatum tantum esse; sed & effectum, & causam, & poenam
Effectus. peccati. vt inquit Augustinus. *Effectus* peccati est, quia peccan-
Aug. cōt. Iul. l. 5. c. 3. do fit. *Caussa* est peccati, quia ex cordis obstinatione, multa
peccata nascuntur. *Poena* etiam est peccati; Deus enim pecca-
torum obstinatione punit, vt in Pharaone manifestũ est. Dis-
Exod. 7. 3. Deus peccatum punit peccato. ce *Sexto* peccato non tantum à Deo puniri doloribus, tribula-
tionibusque, sed & peccatis alijs, in quae peccator permittitur
incidere. vt de gentilibus Philosophis S. Paulus testatur; qui in
Rom. 1. 24. carnis abominabilia lapsi sunt peccata, quia Deum, vt opor-
tebat, non glorificabant. Solet enim superbiam Deus punire
luxuria, vt turpissimis illis sordibus humilientur qui se super-
Non tamẽ necessitat. be exaltant. Disces *Septimo* quod Deus puniens peccatũ pec-
cato, non necessitet peccatorem ad peccandum: sed deserit
Ioan. 15. 5. eum, destitutũ gratiae auxilijs. *Sine me* (dicit Christus) *nihil po-
testis facere*. cum ergo gratiam suam subducit, labimur: vt infan-
tuli, quibus manum subtrahit mater. Disce *Octauo* neminem
ita à Deo deseri; quin orando gratiam, ac auxilium ipsius re-
Matth. 17. 19. cuperare possit; ne quis excuset vires. *credenti enim nihil impossi-
bile*, cum orationis remedia adhibet. Verũ quidem est, malos
aliquando ita derelinqui, vt nullum habeant in precibus gu-
stum, atq; ideo orare nolint nõ tam virium, quam voluntatis
defectu, quae poena in hac vita est grauissima. Non adimit ipsi
arbitrij libertatem, & dat ipsi peccati agnitionem; sed nõ mo-
uet, nec excitat voluntatẽ ad orandum, nec ad contritionem;
etiamsi luce meridiana clarius adspiciat homo, nequitiam re-
dituram

dituram in caput suum. Cæsarius scribit de diuite quodam in Episcopatu Vltraiectensi colono nomine Godscalco, pessimo vsurario. Accedit anno Domini 1219. vt hic molam, quam tamen vesperi famulus bene adstrinxerat, noctu audiret versari. Vocauit famulum, & misit eum ad molam. Famulus illuc veniens tanto pauore concussus est, vt domum recurreret ad herum suum, dicens nullo se pretio illuc reuersurum. Surrexit herus eius, & induit pallium, cui Crux inserta erat, (susceperat enim contra Turcas crucem) & ipsus perrexit ad molam, ac ibi duos nigerrimos conspexit equos, & virum vnum paris nigroris, qui iussit vt pallium deponeret, ac alterum equum ascenderet. Equitabant simul, ac venerunt ad infernum, vbi Godscalcus patrem inuenit, ac matrem, aliosque notos in tormētis, ac in medio flammarum sedem vidit candentem, quam cum vidisset dictum est illi: vade domum, post triduum morieris, & illa sede sedebis in æternum. reductus est ab eodem illo duce ad molam suam, & ab vxore inuentus semiuiuus: ac domum reportatus, narrauit quæcunque in inferno viderat. Vocat⁹ est statim Sacerdos, qui ipsum ad preces, pœnitentiamque hortabatur, dicens quæ illi videbantur opportuna: sed nō mouebatur ijs Godscalcus. *Quid enim,* inquit, *preces proderunt* ac *confeßio? paratus mihi illic est locus, illuc ibo, nec orare, nec dolere poßum, frustra me monetis.* atque ita, post triduum, sine pœnitentia mortuus est. Disce hinc peccati malitiam, quæ hominem Dei auxilijs, & gratia destituit, ac in peccato obdurat, & excæcat. Quare caue peccata, & si aliquando ex infirmitate humana labaris; reuertere statim, cum Dauide Propheta ad Deum, dolens, ac pœnitens. Si enim in peccato permanseris, fieri potest, vt te Dominus deserat, ac gratiam tibi subtrahat. Quæ gratiæ subtractio, quamuis ob cæcitatem tuam parui apud te sit momenti, disces tamen post hanc vitam, magno tuo malo, quid sit sine timore viuere.

Cæsarius lib. 2. hist. c. 7.

XII.

Est autem hæc parabola. Hanc, & duas alias Christus dignatus est interpretari parabolas, apud S. Matthæum, *Primo*, vt exemplar haberemus interpretandi, & explicandi reliquas. *Secundo*, vt doceret quomodo similitudinibus instruēdi sint homines, nihil

Interpretatur Christus parabolam hanc. *Matth. 13.* 1. 2.

nihil enim ad sublimium rerũ explicationem, similitudine est accommodatius. *Tertio*, vt naturam, & conditiones, terrenarũ rerum, quas tanti facimus, perdiscamus; vt facilius contemnantur. Diuitias, voluptates sæculi, æstimamus delectabilia; sed Christus hic spinas illa iudicat. Timemus dæmones, sed nihil sunt, quam volucres; quę frumenta suffurantur, & baculo, aut manu possunt abigi. Magnum quid esse iudicamus, si ex pietate lachrymas pauculas fundamus, & bonum cõcipiamus propositum; sed Christus docet illa etiam ab obduratis nonnunquam fieri, qui tanto etiam facilius ad illa mouẽtur, quanto insperſa bona terra tenuior est. Quoniam igitur ipse Saluator parabolam hanc interpretatus est, interpretationem eius mutare non possumus, sed illustrare: nihil addendo, aut demendo, quod intentioni eius aliquo modo contrarietur.

3.

XIII. *Semen est verbum Dei.* Multa sunt in quibus Dei verbum semine comparetur. *Primo* enim, sicut in semine vis est rei producendæ; ita etiam est in Dei verbo, quodcunq; per illud agimus, ac impetramus. Semen non viuit; proiectum tamen in terram vitam exerit, emittẽs radices deorsum, & frutices sursum, qui crescunt quotidie, ac solidantur, & fructum tandem adferunt. Ita & Dei verbum minutum quid esse videtur, ac emortuum, quando in scripturis legitur, aut pro concione auditur: at cum corde suscipitur, ibi operatur, ac fidem generat, velut radicem, ex qua bona opera sursum germinant, quæ faciunt fructus vitæ æternæ: cælum enim bonis quæritur operibus. bona opera sunt ex fide; fides autem *per verbum Dei.* sicut dicit Apostolus. *quomodo credent sine prædicante.* In verbo igitur, velut in semine, sunt omnia bona, quæ agimus, omnia nostra merita, & præmium æternæ vitæ. *Secundo*, sicut semina terræ mandanda sunt vt fructificent; ita & Dei verbum, cordi, quod in homine medium est, sicut terra centrum. Non itaq; sufficit Dei verbum auribus suscipere, aut præ oculis, & in ore habere; sed in cor dimittendum est. *Tertio*, sicut terra ex se nihil nisi tribulos, spinasque germinat, & lolia, propter Dei maledictionẽ, nisi bono conseratur semine: ita & humanum cor, si verba Dei non susceperit, nihil nisi vana, aut noxia profert, quia *cor hominis ab adolescentia in mala pronum est.* *Quarto*, sicut mollis

Verbũ Dei simile semini.

1.

Rom. 10. 17.

2.

3.

Gen. 3. 18.

Gen. 8. 21.

Gen. 6. 5.

4.

lis esse debet conserenda terra, non immunda, saxosa, ac diffluens, arenæ, sabulique instar, quæ non cohærent, ac facile difflantur: ita & cor suscepturum Dei verba, obduratum non debet esse in aliquo malo, nec immundum peccatis, prauisque cogitationibus, nec mobile quod omni vento fluctuet, ac tribulationibus statim dissoluatur; sed mite, tractabile, suscipiens, & abscondens in se semen: vt ait Psalmista, *In corde meo abscondi eloquia tua.* Et Dei Genitrix omnia verba ab- *Psal. 118. 11.*
scondebat *in corde suo.* Scribit de Sapientia Sapiens; quod in *e-* *Luc. 2. 19.* *Eccl. 24. 13.*
lectis Dei mittat radices; quod fit cum corde suscipitur. *Quinto*, 5.
sicut arandus est ager, vt semina suscipiat; ita & nosipsos frangere debemus, & per ieiunia, preces, aliasque pœnitentias, vitiosas deponere inclinationes; quo enim ijs caremus magis, eo & in nobis verbum Dei erit efficacius. Hinc Ieremias: *no-* *Ierem. 4. 3.*
uate vobis nouale, & nolite serere inter spinas: id est, conscinde agrum, qui diu conquieuit, aratro, expurga stipulas, & zizania, vt mundus sit. *Sexto*: sicut stercorandus est ager, ita & cor 6.
hominis. Sanguis pecudum, & maxime hominum, agros optime stercorare dicitur, ac impinguare. Habemus in Ecclesia sanguinem martyrum; qui, vt iumenta, obtulerunt se in sacrificium, volentes nos suæ pinguedinis facere participes. Tot habemus etiam satisfactiones, pœnitentias, bonaque opera tot piorum hominum, qui in vsum Catholicorum passi sunt, & fecerunt multa. De se ait Apostolus. *Adim-* *Coloss. 1. 24.*
pleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Sed supra omnia, sanguinem habemus, & merita Christi, quæ fertilem nobis faciant animam. Quare si per Christum bene stercorari vis, & idoneus fieri ad faciendos ex Dei verbo fructus, suscipe crebro SS. Sacramenta, munda te per confessionem, impingua te Venerabili Sacramento Altaris. *Septimo*: sicut frumentum 7.
fructum non profert, nisi primum in terra mortuum fuerit, ac putrefactum: ita Dei verbum in corde recogitandum est, sicut Dei Genitrix Virgo. *omnia verba conseruabat* *Luc. 2. 19.*
in corde suo, ruminabat, & vitam ad illa componebat. *Octauo*: 8.
sicut sator antequam seminet, prius semina manu capit,

capit, ac deinde spargit: ita & Concionatores, prim
verbum Dei manibus deberent accipere, id est, opere cō
nari, antequam ore doceant. viuendo enim sicut docent,
verbum aliquomodo faciunt suum, quando hoc vita pra
9. sunt. *Nono:* sicut satis non est terram esse subactam, sed re
etiam, pluuiæ, aliæque cœlestes requiruntur influentiæ, so
lunæ, & astrorum; ita non sufficiunt solæ humanæ vires,
Dei verbum ad fructum adducant, vt manifestum est in ve
ris Testamenti hominibus, sed Dei gratia superne nobis
cessaria est. Faciemus quod in nobis erit, & Deus de cœ
aderit, & ita cor nostrum terreum accipiet, irriguum su
Iosue 15.19. rius, & irriguum inferius: sicut terra, quam dabat Caleb
Iudic. 1.15. filiæ suæ. *Decimo:* sicut semen calorem continet, quo her
10. expellit sursum, & vim nutritiuam, conseruatiuamque v
Psal 118. 40. ita & Dei *eloquia ignita*, dicunt Scripturæ sanctæ: quod ar
re fecit duos discipulos euntes in Emaus; & quod *non* v
Luc. 24.32. Deut. 8.3. *homo, & non in solo pane.* & quod verbo suo produxerit, & c
Matth. 4.4. uerit nos. Sanctus Barnardus dicit; Quod Dei verbum vi
Bern serm. de multiplici vtilitate verbi Dei. cet, cor liquefaciat, illuminet, calefaciat, purget: quod
bus noster, & arma sit, medicina, & robur nostrum, quies
resurrectio, & tota perfectio nostra. *Vndecimo:* sicut frum
11. ta sine paleis quidem seruntur, sed non adferunt fructum
ne eis: ita Dei verbum mundum descendit in corda no
sed opera nostra quę per fidem facimus, non sunt adeo m
da: siquidem multa peccata admiscemus quotidia
quæ in vita hac, flabello pœnitentiæ, ac satisfactionis eue
landa sunt, aut post hanc vitam, in purgatorio exurend
12. *Duodecimo:* sicut confecti ex frumento panes, omnium c
rum sunt obsonia, qui alioquin sine pane, aut insipidi su
aut insalubres: Ita & Dei verbum ad omnia vtile est
porem dans, ac nutrimentum omnibus nostris operibus
2.Timo.3.16. quo sanctus Paulus, *Omnis scriptura diuinitus inspirata*
lis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & erudien
in iustitia; vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum in
ctus.

Documēta quinque. Ex duodecim his seminis, & verbi Dei, comparationibus
possunt concionatoribus omnibus quinq; elici documenta.

Prim

Primo: vt similes sint seminanti, qui omnia quę habet frumen- 1.
ta non seminat, sed maiorem partem suæ necessitati seruat,
in granario. Ita & concionatores plura deberent apud se ser-
uare, quam edicere. Quidam enim nihil habent quod dicant,
nisi quod recenti studio collegerint, & hoc in concione totũ
effundunt, instar canalium, qui, omnem quam receperant a-
quam, transmittunt. Boni Concionatores imitantur Christũ,
qui ad nos venit, *plenus gratia, & veritatis*; de cuius abundanti Ioan. 1. 14.
plenitudine nos omnes accepimus. Sicut ex vase exuberanti. Ita &
boni doctores faciunt; curant pleni esse diuina gratia, & sci-
entia, quam non tantum auditoribus communicant; sed ea
etiam spiritualiter fructificant, & euadunt meliores ipsi. *Se-* 2.
cundo, vt intendant ex semente bona frumenta, id est, vt nihil
aliud concionibus suis quærant, quam salutem animarum,
nihil cogitantes de gloria, laude, commendationibus: plausu,
lucro, fauoreque humano, nihil enim tale expectat, qui se-
minat. Sanctus Paulus quosdam dicit annunciare Euange- Phil. 1. 15.
lium, vt ipsi molestiam faciant: quod reuera tale opus est,
quod alteri prodesse possit, ipsi obsit auctori: sicut scopæ te-
runtur, ac inquinantur, dum cubiculi sordes euerrunt; ac
tandem attritæ in ignem inijciuntur. *Tertio*, Quod multa 3.
bonaque capiant semina, non paucula & putrida. *Qui e-* 2. Cor 9. 6.
nim parcè seminat, parcè & metet; & quando semina immunda
sunt, non suscipiuntur munda à terra. Atque ideo Conciona- Duo officia Concionatoris.
tor *Primo*, adferet ad suggestum materiam sufficientem, vt
bene instruat populum, & vniuscuiusq; palato contemperet 1.
sermonem. Christus monet, vt de Thesauro suo proferat *noua,* Matth. 13. 52.
& vetera, id est omnis generis eruditionem. *Secundo*: Dei verbũ 2.
purum adferet, non infectum hæreticis glossis, aut fabellis,
alijsq; ludicris, quæ risum moueant: Dei enim verbum semi-
nari debet, vt homines ad deuotionem excitentur & abstra-
hãtur à vanitate. *Quarto*: Manu sumet verbum Dei. i. operibus 4. Docum. Concionator malæ vitæ reprehensus.
concionabitur, ideoq; ita viuet sicut viuendũ esse docet. Cũ
ergo gulam, superbiam, auaritiam, luxuriam, inuidiam, iram,
aut alia quædam reprehendere volent peccata, cauebunt si-
bi ab eisdem, ne dicatur in illos illud S. Pauli. *Qui prædicas non* Rom 2. 21.
mœchandum, mœcharis? ac illud Christi: *medice cura te ipsum*. Qui Luc. 4. 23.

secus quam docet viuit; trahit, repellitque simul. ait, negatq; idem, imperat, & prohibet; commendat, & vituperat. Et quia visus auditu certior est, magis creditur Concionatoris operibus, quam sermonibus: vt certior est qui videt, quam qui audit artificium alicuius picturæ. Tales Cōcionatores fidem sibi, tanquam mendacibus, apud populum derogant: & quasi mancipia quędam habentur suorum affectuum, magis subditi diabolo, & cōcupiscentijs suis, quā Deo, & rectè rationi. Sicut.n. infames sunt carnificum famuli, ac latrinarum scopatores, lenonesque: ita turpissima infamia est, seruū esse peccati. Damnāt seipsos coram Domino, & maledictionis in se sententiam proferunt, cū ea in populo repræhendunt, à quibus ipsi non cessant. Qui virtutem commendare, & de perfectione benedicere vult, per experientiam oportet vt commendationes habeat, cōditionesq; perfectionis. alioqui aut admodū stolidè loquetur, (vt multis accidit) aut admodū imperfecte. Sicut qui medicinæ studuit imperitus in praxi, sępissime apud ægros hallucinabitur: Ita etiam plurimi sacerdotes seculares, ac Concionatores, qui suum in omnibus sequuntur beneplacitum, viuētes in delicijs, fundamētum, & perfectionem Religiosæ paupertatis, & obedientiæ, non intelligunt, etiamsi se intelligere præsumant. *Quinto* Concionatores terram, id est,
5. auditores præparabunt, vt verbum Dei suscipiant, conseruēt, & ad fructum proficiat. Ideò pœnitentiæ operibus carnem suam castigabunt, vt ijs quasi fimo corda audientium impinguentur, impetrata illis diuina gratia, vt Dei verbum, in terra bona, suscipiant. Post concionem, à Deo postulabunt rores, ac pluuias, id est, gratiam diuinam, vt & ipse, & auditores, quæ audita sunt opere impleant. Vides hinc quantum sit prædicandi munus; magnam requirens eruditionem, magnam eloquentiam, & supra omnia perfectam viuendi formam.

Documēta quinque pro auditoribus.

Ex duodecim verbi Dei & seminis comparationibus, quinque etiam pro auditoribus sunt documenta; vt ex verbo Dei, tanquam bona terra, fructus proferant. *Primo*, Cordis sui ter-
1. ram purgabunt à peccatorum sordibus, & à zizanijs vitiosarum passionum; *abijcientes* (vt habet S. Iacobus) *omnem immunditiam,*

Iacob. 1. 21.

ditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipientes insitum verbum, quod potest saluare animas nostras. Quod optime per Confessionis Sacramentum fit, emollientur postea, per resignationem sui plenam in manus Domini, cum proposito faciendi diuinam de se voluntatem, ac vlterius impinguabunt se corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi, quod sæpe sub Sacramento accipiendum est; tanquam potissima & aptissima animæ pinguedo. *Secundo,* Dei verbum abscondent 2.
in corde suo, & cogitabunt, quod per os concionatoris Deus loquatur ipsis, ipsos vocet, ipsos erudiat. Atq; ita corde suscipient, non ore tantum, nec auribus, nec imaginatione; & cum Propheta dicent: *secretum meum mihi, secretum meum mihi.* Ac *Isa. 24. 16.*
tandem bonis operibus, maxime eleemosynis, operient.
Tertio, Mortificabunt semen, sæpe cogitando, ac reuoluendo, 3.
quomodo illud in opus educant. Qui enim Dei verbum solummodo audit, & iuxta litteram retinet, non comminuit illud; sed qui scrutatur, & perpendit, illud quasi masticat, ac in se mortificat. Verbi gratia. quando audis omnibus esse moriendum, reddendamq; rationem de omnibus factis, dictis, cogitatis; sine vlteriori pensitatione semen relinquis integrũ: at quando generalem hanc propositionem, particularius incipis expendere, & cogitare; *primo*: te moriturum. *Secundo*: mortis horam tibi esse incertã. *Tertio*: quod multa habeas peccata, multa bona iniqua, ac singulatim opera, dicta, cogitationes, examinare incipias. *Quarto*: iustissima esse Dei iudicia: nihil dimitti, sed ad nouissimũ quadrantẽ omnia reddi. *Quinto*: inferni pœnas infinitas esse, & grauitate, & duratione. *Sexto*: qui iam in statu damnationis, ac mortalis peccati viuas, in quo si moriaris, continuo descensurus es in infernum, nec vnquam liberandus: hæc & similia particulatim examinans mortificas in te semen, & facis vt vim in te habeat; sicut granum sinapis aut piperis contusum ac masticatum dentibus. *Quarto*: post 4.
concionem, diuinam inuocabunt gratiam; tum, vt dicta retineant; tum, vt ijs compungantur; tum, vt ad illa vitam instituant. Hæc enim gratia, cœlestis ros, & pluuia, sine qua infructuosum est Dei verbum. *Quinto*: similes erunt terræ bonę, 5.
quæ ex vno grano multos emittit calamos, qui singuli suas

 profe-

proferunt aristas:non .n. sufficient ipsis pauculi fructus, q videlicet vnum,aut duo deposuerint vitia,aut vnam(& al acquisierint virtutem, aut in aliquibus se exercuerint b operibus,sed virtutem diuini verbi,per totam suam transf tent animam,& corpus,in membra, sensus, potentiasq; nes;vt nihil contra Deum fiat, sed ad nutum eius mouea omnia,atq; vt ita ex Dei præscripto,& fide viuant, sicut A cuc,de iustis testatur. Ita Dei verbum omnibus suis operi vt panem obsonijs, iungent, certi quod nullum opus sap aut animam nutriat,si per verbum Dei ex fide non fiat.

Abac.2.4.

XIV. *Qui autem secus viam,hi sunt;qui audiunt:deinde venit diabol tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.* Notantur à Christo homines illi,qui ad conciones quidem veniunt, ex Dei verbo fructum non faciunt. sicut in vijs nec grami nec frumenta, nec alia crescere videmus. Causæ tres su

Qui hic notentur. Impedimẽta fructus.

1. *Prima*: quia dura nimium terra est, nec semina eam ingre
2. radicesque immittere possunt. *Secundo:* quia perpetuo cal
3. tur,& sub plantis conteruntur, ac franguntur omnia. *Ter* quia statim semen tollitur à volucribus, quæ illud apertu intectumq; vident.

Qui hic intelligantur.

Plurimi sunt qui huic viæ comparari possunt. *Primo*,

1. dormiunt sub concione,nec verbum Dei in corde suscipiu somnus enim illud etiam ab auribus abarcet, aut si forte illic incidit aliquid, illud continuo somnus aufert; quo al borat diabolus, qui vt plurimum in precibus, concionibu diuinisq; officijs, somno vexat. Remediũ est meridiatio m dica ante concionem,& frugale prandium. Eurychus adol cens qui Troade sub B.Pauli Concione dormitabat sedens fenestra, de tertio decidit cœnaculo,in terram mortuus; d cens nos,negligentiam illam diuini verbi, quæ ex tepore p uoq; desiderio,& gustu oritur, causari posse mortem anim cum nimirum ad calumnias, ac fabulas; quam ad Dei verb melius vigilamus.

Act.20.9.

2. *Secundo*, Qui volentes,ac scientes, sub concione distractio nes patiuntur, sicut qui dispares illic personas spectaturi co ueniunt, hucilluc circumspectant,garriunt, alia lectitant, d negotijs suis cogitant. Hi cum Iudæis aures obturare viden tur,

tur, qui audire nolebant B. Stephanum: aut iactant pulueres in aera, vestesque, clamantes cum Ierosolymitanis, in concione Pauli. Vanæ enim illę cogitationes, ac fabulæ, pulueres sũt, ac vestes iactatæ, clamoresque; qui auditum, & intellectum verborum impediunt. *Tertio*, qui sermones audiunt; non vt Dei, sed vt hominis verbum. Ideoque illuc veniunt, vt repræhendant; sicut Iudæi ad Christum: aut vt noui aliquid audiant, vt solent Athenienses: aut vt aures eloquentia oblectent, quo pacto gentilium oratores audiebantur, quod Christo displicet; qui omnium quidem linguarum donum concessit Apostolis, sed non qualibet istarum facundiam; vt conuersionem, non homini, eiusque eloquentiæ, sed diuinæ tribuamus gratiæ. Multi deteriores, non meliores fiunt concionibus. offenduntur quando vitia ipsorum tanguntur; opinãtes cum Pharisæis, concionem in ipsos fieri, aut ridẽnt doctores, aut cauillantur. *Quarto*: qui conciones audiunt: non sibi, sed alijs, illa attendentes, quæ correctioni proximorum seruiunt. Ita viri illa attendunt, quæ vxores; & vxores illa, quæ maritos concernunt. laici, quæ Ecclesiasticos; Ecclesiastici, quæ laicos. Si spiritualia dicantur nobiles, mercatores, domicellæ, opifices, illa dici credunt monialibus, ac pietati deuotis mulierculis, non sibi: perinde ac si spiritualia ad ipsos nihil attinerent; sed inania, ac mundana tantum. Si luxus, & cultura vestium repræhenditur, illis dictum credunt, qui modum excedunt, non sibi qui putant se conditionem suam, quam ex voluntate sua iudicant, non excedere. Scribæ ad hũc modum legebant verba Domini, cum Micheæ prophetiam, de Christi natiuitate, tribus Regibus proponerent, quos miserunt adoraturos in Bethleem, ipsi autem se non mouerunt loco. *Quinto*, qui ad conciones veniunt; non ex deuotione, nec vt boni aliquid audiant, sed ex consuetudine, aut per transitum aut quia quod agant, non inueniunt. Hi non appræhendunt Dei verbum, manet in superficie, nec se inserit cordibus; atque ideo cito à diabolo tollitur; & quamuis nonnunquam aliquantulum se insinuet, non tamen satis alte penetrat, atq; ita diaboli sicut aues rostro suo illud effodiunt, ac euellunt, tanquam modicissima humo iniecta, aut sicut Gallinę scarifi-

Act. 7. 56. *Act. 22. 23.* 3. *Act. 17. 21.* 4. *Matt. 2. 5.* *Mich. 5. 2.* 5.

 catio-

cationibus suis frumenta eijciunt. Ita Dei verbum facile eri-
6. pitur, quando non firmiter satis retinetur. *Sexto*, qui ex con-
suetudine peccata quædam admittunt, in ijs obdurescunt, nec persuadere sibi possunt se peccare; sicut potatores non faciunt scrupulum, de quotidiana ebrietate, nec publici vsurarij, de vsuris; nec qui merces suas carius æquo vendunt, de iniustitia; nec lenones, de impudicitia. Atque ideo nihili faciunt, quidquid contra ipsorum detonatur nequitias: quin & con-
Prou. 18. 3. temnunt; iuxta dictum sapientis: *impius cum in profundū venerit contemnit*. Ita egit Nabal, qui instar lapidis obduratus erat,
1. Reg. 25. 37. cum moneret eum Abigail vxor sua. Assueuerat largis cœnis,
Luc. 16. 19. & neglectui sanorum consiliorum. sicut & epulo, qui non
7. attendebat clamores pauperis Lazari. *Septimo* leues, vanique homines; qui ad omnes fabulas aperti sunt, admittentes omnis generis cogitationes; bonas scilicet, ac malas. Hi patenti viæ similes sunt, ac omnibus, & bestijs, & hominibus peruij: ideò & diabolus huc venit, & aufert quod lubet. Sicut in cōmuni transitu nihil relinqui solet, quod alicuius est pretij, vt pecunia, cibus, vestes, aliaque supellex, sed reijcula tantum, quæ nemo cupit: ita & diabolus nihil in talibus relinquit, ni-
Gen. 40. 17. si vanas cogitationes, & turpes concupiscentias. Similes hi sunt pistori Pharaonis, qui somniabat se ferre in capite panes, eosque à volucribus comedi. Ita & hi faciunt, honorant Dei verbum, & ponunt super caput suum approbant omnia, quæ dicta sunt, tanquam synceri catholici, qui hæresin omnem execrentur; permittunt tamen à diabolis sibi, sine fructu, auferri.

Dæmon à S. Luca, hic in græco, *diabolus* vocatur, id est, calu-
Marc. 4. 15. niator. & à S. Marco, nomine hebraico, *sathanas*, id est, hostis,
Diabolus auibus collatus. quia natiuus noster hostis est, dānis nostris, & accusationibus ad Deū semper intentus. Quatuor de caussis à Christo cōpa-
1. ratur auibus. *Primo*: quia omnium mundi creaturarum celerrimus est, sicut inter animalia reliqua, aues: atq; ideo nihil mi-
Iob. 1. 7. rum; quod breuissimo tempore terram perambulet, & quæ
2. geruntur videat. *Secundo*: propter subtilitatem suam, sicut leuissimæ sunt auiculæ, quæ in minutis etiam quiescunt ramusculis, & per fenestras in domos inuolant: ita & diaboli quolibet

bet percurrunt, sunt apud nos, imo in nobis, videntes quid in corpore lateat, insinuant se etiam in phantasiam, & turpes excitant imaginationes, sicut auiculæ quacunque volant, sordes suas eijciunt. *Tertio*, Quia in aere habitat, qui ipsi vsque ad mundi finem permissus est, postea enim cum damnatis, æternos ignes habitabit. *Quarto*, quia semper laborat verbum Dei auferre, sicut semper quærunt volucres grana, quæ tollant. Atque ideo magna nobis cautela opus est; semper enim circuit nos, audit verba nostra, videt opera, animaduertit inclinationes, (vt optime discipulis suis S. explicabat Antonius) nec aliud quærit, quam in nobis inuenire locum, vt omni bono nos priuet semine, ac malo noxioque impleat.

3. *2. Petr. 2.* 4. *1. Petr. 5. 8.* *S. Athan. in vita eius.*

Notandum vnde semina diabolus auferat; *à corde*, nimirum: non ab auribus, inde enim sponte sua facile excidunt antequam exeatur de templo; imo etiam antequam finiatur concio nec ab ore, nam patitur te aliquando boni quid loqui, cum & Beat. Pauli aduersarios suscitaret, ad annunciandum Euangelium: nec ab intellectu, atque cogitatione; ipse enim bonas aliquando cogitationes proponit; sicut & serpens Euæ Dei proposuit mandatum, de non comedendo ligni fructu. Sustinet facile nos memores esse diuini mandati, ne excusare possimus ignorantiam, ac crescat, grauiusque puniatur nostrum peccatum. sed hoc diligenter cauet, ne cor occupet, ac voluntatem ad bonum inclinet; atque ideo ne moueatur voluntas, quantum potest aduigilat. Et quamdiu verbum Dei corda nostra non tangit, facile per distractiones illud, obliuionemque expellit: at quando videt iam cor perstringi, imitatur pueros annulo ludentes, qui globum suum post annulum collocant, atque ita aduersarium cum transmiserit, vltra metas pellunt vi maxima. Ita & diabolus agit, videns enim verbum Dei penetraturum cor, immittit homini fortissimas imaginationes; quasi videat, vel audiat aliquid, vt ita ingressum diuini verbi remoretur. Ita egit per Auennirum Indiæ regem (teste Damasceno.) Cum enim filius eius Iosaphat, ad Catholicam fidem, Eremitæ Barlaami opera, esset conuersus, vt ab eo verbum Dei, quod necdum in

Phil. 1. 18. *Gene. 3. 1.* *In historia*

eo satis putabat radicatum, euelleret, misit ad ipsum filiam Regis Persiæ, quam habebat captiuam; vt illi suaderet secum inire matrimonium, spondens ei se fidem Christianam suscepturam, ac totam Persidem cum ipsa. Cum Sanct. Thomas Aquinas sexdecim tantum annos natus, se Religioni S. Domini dedisset, inconsultis, inscijsque parentibus, cœpit eum in castro suo mater eius Theodora, submittẽs illi scortum quod ad luxuriam ipsum accenderet, atque Dei verbum, quod ad conuersionem acceperat, expelleret. At vterque hic adolescens diabolo erat astutior. Iosaphat enim videns prædictam Regis Persiæ filiam, & audiens eius mentem, sentiens etiam in se diabolicæ tentationis motus, auersus ab illa in genua procidens, flagrantissime diuinum inuocabat auxilium, quod statim impetrauit, ac in bono confortatus est. S. Thomas impudicam videns fœminã, arrepto titione eam cubiculo expulit, rogans Deum pro castitatis dono, quod illi continuo concessum est, sensit enim lumbos suos cingulo ab Angelis constringi; qui indicabant ipsi, quod à Deo castitatis cingulum accepisset. atq; ab eo tempore, nullas vnquam carnis tentationes, luctasque sensit; sed virgo permansit, & vt libri eius loquuntur, magnus Ecclesiæ Doctor euasit. Christus ideo laborare ait diabolum, vt auferat semen, *ne credentes salui fiant*: monens nos semper ipsum nostræ saluti, vt capitalem hostem, insidiari: ac proinde nobis omnia ipsius, tanquam inimica fugienda, detestanda, persequenda esse. Non secus ac in regum hostilitatibus, qui non tantum mutuis insidiantur capitibus, sed omnibus etiam quæ ipsorum aliquo modo sunt; ministris, subditis, regionibus, oppidis, pagis, vicis, villis, quæ exurunt, diripiunt, capiunt, &c. Ita & nos cum diaboli ministris agemus, mundo videlicet, & carne: deprimemus illos, mortificabimus, tangemus, & omnia faciemus appetitui ipsorum contraria.

Via quomodo mollienda.

Diligenter hic attende, an forte terra sis in via sita, in qua Dei verbum non fructificet. Si talem te senties; cura, vt muteris. Via duplici modo mollescit; aratro videlicet, ac imbribus. Ora Deum, gratiæ suæ fluentis, cum Maria Magdalena, cor tuum emolliat; aut (si adeo durus es vt suauitas tibi non prosit)

profit) vt timore, tribulatione, ac formidine te conscindat, ac perfodiat: vt S. Paulo, alijsq; fecit compluribus, & cum mollis, & subacta fueris terra, caue ne diabolicis aditum des volucribus. Custodi sollicite sensuum tuorum portas, per quas irrepere solent cogitationes malæ. Quare sicut pestis tempore, in feruidis regionibus, Italia, Hispania, strictissime cauetur, ne quis peste infectus portas introeat, aut etiam accedat, ne tota pereat ciuitas; ita summam sensibus tuis ponas custodiam, ne mala vlla ad cor tuum pertingant. Act. 9. 4.

XV.

Nam qui supra petram, hi sunt; qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Alterum hic notatur auditorum genus; qui videlicet in summo aliquid habent mollis terræ; intus autem sub illa lapidem tectum. Homines hi sunt bonæ indolis, qui libenter boni quid audiunt, eoq; compunguntur; sed non habent cor, sicut cupit Deus, contritum; de quo Dauid *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*. Deus cor totum petit, nihil relinquendo nobis. Dans Decalogum filijs Israel dicebat, in primo statim præcepto. *Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, & zelotes.* Et postea monens eos, exstirpandos Chananeos de terra, dicebat: *Noli adorare Deum alienum; Dominus, zelotes nomen eius; Deus æmulator est,* id est, solus cor tuum possidere volo, nullum fero, qui mecum diuidat Dagon. Quod summo à nobis iure postulat, non creationis solum, redemtionisque ergo, sed quia etiam se totum donauit nobis, bona, gloriam, sanitatem, corpus, sanguinem, animam, & totum mundum; imo & Deitatem, quam nobis reseruat in cœlo. atque ideo æquissimum est, vt nihil retineamus nobis, sed totum pro toto reddamus. Qui aliquid seruat sibi, quod propter Dei charitatem relinquere nolit, petram in corde habet, nec ex toto corde Deum diligit, aut ex tota anima, ex tota mente, ex omnibus viribus. Tales sunt, *Primo:* qui vitiosa consuetudine, in peccato aliquo obstinati sunt: vt Herodes, in adulterio cum Herodiade; Iudas, in auaritia; Aman, in ambitione & superbia; Pharao, in crudelitate. *Secundo:* qui passiones suas necdum domuerunt, nec domare volunt, per quas facile à bono proposito decidunt.

Secundum genus auditorum.

Psal. 50. 19.

Deus vult nos totos.

Exod. 20. 2.

Exod. 34. 14.

1. Reg. 5. 2.

Notantur hic.

Notantur ergo hic, quicunq; in angustijs à bono resiliunt, quales sunt. *Primo*: Peccatores, qui audiũt in concionibus peccatorum suorum detestationem, quæ etiam corda ipsorũ ad lacrymas mouet, & angustias: sed videntes infirmitatem suã, ac mala valde radicata, aut deserenda esse quæ amant, manẽt in antiquis terminis: sicut adolescens diues, audiens à Christo *si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* abijt domum tristis. Talis erat & S. Augustinus, cum de conuersione deliberaret; videns enim deserenda fore commercia fęminarum, seruandã castitatem, ægre animum ad cõuersionem potuit appellere. Tales etiã plurimi sunt inter hæreticos; & maxime concionatores, qui saniora vident. Conscientia enim dictat illis contraria, sed pręsumtę vxoris, ac liberorum amor, timorq; paupertatis cõstringit eos, in hæresi. Exemplum nostri temporis habemus memorabile; in Bernardino Ochino multis iam annis monacho, qui ex indignatione, quod Episcopatu florẽtino, & Cardinalatu frustratus esset, defecit ad Caluinianos, & Geneuæ adolescentulam duxit, ex qua proles aliquot suscepit. Hic postmodum à Catholicis, quos animę eius miserebat, admonitus, respondit: *quid me facere vultis, vxorem abijcere non possum, & liberos, quo natura mea tantopere propẽdet: causæ erunt æternæ meæ damnationis.* Ach quantus lapis, cor Apostatæ occupauerat! *Secundo*, Qui concione ita concitantur, vt temere aliquid incipiant, quod postea infectum vellẽt, vt vota aut, proximorum correptiones &c. S. Petrus ita Christi sermone in cœna commotus est, vt in domum Cayphæ ipsum sequeretur: quod postea summopere doluit, quoniam illic ex mętu ipsum negauit. Tales etiam multi olim, ex indiscreto zelo se offerebant martyrio, qui postea in tormentis Christum negabant. Quidam ad monasteria confugiunt, non examinantes conditionem suam, ac constitutionem Ordinis. *Tertio*, qui quidem inordinatum zelum non proferunt; sed in proposito suo bono non orant Deum, pro gratia. hinc facile, nimium viribus suis confisi, cadunt. S. Cyprianus temporibus persecutionum dicit; Christianos ab Ecclesia instruendos, ac præparandos ad certamen, ac per Sacramenta maxime, quæ tum non semel, sed sæpius solent per hebdomadam suscipere.

Marginalia: 1. — Matt. 19. 21. — Lib. 8. Conf. Sal. — 2. — 3. — Lib. 1. epist 6. — Serm 5. de lapsis.

Atq;

Atque ita nihil mirum, quod multi à fide ad hæresin defecerint, quia raro diuinam gratiam, per Sacramenta trahebant. *Quarto*, qui Dei verba audientes, vitam emendare vellent, 4
sed timent aduersitates externas, vt contemtum, iurgia amicorum, ac separationem à consortijs hominum. tales erant, qui, metu Iudæorum, non audebant sequi Christum, *diligentes gloriam hominum magis quam gloriam Dei.* Alij inter nos timēt *Ioan. 12. 43.*
scrupulos, si se deuotioni, & Sacramentis darent. sicut seruus qui, ex timore non exposuit, sed in terram fodit talentum *Matt. 25. 25.*
suum. Nonnulli in eadem, aut maiora relabi timent vitia, si ad maiorem se componant perfectionem ac sanctitatem. sicut qui timent castitatem vouere Deo, timentes maiores postea tentationes; nec cogitantes; quod sibi desponsatam Deus, ab omni diabolorum astutia arctius custodiet, quam si minus ei maneat obstricta: quasi plus virium habiturus sit diabolus, in spiritualem aliquam, quæ voto suo sanctificata est quam in secularem. sicut enim benedictas fugit aquas, non puteales: ita magis sacras Christo fugit virgines, quam alias.

Eiusdem generis sunt, qui inchoatā dimittere volūt bona, quia non videntur sibi in virtutibus proficere, sed quotidie in eadem relabuntur. Hi similes sunt stultis, qui lintea iterum vsu sordidanda, lauare nolunt: aut qui in lubrica via manent iacentes, quia inter eundum cadunt sæpe. Quotidiana peccata nos terrere non debent; vita enim nostra nihil est aliud, quam perpetuus quidam lapsus, ac resurrectio. Non ideo insoluta *Prov. 24. 16.*
relinquis debita, quia quotidie noua contrahis, sed ideo soluis diligentior, ne nimium excrescant. Peccata in Confessione deponis, itaq; confitere sæpe, vt minus graueris. Disce hinc omnem excutere ab animo duritiem, ac obduratum emollire animum. Nihil quærit Deus, quam, cor saxeum commutare in carneum, id est, molle, ac tractabile: vt apud Ezechielem est. Adiuua ipsum, nec illi officias. frigida, duraque cera manibus calidis mollitur, plumbum durissimum igni liquescit, ferrum dum candet cudendum est, vt ad fabri voluntatem ducatur: hircino sanguine mollitur adamas, quod nullo horum modorum mollescit abijcitur. *Ezech. 11. 19.*

Plurima

Plurima tibi Christus confert beneficia, vt ijs te quasi manibus molliat. Proijcit te in charitatis suæ ignem, impertiens sacramenta, ac interna auxilia si omnia hæc non iuuant, cudit te inferni, mortisque timore. Noli esse plumbo, ferroque durior. sicut enim omnia dura, grauia sunt, cadentia deorsum: ita & obduratus homo, in inferni profunda corruet: figura illorum fuit obduratus Pharao, qui vt inquit Moyses,

Exod. 15. 5. cum suis *iuit in profundum quasi lapis*. Optimus modus animam emolliendi est, vt illinas illi sanguinem Christi; sicut adamanti, hircinum. hunc accipis in Sacramētis. S. Augustino[a] in baptismate ademtus est lapis, vt & B. Cypriano,[b] & Lactātio.[c] Nam minorem in Sacramentis alijs, maxime Confessionis, & Eucharistię, vtilitatem accipies, sed aliquo vsq; emollitus Dei verbo, conserua calorem, declina mala consortia, quę te refrigerent, quære societatem piorum, qui te diuino cultu accendant: inde enim nostra, vt plurimum, prouenit durities; quod,

Eccl. 3. 27. conceptum Dei sermone calorem, non custodiamus. *Cor durum dolebit in nouissimo.* qui enim hic deserit, propter alia quæ præeligit, Deum; illum, postea relinquet Dominus. Quare constantiam habe in bono, & ad Dei voluntatem cor tibi fac flexibile, vt perseuerans salueris.

a Lib. 9. Conf. c. 4.
b Lib. 2. ep. 2.
c Lib. 5. diui. inst. c. 26.

XVI. *Quod autem in spinis cecidit, hi sunt; qui audierūt, & à solicitudinibus, & à diuitijs, & à voluptatibus vitæ eūtes, suffocantur: & non referūt fructum.* Spinæ frugum incrementa ob duas caussas impediūt.

Spinæ fructum impediunt.

Prima: quia earum radices, radicem frumēti intricant, nec patiūtur libere exeri. *Altera*. Quia densitate sua nascentia frumēta suffocant superne, arcentes splendorem, caloréq; solis. Notantur hic, qui bono corde, tanquā terra bona, Dei verbū accipiunt, & volunt audita exequi; sed negotia, sollicitudines, voluptates nō faciunt eis ruminandi diuina verba otiū. Hi spinis referti sunt, quidquid enim dat mundus aculeatū est, quāuis mundani, ob animi duritiam, aculeos nō sentiant. Sicut. n. qui ferrea, aut coriacea, densaq; chirotheca, spinas arripit, ijs non pungitur nec læditur: ita nec mundani aculeos spinarum sentiunt: rosas enim, voluptatesq; esse credunt, quas hic Christus spinas nuncupat. Nihil tamen in mūdo syncerū, suaue, ac delectabile extra Dei cultum, reliqua omnia animum distrahunt,

Qui hic notentur.

hunt,& conſcientiam lacerant. Atq; ideo aiebat Oſee: *ſepiam viam tuã ſpinis.* Quemadmodum.n.pomaria,feraceſq; horti ſpinis ſepiri ſolent;vt beſtię,ac fures excludantur,ita Deus ſeculi voluptates,cinxit ſpinis tribulationum,ac dolorum; vt incõmodi metu, ad mundi voluptates non irruamus. At parum curamus.ſimiles pueris,qui veſtes lacerant, currentes per ſpinas, vt poma colligant. aut alijs, qui ſe craſſa veſte aduerſus ſpinas armant. Ita ad ſeculi voluptates ferimur, arguente nos conſcientia;& patienter ferentes eius puncturas, aut ita mala conſuetudine obdurati,vt incommoda iſta non ſentiamus,vt ſaltem potitis fruamur cupiditatibus. *Oſea 2.6.*

Triplices hic ſpinas loquitur Chriſtus.*Prima* ſunt,*ſolicitudines:* quæ ita homines illaqueant,vt ſpatium non relinquãt, de Deo cogitandi.quales ſunt mercatorũ, ſemper mercimonijs inſiſtentiũ. Patrum, matrumq; familias;quos cura domeſtica totos à rebus diuinis auocat; ambitioſorũ,qui ſemper alta ſõniant:omniumq; eorũ,qui terrenis rebus nimium inhęreſcũt. Cogitandum illis eſſet:tẽporalia ſeruire ſpiritualibus,non cõtra. Viuendũ eſt hic,vt Deo ſeruiatur,non Deo ſeruiendum, vt hic viuatur.atq; ideo ante omnia,quærendũ eſt regnũ Dei, & iuſtitia eius.Terra cordis noſtri modica eſt,atq; ideo multa non capit.Quando ergo tantũ admittis curarum temporaliũ, coniungere ei non potes curam ſalutis,atq; animæ.Deus prohibuit agrũ ſeri diuerſo ſemine;ſignificare volẽs, in corde noſtro,bona tantũ ſerenda ſemina. Et quãuis omnis exterior cura non ſit vitioſa;nimia tamen,nocet. Quemadmodum enim non mali tantum humores ſanitatem impediunt, ſed & boni ſanguinis abundantia:ita & magnę ſollicitudines progreſſum impediunt virtutum. Sequere S.Pauli conſilium,nec inſeras te mundi negotijs.gaude,tanquam non gaudens; eme, tanquam non Poſſidens,vtere mundo,tanquam non vtaris: *præterit enim figura huius mundi.* In ſollicitudine ſpinarum aculeos ſentis;cum ſomnum,ac quietem tibi adimunt. *Triplices ſpinæ.* *1.* *Matt.6.33.* *Leui.19.19.* *1.Cor.7.31.*

Secunda ſunt. *Diuitiæ*, quamuis illæ delectare magis,quam pungere videãtur,teſte Gregorio. Quẽadmodum.n. Babylonica meretrix foris auro, gemmiſq; apparuit comtiſſima, ſcyphum aureũ manu tenens, draconi tamen inſidebat terribili, *2.Spinæ.* *Hom.15.in Euan.* *Apoc.17.4.*

& ſchyphus

& schyphus plenus erat abominatione. Ita pecuniæ, ac opes foris multum præferunt, sed adeo pũgunt, vt paupertas multo sit diuitijs optabilior, vt clare demonstrat Chrysostomus: non tantum ob ampliora in cœlo prœmia, sed & ob vberiora mundi commoda, Plurimis enim cogitationibus affliguntur diuites, *Primo*, quomodo parta custodiant. vt diues ille Euangelicus, q̃ refartis antiquis, noua meditabatur horrea. Mille incurrunt cogitationes, ne bona corrũpantur, vt agri colãtur tẽpori, vt lites procedant, vt recuperẽtur deperdita. Sæpe inexpectati adferũtur rumores, de milite, de debitoribus, de inũdationibus. Atq; ita videmus magnis dominis vix esse horulã audiendo sacro; curis totum diẽ postulantibus. *Secundo*, quomodo parta augeãt nouis censibus, agris, dignitatibus: diuitiæ enim extollunt & accẽdunt desideria, vt sitim aquæ salsæ. Ideo saluator: *Nolite in sublime attolli*. & S. Paulus Timotheo: *diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere*. solent enim illi, ambire summa. *Tertio*: quomodo exponant, collocentque pecunias. vt prædictus ille diues, se compellans. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare*. Cogitatur de splendore vestium, de augẽda supellectili, ac familia, imo sub mortem maxima ingruit cura, quomodo cuique testamento satisfiat. Qui aperta manu habet spinas, ijs non pungitur: sed qui eas stringere ac fortiter tenere vult, manumque claudere, læditur. Si diuitijs lædi nolis; noli eas nimiũ diligere, sed liberaliter in pauperum sinũ excute. Spinæ duas habẽt conditiones malas. *Prima*: Nocent nimiũ appropinquantibus, adeo vt & transeuntiũ ouiũ lanas vellicent. Ita & diuites faciũt; contemnunt pauperes, ne verba quidẽ dant mitia, rapiunt quod possunt: vt Achab vineã Naboth; imo trahunt ad mortẽ, si vel in minimo ipsis resistitur, sicut Amã Mardochęũ. *Altera* quod inter spinas bufones, aliaq; venenosa animalcula soleãt nidulari. Ita nullũ deest diuitibus peccatum. nã cum diuitijs crescit statim superbia, luxus, otium, ira, inuidia, luxuria; sed cũ agricolæ hęc mala in spinis suis sentiunt, amputant, & exurunt: Ita & Deus facit. cum enim diuites diuitias suas, non, vt æquũ est, impendunt: videlicet non tam ad proximorum subsidia, quam damna; præscindit eos de mundo, ac inijcit in ignem æternum.

Hom. 55. ad pop. Antioc.
Diuitum incõmoda.
1.
Luc. 12. 18.
2.
Luc. 12. 15.
1. Tim. 6. 17.
3.
Luc. 12. 19.
Diuitiæ quando nõ noceant.
Psal. 61. 11.
Spinarum duæ conditiones.
1.
3. Reg. 21. 3.
Esth. 5. 13.
2.
Diuitiæ nidus vitiorum.

ternum, cum diuite epulone. ſicut & alteri aiebat diuiti. *Stulte, hac nocte tollent animam tuam à te, & quæ paraſti cuius erunt?* Optimum eſſet, ſi diuites notarent titulum, quem diuitijs apud Matthæum dat Dominus; vbi non ſimpliciter, *diuitias*, ſed, *fallatias diuitiarum* appellat: quia nihil aliud quam fallunt. *Primo*, enim ſuadent ſe magni quid eſſe, cum tamen nihil ſint, niſi in opinione hominum. Quid aurum, & argentum, quam terra quædam flaua, ac candida? S. Chryſoſtomus; ſine re, inania quædam dicit, eſſe nomina. *Secundo*, pollicentur quod non habent, pacem videlicet, ác tranquillitatem. Quo enim pecuniæ, eo & curæ abundant magis; quia quilibet eas quęrit. Etiamſi arculâ, multiſque ſeris concludas, rationem inueniēt elabendi, etiam cum capitis tui periculo. *Tertio*, ſæpe diuitibus cauſa ſunt damnationis. Sapiens dicit *Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris; Quis eſt hic, & laudabimus eum?* Innuens ipſorum raritatem. Etiam grauiora ait Chriſtus: facilius camelum tranſiturum *per foramen acus, quam diuitem introiturum in regnum cœlorũ.* Stulti igitur ſunt, qui ſpinas frumento præferunt, id eſt, temporalia ſpiritualibus, & Deo libentius pro corporis, quam pro animæ beneficijs gratias agunt, pro bonis inſpirationibus, remiſſione peccatorum, Sacramentis, Dei verbo, charitate, & gratia, promiſſionibus regni cœlorum &c. At multo ex æternæ ſapientiæ conſilio agunt prudentius, qui ſpinas illas amputant, vt agrum habeant plane liberum, id eſt, omnia abijciunt, vt Chriſtum lucrifaciant, ac ſtringant; facilius enim in paupertate, quam in opibus inuenitur.

Luc. 16. 19. *Luc. 12. 20.* *Matt. 13. 22.* Diuitiarũ titulus. 1. *Hom. 41. in Matt.* 2. 3. *Eccl. 31. 8.* *Matt. 19. 24.* *Matt. 19. 29.*

Tertiæ ſpinæ ſunt *voluptates*: quæ diuitias ſolent conſequi, ac ſupra modum hominum pungunt conſcientiam: & cum voluptates ex diuerſis trahantur, inquit S. Marcus *& circa reliqua concupiſcentiæ.* Eſt. n. ibi *imprimis*: cupiditas honoris. i. ambitio, q̃ S. Ioann. appellat *ſuperbiã vitæ.* Hæc pungit; tum, quia hominē facit impatientē, & ſollicitũ, quomodo, quæ quærit, accipiat: cogit ipſum ad abiectiones, obſequiaq; humillima, adulationeſq; eorum à quibus dignitates expectat, ad increpationes etiam ſufferendas: tum, quia alij honorem ipſi inuidēt, ac ſtudent iuteruertere. Ita Abner à Ioab occiſus eſt timente vt ſibi à Rege præferretur.

Tertiæ ſpinæ. *Marc. 4. 19.* Voluptates variæ. 1. *1. Ioan. 2. 16.* *2. Reg. 3.*

Deinde

2. Concupiscentia gulæ pungit. *Deinde* Concupiscentia ciborum, & potuum, gulæq; atque hæ vehementer pungunt. *Primo*, quia obscurant intellectū, & *grauāt cor:* vt recte monet Christus, *videte ne corda vestra grauentur crapula, & ebrietate.* Obscuratio enim intellectus, gulæ filia

1. Luc. 21. 34.

est. *Secundo*, quia ob pecuniarū, quibus vxor cū liberis aleretur,

2.

dispendia, iurgia generat in familia. Paupertas eis dura pūctio

3.

est. *Tertio*, ob morbos, ac corporis, quæ gulam consequuntur,

a 1. Reg. 25. 36

infirmitates: imo vita etiam ipsa minuitur, vt in Nabal,[a] &

b Iudit. 13. 20.

Holoferne[b] clarum est. *Tertio*: luxuria. quæ alta ferit vulnera. *Primo*: conscientiæ remorsum, reliquis peccatis maiorem. *Secundo*: confusionem, quæ tanta nonnunquam est, vt in confessione aperire non audeant: nullum enim peccatum plus habet verecundiæ. *Tertio* ignominiam, & dedecus, cum proditur ac innotescit. *Quarto* immundos morbos. *Quinto* mentis cæcitatem, quasi interiores oculi effossi essent, cæcitas enim (vt inquit Gregor.) luxuriæ filia est.

Tertia voluptas carnis pungit.

Lib. 31. Mor. c. 31

Hæ tres sunt terræ species, quæ fructum plenum non adferunt, contra satoris mentem, qui ex omnibus perfectos fructus desiderat. Summa inter frugum ac verbi Dei satorem est diuersitas. Ille enim nunquam inter petras, spinas, aut in via sciens, volensque proijcit: hic autem sæpe etiam, ac libens, id est, concionatur inter eos, qui lapidum, viæ ac spinarum nomine notantur; vt illi diuina mediante gratia, quæ verbum iuuat, conuertantur, ac bona terra fiant, quod corporali semente non efficitur. Quare ne omittas audire verbum Dei, qualiscunq; sis: magna enim in eo latet vis. Etiamsi nec capias, nec retineas omnia, adhærescit saltem aliquid: sicut cum eluis manus, aliquid inspersi humoris adhæret, donec sicces. Vnum aut alterum seruas, qui postea prosit, articulum. Quamuis non emolliaris, ac compungaris statim, dispositionem tamen ad illa accipis ex sermone quolibet. Sicut enim quæ decidit aqua, paulatim ad cauitatem saxa disponit, ac tandem perforat, ita & Dei verbum tanto te alterat magis, quanto aqua potentius est. Dauid dicit esse *ignitum vehementer*, & ideo admodum est efficax. Aliquid tamen semper age, vt Dei verbum bene accipias; ora vt te per verbum suum immutet, quo ex nihilo cœlum, & terram in principio creauit.

Differentia inter satorē corporalē & spiritalē.

Psal. 118. 40.

Multo

Multo enim minus est ex malo bonum te facere, quam cœlum,& terram,ex nihilo creare.

Vocula *euntes* notanda est. Innuere enim ea vult Christus quid cogitandum sit ijs,qui intra se spinas habent:persuadent enim multa sibi hic restare tempora, nec adhuc de fine cogitandum, atque ideo admodum solliciti sunt de corradendis diuitijs,ac conseruandis partis, voluntantur secure in voluptatibus. Christus dicit eos *ire*, q. d. quid ita terrenis incubatis,non videtis,quomodo vt viatores,ac peregrini, pertranseatis ad finem non multum distantem : Quorsum autum, quod hic relinquendum est;egrediendum nudis? quæ parasti cuius erunt ? quomodo adeo audacter in sensuum pastu delectamini,quibus Deus offenditur,cum quotidie ad iudicem districtum properetis,qui videt,& vindicat omnia. Cogitate vos non habere hic manentem ciuitatem,sed ad vitam festinare alteram. *Euntes.quid notet.*

XVII. *Quod autem in terram bonam,hi sunt;qui in corde bono,& optimo, audientes verbum retinent,& fructum adferunt in patientia* . Hæc quarta terra est,quæ sola bonos,ac perfectos fructus profert. Quę quamuis in corporalibus agris frequentior sit,ac copiosior(non enim multum loci capiunt spinæ,petræ,viæ) in spirituali tamen Ecclesiæ agro,rarior est,ac parcior. Christus triennio concionatus est, multaque ipsum sequebantur millia. sed admodum rari bonos pariebant fructus. Cum de Vener. Sacramento ageret, deserebatur ab omnibus, exceptis solis duodecim Apostolis,Inter quos, & Iudas, qui nec ipsum in corde diligebat,nec credebat ei:Atque inter illos duodecim, nemo passionis tempore,plena ipsi fide adhæsit.Optabile esset,si quarta semper auditorij pars, fructus proferret bonos. imo vtinam in singulis concionibus, vel vnus, ex corde conuerteretur. De terra hac tam apud hūc, quam apud alios Euangelistas,quatuor enuntiat Christus.*Primum*,quod sit *cor bonum*,ac *optimum*.Ex nobis cor nostrum *prauum est*, peruersum, *& inscrutabile*,vt inquit Ieremias.sed Dei verbum mutat illud in bonum,& optimum. Quo non significantur omnes, qui electi sunt,& filij Dei; multi enim ex illis, nonnunquam laxa sunt,viæ,spinæ,qui antiquum seruant, nec fiunt meliores, ac

Quarta terra. *Raritas bonorum.* *Ioan.6.66.* *Quatuor terræ huic attributa.* *Ierem.17.9.*

Bona terra etiam peccatores. perfectiores, quamuis multa in concionibus de vitæ perfectione audiant. Et qui in peccato mortali sunt, bona etiam terra dici possunt, quando Dei verbum cum Matthæo, Zachæo, publicanis, ac Magdalena peccatrice capiunt. Ad bonam terram requiritur.

Requisita bonæ terræ. 1. *Primo*, vt terra sit, non lapides, id est, ne ex certa peccent malitia, contra propriam conscientiam, vt solent hæretici. Quemadmodum enim superne decidens telum in petram, resilit inconcusso lapide: ita nec hi Dei verbum apprehendunt.

2. *Secundo*, vt dura non sit, id est, cor molle sit, ac apertum, libenter audiens, & sibi applicans, quę dicuntur, & sedulo recogitans. Dicimus sæpe, bono corde sum: interim illud molle satis non est; sicut apparet, si quis incipiat perscrutari, id est, ea proponere, quæ sensibus displicent. *Bonum* cor, Dei verba suscipit, sed *optimum* cor, statim suscipit. *Bonum* cor, mouetur ad peccata relinquenda, *optimum*, ad perfectissima sectanda. *Bonum* cor, mouetur timore gehennæ, *optimum*, cor diuina charitate.

2. attributū terræ. Fructuū requisita. *Secundum* est apud S. Marcum, quod bona hæc terra fructum proferat *ascendentem, & crescentem*.

1. Fructus *primo* debet ascendere, & non, sicut cucumeres frigidi, repere per terram, id est, in vitæ emendatione, quam Dei verbo concipimus, nihil intendemus terrenum, ac temporale, sed solam maiorem Dei gloriam, ac salutem nostram. Qui monasterijs se dant, spe vitæ commodioris, qui matrimonia fugiunt timore molestiarum, ac sollicitudinum, & tribulationum; qui spe lucri temporalis, Euangelizant, &c. bona quidem, sed non bene faciunt, similes Simoni Mago, qui Christian⁹ effectus est, vt miracula operaretur, & Capharnaitis, qui Christum sequebantur, vt manducarent de panibus. Oēs hi fructus nō ascendūt in cęlū, atq; in terra manēt. (Act. 8.19. Ioan. 6.26.)

2. *Secūdo*, crescere debent. Quando enim boni aliquid facis, eo cōtentus, non sollicitus de vlteriori progressu, subsistis, & non crescis. Sufficere tibi videtur, quod singulis septimanis confitearis, & communices, quod viuas in monasterio, ac preces nōnullas recites &c. nec recogitas passiones animi, quas quotidie deberes frangere. Teipsum decipis: quando enim non laboras progredi, regrederis: si non crescis, cōtraheris. S. Paulus in omnibus pene epistolis suis, hortatur nos ad progressū (1. Cor. 9.24.)

in virtutibus, imo & ad *cursum*, vt citius ad perfectionem veniamus. quo .n. plures præcurrimus, eo plures præcedétes cernimus, qui præcurrendi restant, quoque in virtutibus magis proficimus, eo clarius, quantum adhuc nobis desit, cernimus. sicut docti facilius vident ea quæ sciunt, vix minimam eorum partem esse quæ ignorant. *Tertium*, ꝙ terra fructus proferat *in patientia*. Sicut enim arari, coliq; debet terra, ac rigari pluuijs, gelu, vento, æstu, alterari, ac omnes cœli tempestates, procellasque sustinere: ita & pij, qui Dei verbum opere implere volunt, tribulationes multas perferre. B. Apostolus ait, *per multas tribulationes in regnum cœlorum introiri*: nulla enim illuc via ducit, nisi crucis. Cum S. Ioannes maximam eorum videret multitudinem, qui saluati erant ex gentibus; dixit ipsi Angelus; *Hi ex magna tribulatione venerunt*. Non omnes erant martyres, multasque alias fecerant virtutes: illas tamen subticens, solum commemorat tribulationes; quia illæ generaliores sunt, & parcunt nemini: ne miremur aduersa plurima euenire iustis. Nota: grana in petras decidentia, eodem æstu solis exuri, quo in terram bonam cadentia, crescunt vberius. tribulationes .n. quæ infirmos scandalizant, ac frangunt, iustos probant, ac roborant: vt Iob: Dauidem, Thobiam sanctosq; Martyres. De se dicebat B. Paulus: *Cum infirmor tunc potens sum, virtus enim in infirmitate perficitur*. Iob, & Tobias nó essent tam lucida virtutum specula, nisi tanta fuissent passi. Gelu necat intecta, ac vermiculos, calor frumenta germinare facit, venti in terram solidant: ita & inferni timor, peccata, & vitia extinguit, charitatis æstus auget merita, venti persecutionum nos in fide roborant: sed vt tribulationes prosint, libenti animo accipiendæ sunt: nisi enim terra imbres bibat, non proderunt seminibus; & nisi medicina corpus peruadat, non prodest ad sanitatem: ita si abijciamus impatientet tribulationes, nihil nobis proderunt. Sanctus Iob suscepit eas animo grato dicens: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum*: Maxima sunt tribulationum commoda, eaque plurima: ideoque desiderandæ magis, quam timendæ sunt: easque, si Deus nullas immittat, quærere oporteret. Similis esto sutoribus, qui variarum formarum calceos

3. attributũ terræ.

Act. 14. 22.

Apoc. 7. 14.

Tribulatio vtilis iustis.

Iob. 1. 22.

2. Cor. 12. 10.

parant, vt eos tempore diuendant intermedio,
ſpecialiter non occupantur. Deus tribulationes
remunerabit, ſiue ille eas tibi immittat, ſiue ſpon
mas: merces enim illæ in cœlo, quia admodum ra
4 attributũ. dum etiam caræ ſunt. *Quartum*, Quod terra bona
de fructus faciat, trigeſimum, ſexageſimum, ac cen
Fructuum inæqualitas vnde. Hoc non ſeminis vitio, quod eiuſdem generis eſt,
diuerſitate accidit, ac cœleſtium influentiarum. T
quæ melior eſt, ac pinguior, magis pluuijs, ac ſolar
fæcundata, vberiores, melioreſque fructus facit. Id
accidit: qui ſe precibus, meditationibus, mort
buſque diſponunt melius, atque ideo diuina aux
Quid numeri fructus. melius, copioſiores fructus ferunt ex Dei verbo. N
triginta, ſexaginta, & centum; diuerſimode à doct
Lib. 1. cõtra Iouinianum. tur. optime tamen B. Hieronymus; ac poſt illum B
derunt: vt nimirum, trigeſimus, ſit coniugatorum;
mus, viduarum; centeſimus, virginum: eadem enim
ne quidam ad matrimonia inuitantur, vt ibi Chriſti
tam in timore Domini viuant: alij ad vidualem cõti
Trigeſim⁹. quam Deo offerunt: alij ad vota virginitatis. *Trigeſim*
gatorum eſt: tum, quia triginta annorum ætas certa
Lib. 1. quæſtionum Euangel. c. 9. eſt aptiſſima, ferendiſque laboribus (inquit Auguſt
illum ſtatum abundantius, quam alios, cõnſequunt
quia coniuges ſincera fide ſolent eſſe contenti, quæ
& decalogi obſeruatione abſoluitur: difficulter enim
Sexageſimus. fectionem perueniunt. *Sexageſimus*, viduarum; quia
(inquit S. Auguſtinus) quietis eſt: tempus enim tum eſt
lectetur homo in fructu operum ſuorum. Hoc viduar
quæ poſt graues Matrimonij labores, in Chriſto debe
quieſcere, ac meditationibus, precibuſque ſe dare, re
tes huius vitæ nequitias, & futuræ æternitatem, quo co
1. Tim. 5. 9. iam præceſſit. Hinc in primitiua Eccleſia ſexagenariç a
Centeſim⁹. tur viduæ. *Centenarius*, virginum eſt. Ille enim ſtatus per
ſimus eſt, ſupra quem, ſicut nec ſupra centum, nõn aſc
Fructus diuerſi hic. tur; niſi repetendo, geminandoque numeros priores. I
ſtatus, fructus hos diuerſos faciunt, partim, in hac, parti
altera vita. In hac vita; fructus verbi æſtimatur, iuxta o
tion

tionem seminis. Sicut enim sementis opus est, alia semina generare: ita & opus diuini verbi est, hominem spiritualem facere & à malo auertere. Hoc tribus modis fit. *Primo*, abstinendo à carnis voluptatibus illicitis, sicut se coniugati continent. *Secundo*, abstinendo in futurum ab omni carnali copula, vt viduæ faciunt. *Tertio*, seruando virginitatē illibatam. Coniugati spirituales sunt: quia spiritu Dei mandata eius custodiunt, & in carne non peccant: viduæ, quia se in continentia solo Deo occupant: virgines quia Angelicam degunt puritatem. Semen fructificat.

Quantum ad vitam futuram, quæ etiam huius seminis fructus est; de quo S. Paulus *habetis fructum vestrum sanctificationem, finem vero vitam æternā*. certū est, pręmia fore diuersa. Cōiugati illic habent *trigesimum*, id est, plenam Trinitatis mercedem, viduæ præmium habent duplicatum: tum, quia præter suum non cognouerunt alium: tum, quia post primum noluerunt secundum. Virgines numerum habent perfectissimum, & sunt cum Christo in summo. Notandū viduarum præmium, excedere tricenario præmia coniugatorum: virginum autem quadragenario præmia viduarum. *Primo*, quia viduæ, coniugatis in quibusdam conueniunt: quod vtrique scilicet virginitate careant, carnis actus experti sint, &c. Virgines autem in castitate integrę, perfectæque sunt: ideo illis numerus integer, & perfectus competit centenarius. *Secundo*, quia coniugati & viduæ fructum tantum habent, iuxta castitatem status sui. Coniuges triginta, viduæ triginta amplius, id est sexaginta: virgines autem præter additamentum aliorum triginta, vnde nonaginta conficerentur, accipiunt insuper denarium, *aureolam* videlicet. quia in carnis certamine nunquam ceciderunt.

Fructus diuersi in alia vita. Rom. 6. 22.

Differentia excessus præmiorū.

Aureola Virginum.

Disce ex hoc Euangelio. *Primo*, Christum seminantem esse, nec tam ex hominis, quā ex Dei ore audire conciones. *Secundo*, non accedere ad concionem animo imparato, quasi ad declamatiunculam, aut schenam: sed prius te, tanquam ad Dei verba, præpara. *Tertio*, in concione cum omni reuerentia attende, cum desiderio, non audiendi tantum, ac retinendi; sed & opere perficiendi audita. *Quarto*, post concionē te recollige, ac consideres quæ seruiant tibi; eaque domi inter

Documenta quędam.

 tuos

tuos referas, & per hebdomadam rumines, vt in agnitione diuinæ voluntatis proficias, ac Dei verbum opere compleas.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, æternum Dei Patris Verbum, ac Sapientia, qui ab initio mundi, non cessas teipsum cordibus nostris inserere, tuiq; agnitionem, ac charitatem communicare, rogamus te, perfice Ecclesiam diuino verbo tuo, ac fide. Da nobis doctos piosq; magistros, qui charitate tua inflammati, sincera tua doctrina, omnes erudiant. Da illis zelum magnum lucrandi animas, conuertendi peccatores, vt nihil nisi gloriam tuam quærentes, ac proximorum salutem, copiosos tibi fructus referant. Adsis nobis, qui auditores verbi tui esse volumus, apta nos ad eius susceptionem, corda nostra emolli, animas purga, omnia aufer à nobis vitia, vt verbum tuum nulla inueniat impedimenta, da nobis gratiam, vt secundum doctrinam tuam viuamus, fructusq; faciamus copiosissimos: Et quoniam hodie pseudoprophetæ inualuerunt super terram, qui verbum tuum mutilant, & prauis glossematis adulterant, oramus te, vt eos ad veritatis adducas cognitionem, aperi illis oculos, vt errores suos deserant; tange eorum corda, vt se conuertant: & voluntates eorum immuta, vt pertinaciam suam excutiant. Da nobis omnibus amplam tui notitiam, nec verbum tuum tollas à nobis: vt in omnibus voluntatem tuam agnoscentes, semper te ore, & opere, glorificemus, ac laudemus. Per te Iesu Christe, Fili Dei, qui cum Patre, & Spiritu sancto regnas, in æuum. Amen.

DOMI-

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

Euangelium Luc. 18.

N illo tempore: assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & omnia consummabuntur, quæ scripta sunt per prophetas, de Filio hominis: tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum; & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt; & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Ierichó, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset? Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem IESVS, iußit illum adduci ad se: Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Compendiosa Euangelij Exegesis.

Ioan. 11. CVM Lazarum à mortuis resuscitasset Dominus, eoque miraculo ad se plurimos conuertisset, Concilio Ierosolymæ inito concluserunt necem eius Iudæi, euntes in sententiam Cayphæ, non fore scilicet illicitum tollere è medio, ad mala maiora declinanda, insontem. Timebant enim, vt, si in viuis maneret Christus, Romani collecto exercitu, & vrbem excinderent Iudæorum, & gentem, quia censum dari Cæsari, tanquam terræ Domino, ipsis ante suaserat. Hoc iam inter Iudæos concluso, incumbebant captiuitati Christi, Principes Sacerdotum. Non ignorauit hæc Christus, ideoque cum discipulis trans Iordanem concessit, donec veniret tempus passioni eius, à Patre definitum. Non enim solummodo quid, sed quando, quidque in vita agere deberet, sciebat Saluator. Cum itaque hora ea aduenisset, assumptis iterum, Ierosolymam adijt, discipulis; quasi pro consuetudine festum Paschæ celebraturus: sed reuera passurus, & noui Testamenti Pascha nouiter consecraturus. Videbat trepidos ad hoc iter discipulos, non magistri tantum, verum & sui capitis periculo. Quorum nō ignarus fortiter præcessit, & Mar. 10. 32. exemplum ipsis daturus, & contemptus mortis experimentum; nobis autem charitatem declaratus immensam, quæ ipsum ad mortem alacriter agebat, vt & nos non grauati, pro nomine eius, grauiuscula pateremur. Cernentes discipuli animi promptitudinem, nec formidari locum supplicia venturo preparan-

parantem, ſtupentes, ardenteſque ſecuti ſunt, non deſerentes, eum propter charitatem, nec abijcientes timorem ob humanam infirmitatem. Cumq; iam irent Ieroſolymam, ſequebantur eum, vt ſolebant turbæ multæ. Sed ſeorſim diſcipulos auocauit Chriſtus, non volens omnibus ſecreta hæc innoteſcere, ne mors eius impediretur: quod accidere potuiſſet, per peregrinos qui defendendi eius cauſſa, ex regionibus trans Iordanem, confluere potuiſſent. Duodecim tantum hæc aperire voluit diſcipulis, tum, quod in fide, ac charitate eſſent fundatiores, nec tam facile, ac reliqui ſcandalizarentur: Tum, quod illi primi futuri erant teſtes non paſſionis tantum, ſed & voluntariæ, ſpontaneæque paſſionis eius, iam præſcij futurorum omnium, & libere ſtudioſeque ad mortem ſe componentis. Secretum hoc de paſſione, ac morte erat, de quibus iam bis cum illis egerat, ſed nimis generaliter. Hic iam clarius, & particularia magis indicat. Ecce poſtremum iam aſcendimus Ieroſolymam, vt ibi impleamus omnia, quæ de filio hominis locuti ſunt Prophetæ, de paſſione ſcilicet, ac morte eius; vt diſcerent ante tot ſęcula pręnuntiatæ paſſionis neceſſitatem, Dein modum, ordinemque paſſionis enarrat. *Primo*, Principibus Sacerdotū, & Scribis, ac Senioribus Iudæorum tradetur: impletum hoc à Iuda in horto, quo Principes, cum Iuda accurrerant. Non nominat Iudam, partim, quia is tum necdum Iudæ animus; partim, quod proditoris manifeſtationem in vltimam reſeruaret cœnam, ne ab vllo obſeruaretur curioſius, & ab opere ſuo impediretur. *Secundo*, Condemnabunt (inquit) eum morte: Quod in Caiphæ domo factum eſt, cum

Matt.20.17.

Matt.16. & 17.

clamarent *reus est mortis*. *Tertio*, Tradetur ab his Iudæis Gentibus; Pilato nimirum, ac militibus eiu flagelletur, illudatur, crucifigatur, ac occidatur. V de non crucem tantum, sed flagellationem Chri procurasse videntur Iudæi, quæ crucifixionem d de more Romanorum præcedebat, & coronam sp neam, & purpureæ vestis ludificationes, ac arundin vt ita omnem ipsi adimerent honorem, famamqu penitus ludicra abolerent infamia. *Quarto*, Vbi hę (inquit) fuerint per Gentiles impleta, tertia die resu gā, vt fidem eorum consolaretur ac solidaret: Cu .n. ea cernerent euenire in passione omnia, quę an prædixerat futura, omnino etiam resurrecturum e se credere debuerunt, cum & hoc, sicut cætera, pra dixisset: ac cum resurrexisse cenerent, dubitare m nime debuerunt. Sed non intellexerunt sermone hunc discipuli. Verba clara erant: nec habeba ambiguitatem: sed non capiebant, quomod tam indignam mortem sustineret Christus, qui v nerat populum liberare. Non intelligebant myst rium Crucis, quod scilicet cum diabolo patiens ce taret Christus, ac moriens frangeret eundem, a superaret, sanguinemque fundens lytrum nostru persolueret. Iesus itaque cum in via esset versus Ier cho, sedebat cæcus quidam secus eam, vt stipem p teret à transeuntibus, iuxta pauperum consuetud nem: vias ciuitatibus vicinas obsidentium: nec ho quidem sine Dei ordinatione, ne Christo vsquam ostendendæ bonitatis materia deesset, domi, fori in vrbe, in agro, ad instructionem nostram. Cæc strepitum audiens prætereuntium, quæsiuit, qui hoc esset: libenter enim cæci audiunt, quæ non v dent.

dent. Dicebatur ipsi, illac transire Iesus Nazarenus. Quod audiens cessabat flagitare eleemosynas, statimque intentionem conuertit ad Christum, ac ignorans vtrum prope abesset, clamabat voce magna, *Iesu fily David miserere mei.* Efficax erat ista oratio, & magnæ fidei indiciũ. Nam filium Dauid vocans, agnoscebat naturam eius humanam; & obsecrans misericordiam, insinuabat etiam diuinam, *cui propriũ & misereri, & parcere.* Verum credens Christum verum esse Messiam, filium etiam Dei credebat eum, vt vaticinati erant Prophetæ, & Doctores Synagogę populum instruebant. Qui pręcedebant imperabant ei silentium, opinantes hominem Christo pauperi, & eleemosynas non habenti fore molestum. At cæcus sciens quid ageret, eo clamabat fortius: *Fili Dauid miserere mei.* hominum obloquia negligens. Veniens ad cæci locum Dominus, clamoresque eius audiens, constitit, ac iussit ad se adduci, vt hac etiam ratione, cæcitas eius omnibus probaretur. Quæsiuit Christus quid vellet: nõ quod optata eius ignoraret, sed vt maleuolis cauillandi ansam eriperet, qui mẽtitam calumniari poterant cæcitatem, ad quæstum, vberioresq; eleemosynas: nec tã visum ab ipso quæri, quam nummum, quę res alioqui non infrequens. Respondit magna fide, ac fiducia cæcus, breuiter: *Domine vt videam*, id est, aliam à te eleemosynam quam lumen oculorũ, non postulo Quãuis.n. bonorum hominũ factas in se collationes pauperib⁹ impertiri consuesceт Saluator, nihil tamen ab ipso tale exigebat cæcus. Respondit ei ad voluntatẽ Iesus, *Respice, fides tua te saluũ fecit.* Dicẽs: *Respice:* Diuinam in se ostendit potentiam, addens, *fides tua te saluum*

fecit

fecit: virtutem innuit fidei, qua sanitatem hanc aliquomodo cæcus merebatur. Quamuis enim per potentiam, benignitatēq; suam opituletur nobis Dominus, collaborandū interim est nobis, vt sanemur. Hic Christi verbis restitut⁹ est ilico integer cęco visus cęcitatemq; simul, & mendicitatem abiecit: verum vt clamando fidei, ac constantiæ suæ antea documenta dederat, ita modo gratitudinis. Sequebatur enim eum, gratias agens pro beneficijs: quin & populum ad eadem excitabat. Quare & omnes qui viderunt miraculum, hoc, laudem dederunt Deo, quod *& nos facere conuenit*, quoties magnalia eius cernimus.

Documenta Concionis in Dominicam Quinquagesimæ.

I. Tertia mūdi ętas. *Gen. 12. 2.* ASSVMSIT *Iesus duodecim, & ait illis.* Tertiam mundi ætatem hæc Dominica significat, qua se iuniores dare solent amoribus. Itaque in officio Diuino, Abrahami historiam nobis proponit Ecclesia, cui magnam ostendit charitatem Dominus, cum è patria ipsum euocauit, futurum cum posteris peculium Domini. Exhibuit & Abraham non mediocrem charitatem Domino, offerens ei filium suum vnicum. (*Gen. 22. 9.* *1. Cor. 13.*) Seruit etiam huc hodierna Epistola, pulchra habens dilectionis documenta; vt Euangelium quo nobis Christi passio exponitur, nostri amore, nostræque cęcitatis illuminādę caussa suscepta: vt sic nos ad se raperet, vt cæcum illum quem curauit. Habet enim hoc Euangelium partes duas, admodum bene copulatas. (Partes Euāgelij duæ.) *Prior* enim Christi passionem, ac tormenta: medicinas vtique morborum nostrorum continet, (I.) quale fel piscis, Tobiæ oculis. (*Tob. 11. 15.*) *Altera* curationem habet cæci, (2.) id est applicationem medicamentorum; sicut Tobias iunior

fel

fel piscis paternis oculis illeuit. Solet his diebus insanire mũdus, & in omnes effundi petulantias, vt sic quasi cum iucunditate, & refectionibus, ad tristes quadragesimæ, pęnitentias se præparent: at reuera vt sui amorem testentur, carnemque pascant, quam diligunt. Contristat enim mundanos quadragesima, quibus adeo dura ac ingrata obuenit, vt abierit in prouerbium, si cuius nobis onerosa est præsentia. Eccum, *venit, ita expectatus vt prima lux quadragesimæ.* Certe flaccidi in Deum amoris indicium est, tanta voluptatum seculi captatio, tã molesta ab ijs auulsio, ollis carnium, quam diu licet, adhærescimus ad mediam vsque noctem, qua prima quadragesimæ incipit dies: adeo vt Bacchanalia, & carnicenia nos deserant prius, quam nos ipsa. Est tamen quadragesima anni tempestas commodissima, tum, vt Concionibus, quæ tum quotidianę sunt instruamur, tum, vt abstinentia carnis incentiua domentur, & pauperum sufficiat subuentioni, quod nostro subtrahitur ventri: de S. Leonis Papæ consilio, ac expeditiores simus ad diuina, stomacho minus grauato, sicut melius sonãt tympana inania, ac tensa fortius. Tempus est quo commodissime tria Christi auscultare possumus consilia. Primum, *Quærite & inuenietis.* Secundum. *Petite & accipietis.* Tertium, *Pulsate & aperietur vobis.* Quæritur, per eleemosynas, petitur, per orationes, pulsatur, per ieiunia. Ita inuenitur Dei gratia pauperum auxilijs, impetratur precibus: intratur per angustam cælorum portam, cum ieiunijs corpusculum extenuatum est. Ac idcirco non conuenit ad sancta hæc tempora, per excessus, & leuitates mundanas disponi: sicuti quos foco admoturi sumus lignorũ fasces, aqua prius non tingimus. Sed meditatione passionis Dominicę ante quadragesimã pręparandus est animus, vt charitate eius accensi, ardenti studio quadragesimę labores capessamus. Non prohibetur ante quadragesimam honesta recreatio, sed *secundum faciem sanctorum* (vt scriptura loquitur) id est, vt Christianos decet, vt scilicet nos ad futura roboremus opera, sicut ante sua alij solent operarij: sed cauenda est hic excessio, & Deo inimica leuitas, ac in omni hilaritate proponendus ob oculos Deus, ac acerba Christi passio, ne nimiũ relaxemur. Hæc ratio est cur Christi passiionem nobis hodie Ecclesia ingerat.

Mundi his diebus vanitas.

Quadragesimę commoditas.

Serm. 5. & 6. de 40. martyr.

Consilia Christi. *Luc. 11. 9.*

Iudith. 16. 24

In

parant, vt eos tempore diuendant intermedio, quo ab alijs specialiter non occupantur. Deus tribulationes tuas copiose remunerabit, siue ille eas tibi immittat, siue sponte eas assumas: merces enim illæ in cœlo, quia admodum raræ, admodum etiam caræ sunt. *Quartum*, Quod terra bona diuersimode fructus faciat, trigesimum, sexagesimum, ac centesimum. Hoc non seminis vitio, quod eiusdem generis est, sed terræ diuersitate accidit, ac cœlestium influentiarum. Terra enim quæ melior est, ac pinguior, magis pluuijs, ac solaribus radijs fæcundata, vberiores, melioresque fructus facit. Idē & nobis accidit: qui se precibus, meditationibus, mortificationibusque disponunt melius, atque ideo diuina auxilia sentiūt melius, copiosiores fructus ferunt ex Dei verbo. Numeri hi, triginta, sexaginta, & centum; diuersimode à doctis exponūtur. optime tamen B. Hieronymus; ac post illum Beda reddiderunt: vt nimirum, trigesimus, sit coniugatorum; sexagesimus, viduarum; centesimus, virginum: eadem enim concione quidam ad matrimonia inuitantur, vt ibi Christianam vitam in timore Domini viuant: alij ad vidualem cōtinentiam, quam Deo offerunt: alij ad vota virginitatis. *Trigesimus*, coniugatorum est: tum, quia triginta annorum ætas certaminibus est aptissima, ferendisque laboribus (inquit Augustinus) qui illum statum abundantius, quam alios, consequuntur: tum, quia coniuges sincera fide solent esse contenti, quæ trinitate, & decalogi obseruatione absoluitur: difficulter enim ad perfectionem perueniunt. *Sexagesimus*, viduarum; quia ætas illa (inquit S. Augustinus) quietis est: tempus enim tum est, vt delectetur homo in fructu operum suorum. Hoc viduarum est, quæ post graues Matrimonij labores, in Christo debent conquiescere, ac meditationibus, precibusque se dare, recogitātes huius vitæ nequitias, & futuræ æternitatem, quo coniunx iam præcessit. Hinc in primitiua Ecclesia sexagenariæ alebantur viduæ. *Centenarius*, virginum est. Ille enim status perfectissimus est, supra quem, sicut nec supra centum, nōn ascenditur; nisi repetendo, geminandoque numeros priores. Hi tres status, fructus hos diuersos faciunt, partim, in hac, partim, in altera vita. In hac vita; fructus verbi æstimatur, iuxta opera-

tionem

[Margin notes: 4. attributū. — Fructuum inæqualitas vnde. — Quid numeri fructus. — *Lib. 1. cōtra Iouinianum.* — Trigesim⁹. — *Lib. 1. quæstionum Euangel. c. 9.* — Sexagesimus. — 1. Tim. 5. 9. — Centesim⁹. — Fructus diuersi hic.]

tionem seminis. Sicut enim sementis opus est, alia semina generare: ita & opus diuini verbi est, hominem spiritualem facere & à malo auertere. Hoc tribus modis fit. *Primo*, abstinendo à carnis voluptatibus illicitis, sicut se coniugati continent. *Secundo*, abstinendo in futurum ab omni carnali copula, vt viduæ faciunt. *Tertio*, seruando virginitatẽ illibatam. Coniugati spirituales sunt: quia spiritu Dei mandata eius custodiunt, & in carne non peccant: viduæ, quia se in continentia solo Deo occupant: virgines quia Angelicam degunt puritatem.

Semen fructificat.

Quantum ad vitam futuram, quæ etiam huius seminis fructus est; de quo S. Paulus *habetis fructum vestrum sanctificationem, finem vero vitam æternã*. certũ est, pręmia fore diuersa. Cõiugati illic habent *trigesimum*, id est, plenam Trinitatis mercedem, viduæ præmium habent duplicatum: tum, quia præter suum non cognouerunt alium: tum, quia post primum noluerunt secundum. Virgines numerum habent perfectissimum, & sunt cum Christo in summo. Notandũ viduarum præmium, excedere tricenario præmia coniugatorum: virginum autem quadragenario præmia viduarum. *Primo*, quia viduæ, coniugatis in quibusdam conueniunt: quod vtrique scilicet virginitate careant, carnis actus experti sint, &c. Virgines autem in castitate integrę, perfectæque sunt: ideo illis numerus integer, & perfectus competit centenarius. *Secundo*, quia coniugati & viduæ fructum tantum habent, iuxta castitatem status sui. Coniuges triginta, viduæ triginta amplius, id est sexaginta: virgines autem præter additamentum aliorum triginta, vnde nonaginta conficerentur, accipiunt insuper denarium, *aureolam* videlicet. quia in carnis certamine nunquam ceciderunt.

Fructus diuersi in alia vita.
Rom. 6. 22.
Differentia excessus præmiorũ.
Aureola Virginum.

Disce ex hoc Euangelio. *Primo*, Christum seminantem esse, nec tam ex hominis, quã ex Dei ore audire conciones. *Secundo*, non accedere ad concionem animo imparato, quasi ad declamatiunculam, aut schenam: sed prius te, tanquam ad Dei verba, præpara. *Tertio*, in concione cum omni reuerentia attende, cum desiderio, non audiendi tantum, ac retinendi; sed & opere perficiendi audita. *Quarto*, post concionẽ te recollige, ac consideres quæ seruiant tibi; eaque domi inter

Documenta quędam.

 tuos

tuos referas, & per hebdomadam rumines, vt in agnitione diuinæ voluntatis proficias, ac Dei verbum opere compleas.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, æternum Dei Patris Verbum, ac Sapientia, qui ab initio mundi, non cessas teipsum cordibus nostris inserere, tuiq; agnitionem, ac charitatem communicare, rogamus te, perfice Ecclesiam diuino verbo tuo, ac fide. Da nobis doctos piosq; magistros, qui charitate tua inflammati, sincera tua doctrina, omnes erudiant. Da illis zelum magnum lucrandi animas, conuertendi peccatores, vt nihil nisi gloriam tuam quærentes, ac proximorum salutem, copiosos tibi fructus referant. Adsis nobis, qui auditores verbi tui esse volumus, apta nos ad eius susceptionem, corda nostra emolli, animas purga, omnia aufer à nobis vitia, vt verbum tuum nulla inueniat impedimenta, da nobis gratiam, vt secundum doctrinam tuam viuamus, fructusq; faciamus copiosissimos: Et quoniam hodie pseudoprophetæ inualuerunt super terram, qui verbum tuum mutilant, & prauis glossematis adulterant, oramus te, vt eos ad veritatis adducas cognitionem, aperi illis oculos, vt errores suos deserant; tange eorum corda, vt se conuertant: & voluntates eorum immuta, vt pertinaciam suam excutiant. Da nobis omnibus amplam tui notitiam, nec verbum tuum tollas à nobis: vt in omnibus voluntatem tuam agnoscentes, semper te ore, & opere, glorificemus, ac laudemus. Per te Iesu Christe, Fili Dei, qui cum Patre, & Spiritu sancto regnas, in æuum. Amen.

DOMI-

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

Euangelium Luc. 18.

N illo tempore: assumpsit Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & omnia consummabuntur, quæ scripta sunt per prophetas, de Filio hominis: tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum; & tertia die resurget Et ipsi nihil horum intellexerunt; & erat verbum istud absconditum ab eis: & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset? Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem IESVS, iussit illum adduci ad se: Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit; & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Compendiosa Euangelij Exegesis.

VM Lazarum à mortuis resuscitasset Dominus, eoque miraculo ad se plurimos conuertisset, Concilio Ierosolymæ inito concluserunt necem eius Iudæi, euntes in sententiam Cayphæ, non fore scilicet illicitum tollere è medio, ad mala maiora declinanda, insontem. Timebant enim, vt, si in viuis maneret Christus, Romani collecto exercitu, & vrbem excinderent Iudæorum, & gentem, quia censum dari Cæsari, tanquam terræ Domino, ipsis ante suaserat. Hoc iam inter Iudæos concluso, incumbebant captiuitati Christi, Principes Sacerdotum. Non ignorauit hæc Christus, ideoque cum discipulis trans Iordanem concessit, donec veniret tempus passioni eius, à Patre definitum. Non enim solummodo quid, sed quando, quidque in vita agere deberet, sciebat Saluator. Cum itaque hora ea aduenisset, assumptis iterum, Ierosolymam adijt, discipulis; quasi pro consuetudine festum Paschæ celebraturus: sed reuera passurus, & noui Testamenti Pascha nouiter consecraturus. Videbat trepidos ad hoc iter discipulos, non magistri tantum, verum & sui capitis periculo. Quorum nō ignarus fortiter præcessit, & exemplum ipsis daturus, & contemptus mortis experimentum; nobis autem charitatem declaratus immensam, quæ ipsum ad mortem alacriter agebat, vt & nos non grauati, pro nomine eius, grauiuscula pateremur. Cernentes discipuli animi promptitudinem, nec formidari locum supplicia venturo præparan-

Ioan. 11.

Mar. 10. 32.

parantem, stupentes, ardentesque secuti sunt, non deserentes, eum propter charitatem, nec abijcientes timorem ob humanam infirmitatem. Cumq; iam irent Ierosolymam, sequebantur eum, vt solebant turbæ multæ. Sed seorsim discipulos auocauit Christus, non volens omnibus secreta hæc innotescere, ne mors eius impediretur: quod accidere potuisset, per peregrinos qui defendendi eius caussa, ex regionibus trans Iordanem, confluere potuissent. Duodecim tantum hæc aperire voluit discipulis, tum, quod in fide, ac charitate essent fundatiores, nec tam facile, ac reliqui scandalizarentur: Tum, quod illi primi futuri erant testes non passionis tantum, sed & voluntariæ, spontaneæque passionis eius, iam præscij futurorum omnium, & libere studioseque ad mortem se componentis. Secretum hoc de passione, ac morte erat, de quibus iam bis cum illis egerat, sed nimis generaliter. Hic iam clarius, & particularia magis indicat. Ecce postremum iam ascendimus Ierosolymam, vt ibi impleamus omnia, quæ de filio hominis locuti sunt Prophetæ, de passione scilicet, ac morte eius; vt discerent ante tot secula prenuntiatæ passionis necessitatem, Dein modum, ordinemque passionis enarrat. *Primo*, Principibus Sacerdotũ, & Scribis, ac Senioribus Iudæorum tradetur: impletum hoc à Iuda in horto, quo Principes, cum Iuda accurrerant. Non nominat Iudam, partim, quia is tum necdum Iudæ animus; partim, quod proditoris manifestationem in vltimam reseruaret cœnam, ne ab vllo obseruaretur curiosius, & ab opere suo impediretur. *Secundo*, Condemnabunt (inquit) eum morte: Quod in Caiphæ domo factum est, cum

Matt.20.
Matt.16. & 17.

clamarent *reus est mortis. Tertio,* Tradetur ab hisce Iudæis Gentibus; Pilato nimirum, ac militibus eius, flagelletur, illudatur, crucifigatur, ac occidatur. Vnde non crucem tantum, sed flagellationem Christi procurasse videntur Iudæi, quæ crucifixionem de de more Romanorum præcedebat, & coronam spineam, & purpureæ vestis ludificationes, ac arundinē, vt ita omnem ipsi adimerent honorem, famamque penitus ludicra abolerent infamia. *Quarto,* Vbi hęc (inquit) fuerint per Gentiles impleta, tertia die resurgā, vt fidem eorum consolaretur ac solidaret: Cum .n. ea cernerent euenire in passione omnia, quę ante prædixerat futura, omnino etiam resurrecturum esse credere debuerunt, cum & hoc, sicut cætera, prædixisset: ac cum resurrexisse cenerent, dubitare minime debuerunt. Sed non intellexerunt sermonem hunc discipuli. Verba clara erant: nec habebant ambiguitatem: sed non capiebant, quomodo tam indignam mortem sustineret Christus, qui venerat populum liberare. Non intelligebant mysterium Crucis, quod scilicet cum diabolo patiens certaret Christus, ac moriens frangeret eundem, ac superaret, sanguinemque fundens lytrum nostrum persolueret. Iesus itaque cum in via esset versus Iericho, sedebat cæcus quidam secus eam, vt stipem peteret à transeuntibus, iuxta pauperum consuetudinem: vias ciuitatibus vicinas obsidentium: nec hoc quidem sine Dei ordinatione, ne Christo vsquam ostendendæ bonitatis materia deesset, domi, foris, in vrbe, in agro, ad instructionem nostram. Cæcus strepitum audiens prætereuntium, quæsiuit, quid hoc esset: libenter enim cæci audiunt, quæ non vident.

dent. Dicebatur ipsi, illac transire Iesus Nazarenus. Quod audiens cessabat flagitare eleemosynas, statimque intentionem conuertit ad Christum, ac ignorans vtrum prope abesset, clamabat voce magna, *Iesu fili Dauid miserere mei.* Efficax erat ista oratio, & magnæ fidei indiciū. Nam filium Dauid vocans, agnoscebat naturam eius humanam; & obsecrans misericordiam, insinuabat etiam diuinam, *cui propriū & misereri, & parcere.* Verum credens Christum verum esse Messiam, filium etiam Dei credebat eum, vt vaticinati erant Prophetæ, & Doctores Synagogę populum instruebant. Qui pręcedebant imperabant ei silentium, opinantes hominem Christo pauperi, & eleemosynas non habenti fore molestum. At cæcus sciens quid ageret, eo clamabat fortius: *Fili Dauid miserere mei.* hominum obloquia negligens. Veniens ad cæci locum Dominus, clamoresque eius audiens, constitit, ac iussit ad se adduci, vt hac etiam ratione, cæcitas eius omnibus probaretur. Quæsiuit Christus quid vellet: nō quod optata eius ignoraret, sed vt maleuolis cauillandi ansam eriperet, qui mētitam calumniari poterant cæcitatem, ad quæstum, vberioresq; eleemosynas: nec tā visum ab ipso quæri, quam nummum, quę res alioqui non infrequens. Respondit magna fide, ac fiducia cæcus, breuiter; *Domine vt videam*, id est, aliam à te eleemosynam quam lumen oculorū, non postulo. Quāuis.n. bonorum hominū factas in se collationes pauperib⁹ impertiri consuescet Saluator, nihil tamen ab ipso tale exigebat cæcus. Respondit ei ad voluntatē Iesus, *Respice, fides tua te saluū fecit.* Dicēs: *Respice:* Diuinam in se ostendit potentiam, addens, *fides tua te saluum*

fecit

ſel piſcis paternis oculis illeuit. Solet his diebus inſanire mũdus, & in omnes effundi petulantias, vt ſic quaſi cum iucunditate, & refectionibus, ad triſtes quadrageſimæ, pęnitentias ſe præparent: at reuera vt ſui amorem teſtentur, carnemque paſcant, quam diligunt. Contriſtat enim mundanos quadrageſima, quibus adeo dura ac ingrata obuenit, vt abierit in prouerbium, ſi cuius nobis oneroſa eſt præſentia. Eccum, *venit, ita expectatus vt prima lux quadrageſimæ.* Certe flaccidi in Deum amoris indicium eſt, tanta voluptatum ſeculi captatio, tã moleſta ab ijs auulſio, ollis carnium, quam diu licet, adhæreſcimus ad mediam vſque noctem, qua prima quadrageſimæ incipit dies: adeo vt Bacchanalia, & carnicenia nos deſerant prius, quam nos ipſa. Eſt tamen quadrageſima anni tempeſtas commodiſſima, tum, vt Concionibus, quæ tum quotidianę ſunt inſtruamur, tum, vt abſtinentia carnis incentiua domentur, & pauperum ſufficiat ſubuentioni, quod noſtro ſubtrahitur ventri: de S. Leonis Papæ conſilio, ac expeditiores ſimus ad diuina, ſtomacho minus grauato, ſicut melius ſonãt tympana inania, ac tenſa fortius. Tempus eſt quo commodiſſime tria Chriſti auſcultare poſſumus conſilia. Primum, *Quærite & inuenietis.* Secundum. *Petite & accipietis.* Tertium, *Pulſate & aperietur vobis.* Quæritur, per eleemoſynas, petitur, per orationes, pulſatur, per ieiunia. Ita inuenitur Dei gratia pauperum auxilijs, impetratur precibus: intratur per anguſtam cælorum portam, cum ieiunijs corpuſculum extenuatum eſt. Ac idcirco non conuenit ad ſancta hæc tempora, per exceſſus, & leuitates mundanas diſponi: ſicuti quos foco admoturi ſumus lignorũ faſces, aqua prius non tingimus. Sed meditatione paſſionis Dominicę ante quadrageſimã pręparandus eſt animus, vt charitate eius accenſi, ardenti ſtudio quadrageſimę labores capeſſamus. Non prohibetur ante quadrageſimam honeſta recreatio, ſed *ſecundum faciem ſanctorum* (vt ſcriptura loquitur) id eſt, vt Chriſtianos decet, vt ſcilicet nos ad futura roboremus opera, ſicut ante ſua alij ſolent operarij: ſed cauenda eſt hic exceſſio, & Deo inimica leuitas, ac in omni hilaritate proponendus ob oculos Deus, ac acerba Chriſti paſſio, ne nimiũ relaxemur. Hæc ratio eſt cur Chriſti paſſionem nobis hodie Eccleſia ingerat.

In

Mundi his diebus vanitas.

Quadrageſimę commoditas.

Serm. 5. & 6. de 40. martyr.

Conſilia Chriſti. *Luc. 11. 9.*

Iudith. 16. 24

Assumit Christus Discipulos. In prçallegata CHRISTI sententia, quatuor Notan-dæ sunt voculæ. *Prima. Assumsit*, vt discamus, *Primo*, homi-
1. nes per se de doloribus, ac tribulationibus raro tractare, ea-que non quærere. Fugimus aduersa, & alijs etiam cru-cis baiulationem dissuademus, Sanct. Petrus CHRI-STVM intelligens passurum, continuo opponens se:
Matth. 16. 22. Absit (inquit) *à te Domine, non erit tibi hoc.* Sponte no-stra mundum, ac glorias eius non dimittimus. Quare ad illa animari desideras Deum roga, vt te assumat, ipsum-que adi vt salutem Crucis, ex illo & audias, & intellig-& illam audiens, caue obdures cor tuum, cum imp-
In passione S. Andreæ To. 6. Surij. Egea, cum quo multa de Crucis laudibus Sanct. Sermo-nabatur Andreas, frustra tamen cum obsurdescenti.

2. *Secundo*, qualia CHRISTVS discipulos do-re soleat, non voluptates scilicet, sed persecutiones secu-In mundo hoc tanquam operæ versamur, aut negotiat-res, ad quos duo hominum genera ventitant: alij fab-landi, conuersandi, ludendi caussa; alij vt aut merc-emant, aut operam. Priores laborem non adferu-sed voluptatem, pecunias interim emungunt, & perdu-horas. alij vtiles nobis sunt; quamuis enim labor mol-stus sit, ac mercium transpositiones laboriosæ, quęst-tamen minuit molestias. CHRISTVS nihil stud-nisi nos nostro occupare commodo, libenter assiduis imp-caret laboribus, vt quotidianis augeamur lucris. Mund-ac mundi Princeps diabolus, suffurantur horas, damna pr-curant, emolumenta auertunt. Ideo cum Apostolis de p-sione frequens erat Saluatori nostro sermo, ac maxime d-sua, vt suo, quo desiderabat eam, affectu, ipsos ad simil-inuitaret.

Matt. 20. 17. *Secunda* vocula est, *Secretò*, quę apud Lucam non exsta-
Cur seorsim à turba Dominus hæc cum Apost. sed apud Matthæum, significatque CHRISTVM semo-tim à turbis, locutum Apostolis. Idque egit, *Primo*: qu-significaret, passionis suæ mysteria magnum esse sacra-
1. mentum quod omnes non caperent. *Iudæis* enim *scand-*
1. Cor. 1. 23. *lum, gentibus autem erat stultia*: vt Sanctus Paulus ait, Cum-

Dom-

Dominica palmarum, recte de cruce sua loqueretur ad plebem CHRISTVS, murmurabant dicentes: *nos audiuimus quia Christus manet in æternum; & quomodo tu dicis, quia exaltari oportet filium hominis?* id est occidi. Itaque non erant congrui passionis CHRISTI auditores. Sacramentum hoc in Apostolorum cordibus, quasi testamentum, obsignatum conclusit Dominus, quod post mortem ipsius resignarent, & annunciarent mundo. Eadem passionis materia, multis Christianis arcanum quoddam est, quod intelligere nec volũt, nec possunt. non capientes quomodo in paupertate, infirmitate, tribulationibus, plus lateat salutis, quam in diuitijs, honoribus, sanitate, commodis, ac prosperis, quamuis Christus, sanctique omnes, id & voce, & exemplo docuerint. Ideo cum Iudæis, scandalizantur in difficultatibus iustorum, & cum gentilibus, ludibrio habent pauperes, ac multa perpetientes.

Ioan.12.34.

Cur etiam Christianis abscondita.

Secundo docere nos voluit Christus, non cuilibet secreta pandere, iuxta doctrinam Sapientis. *multos habe pacificos, sed consiliarius sit tibi vnus ex mille.* Quidam enim rimarum pleni sunt, quidam affectuum; ac proin male consulunt, quidam quantumuis docti, pijque appareant, negotia non intelligunt. Qui igitur mundum fugere, Christum cum Cruce sequi, id est, Religionem ingredi, statuerit, vt per paupertatis, castitatis, obedientiæque vota, quasi tribus clauis cruci Christi configatur, hic consultare debet, nõ cũ cõsanguineis, amicisque secularibus, sed cum viris Apostolicis, qui spiritu Dei instigati, Christum sequuntur, ac secreta eius edocentur. 2.

Eccl. 6.6.

Tertio, Discimus, quæ secreto ex proximis intelligimus, secreto continere, sicut & Apostoli secretum hoc, vsque ad resurrectionem Christi absconderunt fideliter. Sunt enim quibus impossibilis videatur taciturnitas, de quibus vnus ex septem sapientibus interrogatus, videlicet quid difficile esset, respondit *seruare secreta.* Hi enim vbi secreto aliquid acceperint, rumpi timent, si apud se custodiant: atque ideo euomere, & tanto se fasce apud alium leuare, 3.

Garrulitatis vitium.

Chilo Lacedemonius.

habent

habent necesse. Verum vt hoc iam fiat, inscio illo à quo illud depositum susceperunt, dicunt alicui sibi noto, sed quasi sub sigillo. Hic autem, quia itidem vt prior dicaculus est, sentiens silentij grauamen, sub eodem sigillo committit & alteri, atq; ille deinceps, donec tandem tota sub sigillo intelligat ciuitas.

Mirum est quod nobis ita lingua pendeat, cum tamẽ post narrata, audita vicissim varia, nihil nisi vanitatem quandam, & inquietudinem lucremur conscientiæ. Ratio forte hęc est, quia lingua membrum est lubricum, nos autem sicut vas rimosum, aut pertusum, quod aquas non continet. Hinc nihil mirum, subito nostram euaporare deuotionem, cum pleni simus rimarum, & multiloquia ægre vitemus.

Cur discipulis Christus hæc aperuerit. *Tertia* vocula est. *Discipuli* quibus secretum hoc Christus indicauit. *Primo*: quia his audiendis erant aptissimi, vtpote cum ipso integrum versati triennium, sub magistro omnium virtu-

1. tis. Nam sicut materiæ, confectęque aquæ, pro ratione pretij sui, vascula etiam sortiuntur pretiosa, pulchra monilia, sumptuosæque potiones arculas pulchras, sumtuosaque pocula, & contra: ita & Christus diuersimode sua dona dispensat. Passinis mysterium summum erat, nobilissimum, ac pretiosissimũ totius mundi, ideo & Apostolis credi debuit, vasis vtrique selectioribus. Si itaque particeps esse vis secretorum Christi,

Ioan. 15. 15. vas tuum munda, & orna. Dicebat Apostolis suis, *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Et Deus veniens ad Abrahamum, qui etiam vas erat excellens, ac nitidum, celare i-

Gen. 18. 17. psum non potuit pentapolis supplicium. Quo sanctiores sunt amici Dei, eo & plura ipsis arcana manifestantur, imo & Spiritum aliquando accipiunt propheticum, vt futura præsciant,

2. ac prædicant. *Secundo*, vt pręmoniti minus terrerentur, cum non ita multo post, hęc eadem ipsum pati viderent, feriunt enim tela improuisa fortius: Hinc sapiens, *in die bonorum, memor esto malorum*, iacula enim præuisa minus feriũt: quia ad illa pręscientię clypeo munimur. Cogita dum voluptuaris, finem breui hisce rebus fore: ne nimium in voluptates te effundas.

3. *Tertio*, vt nouum pręedicandi morem doceret Apostolos. Iudęi enim doctores, ante Christi aduentum temporalia tantum inculca-

inculcabant, miſcentes etiam graues pro auditorij, ac legalis ſeruitutis ratione, comminationes. Cum vero prædicãdi munus tractare inciperet Christus, & Apoſtolos ſuos, ac ſeptuaginta duos ad prædicandum mitteret diſcipulos, aliud ipſis concionum thema preſcripſit: nirum, *appropinquauit regnũ Dei*, trahere volens Iudeos promiſſionibus regni. At cũ poſt mortem reſurrectionem, aſcenſionemq; Chriſti, Spiritus S. miſſus eſt, iterum mutarunt dictionis materiam, & iam paſſionem, Crucem, & mortem annunciabant Chriſti. S. Paulus nihil ſe aiebat ſcire, *quam Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.* Omnis paſſione, mortificatione, tribulationibus paupertate, perſecutionibus, abundabat ſermo. Triplices enim ſunt auditores, nonnulli tanquam ſerui, metu gehennę ad fidem veniunt: ſic Iudęi veteris Teſtamenti: *alij* tanquam mercenarij, ſpe celeſtis mercedis quam expectant. *Tertij*, qui nec tormenta timent, nec præmia penſant, ſed ſolam Chriſti intuentur charitatem, qui ſanguine ſuo, morte, ac tormentis eos redemit, pro cuius amore paſſiones ſuas frangunt, magnoſque labores ſuſcipiũt, vt aliquod reddant gratitudinis indicium, ipſiq; aſſimilẽtur. Cum S. Abbatem Paſtorem, Religioſi quidam conueniſſent pij, vt ex ipſo conſolationis aliquid acciperent, multa de cælorum gaudijs ſermocinari cœperunt, vt ad dicendum eum irritarent, tacuit ille penitus, ac omnino obmutuit. Mirabãtur ipſius ſilentium, neſcientes cauſam, ſubdidit ille, colloquia illa nimium eſſe matura, ac præcepta cum multum adhuc inde abeſſet. Vt enim qui iter ingrediuntur longum, Romanum v.g. aut Hieroſolymitanum, quamuis eo pertingere ſperent, non ſciſcitantur tamen continuò, ex ruſticis obuijs, num ea via ſit Romam verſus, niſi cum iam Vrbi facti fuerint viciniores: ſed de proxima ciuitate, aut villa interrogant, vbi conſtituerunt pernoctare. Ita qui in cęlum proficiſcitur, proximæ manſionis indagabit ſemitas, id eſt, modum deponendorũ vitioſorũ affectuum, acquirendarum virtutũ, humiliandi ſeipſum, ac Deũ ſemper circumferẽdi, Cũ inuitæ extremo hæ perambulatæ ſemitę, tum demum vita æterna conſtanti, ac firma deſiderabitur fiducia, & cum magna voluptate recogitabitur.

Materia cõcionum Chriſti.
Mar. 1. 15.
Matt. 10. 7.
Luc. 10. 9.
1. Cor. 2. 2.
Auditores triplices.
Parte 4. in vitis PP.

Quarta vocula eſt *duodecim*. Nam ad myſterium hoc omnes

Apostoli omnes hic adsunt. *Matt. 17. 1.* aduocabat Apostolos. Cum in monte Thabor transfigurationis suæ gloriam exhiberet Christus, tres duntaxat assumsit: hic autem de passione acturus, assumit omnes. Vt nos doceat.
1. *Imprimis*; passionē suam omnibus, ac solis ipsius discipulis esse cōmunem. Nemo. n. particeps fit meritorū, & sanguinis Christi; q̃ Christianus, & Christianus quilibet, quia thesaurus hic Ecclesiæ creditus est, & omnes qui in Ecclesia sunt, sanctorū cōmunione, hoc beneficio gaudent, etiā in peccatis mortalib⁹ agentes. Vtile itaq; tibi fuerit, etiā in scelestissima vita, ab Ecclesia nō recedere, illic. n. particeps esse potes meritorū Christi. (Ecclesiæ thesaurus & communio.)
2. *Deinde* discipulos oēs Christi, id est, Christianos, ad tolerantiā vocari passionum, nō tamen oēs, ad consolationes tēporales, eius externas, humanasq; per prosperitatem, siue internas, per deuotionem. Hinc merito timeas, cum nihil tibi aduersi euenit: at ne desperes etiamsi deuotionis dulcedinem nō sentias. In quiete conscientiæ tuę acquiesce, in qua exultare solet S. Paulus. Omnibus dictum puta Christianis: *si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* Christus toto passionis tempore, à Patre destitutus est internis consolationibus, & suauitate, in pęnis tam immanibus: nec tamē ideo Patri minus erat acceptus, quin eo gratior omnis eius erat passio, ac actio, quia sine solatij auxilijs, omnia ista peragebat, & nihil motus tanta derelictione, non perdidit in sufferendo constantiam. (Passio omnibus communis non consolatio. 2. Cor. 1. 12. Matt. 16. 24.)
3. *Tertio*, discipulis omnibus mysterium hoc indicauit Christus, ne Iudas inde excluderetur, quē triplici de caussa voluit interesse. (Iudas cur adfuerit.)
1. *Prima*: vt eum à vita mala conuerteret, videntem tam promptam Christi pro se patiendi voluntatem.
2. *Secunda* vt à proditione eum deterreret, præmonens quasi eum, quid facturus esset, nec latere tamen hoc Dominum.
3 *Tertia*: Quia Iudas Apostolicam etiam consecutus erat dignitatem, etsi nequam, nec à peccato immunis. Docens nos malis etiam Episcopis, & Prælatis, vt decet, deferre, quamdiu in gradu suo, tolerantur ab Ecclesia. Quamuis enim non sint membra Ecclesiæ viua, vtitur nihilominus S. Sāctus, in functionibus illis commissis, eorum opera, qui anima est, ac vita Ecclesiæ, non secus ac si viua essent. Hoc enim inter humanū corpus, & corpus Ecclesiæ differt, ꝙ mēbris mor- (Corporis humani & mystici differentia.)

tuis

tuis ad munia ipſorũ vti nequeat homo, neq;.n. poteſt laborare manu arida, nec pedib⁹ ambulare exanimãtis, nec oculis, nec auribus, nec aliorum ſenſuũ organis percipere quidquã, ſenſu, motuque deſtitutis: quia videlicet anima ea tãtum mẽbra applicat, quæ animat. At in corpore Eccleſiæ, cuius anima eſt Spiritus ſanctus, mortua poſſunt eſſe membra, & nihilominus operationibus Spiritus Sancti ſeruire, quia non eſt limitata eius virtus, nec membris tantum adſtricta viuentibus, id eſt pijs hominibus, quos per gratiam ſuam inhabitat. Seruant itaq; Epiſcopi, prælatique gradum ſuum, etiamſi ſcelesſte viuant, donec aut excõmunicatione abſcindantur; aut ſuperioris poteſtate exauctorẽtur. Et quidquid ex officio agunt, ratũ habendum eſt. Ipſorum abſolutiones, cenſuræ, ſententię, ſacrificia, ſacramenta, mandata, reliquæque conſtitutiones, nõ obligant minus, quam ſi membra viua, ac vitæ eſſent probatę. Opera enim hæc non ex ſanctitate, ſed ex officio dependent, ac poteſtate quæ hominem S. Spiritus organum, ac inſtrumẽtum efficit. Quare etiamſi caput emortuum in humano corpore nec loquitur, nec reliqua membra dirigit, regit tamẽ nos Spiritus S. per capita mortua, Superiores, Prelatos Principes, ne incerti ſimus de diuinis donis. Si enim miniſtri ſanctitas ad ſacramentorum requireretur ſanctitatem, ſemper de veritate ſuſcepti à nobis Sacramenti, eſſet dubitatio: cum nemini noſtrum proximi conſtet ſanctitas. Hanc contra hæreticos fidẽ tene Catholicam, nec Eccleſiam, propter malam Prælatorũ vitam, deſere, nec ſacerdotium propter Sacerdotis peccata cõtemne, ſed gratias age Spiritui Sancto, quod tã putida fœdaq; inſtrumenta, ad ſalutem tuam admouere non dedignetur.

Prælati mali, valide ſua faciunt.

II. *Ecce aſcendimus Ieroſolymam.* Tria hæc verba ſingularem habẽt emphaſim. *Primum, Ecce.* ſemper aliquid ſingulare denotat; tã in ſcripturis, quã in profanis ſcriptoribus: at nuſquam maiorem habet vim, quam hoc loco: vbi non tãtum ſignificat, ſubſecuturum aliquid mirabile, ſed excitat nos etiam ad conſiderationem rerũ, admiratione, cõfeſſione, & gratiarũ actione digniſſimarũ, vt ad illa vitam noſtram cõponamus. Significat enim, *primo Ecce*, iam propinquat redemtio veſtra. Hactenus verbis vos inſtruxi, iam vero ſanguine meo vado vos liberare.

Ecce.

Hic ſignificat mu[illegible] 1.

2. *Psal. 93.1.* *Secundo*, Ecce. Ego, *Deus vltionum*, pro inimicis meis vado passurus. *Tertio*. Ecce, sciens volensque in eorum manus venio,
3. qui quęrunt animam meam, vt vicissim vos mei amore nec molestias, nec pericula respiciatis. *Quarto*, Ecce, ab illo patiar
4. homine, cui optima quoque pręstiti. *Quinto*, Ecce, eo patiar
5. loco, quem cultui meo consecraui. Ecce hic hominum nequitiam qui pessima optimis rependunt, nec locorum respiciunt sanctitatem, vt suæ satisfaciant peruersitati. Omnia hæc stupenda sunt, & bene consideranda. verum nihilo minora iā
Applicatur boby. inter Christianos eueniunt, quę eadem ratione expendenda
1. essent. *Primo*, Ecce, Salutem quam nobis offert Christus in Ec-
2. clesia sancta, negligimus. *Secuudo*, Ecce. Deus vltionis patienter suffert omnes nostras, quibus eum irritamus, iniquitates,
3. ac iniurias. *Tertio*, Ecce Christo sumus ingrati, & pro ipso mi-
4. nima quæque subterfugimus. *Quarto*, Ecce nullis beneficentiam ostendit Christus maiorem, quam nobis Christianis, ac à nullis peius, indigniusque tractatur. imo qui inter nos maiora consecuti sunt beneficia, plura ei reddunt mala: nobiles, superbiam, luxuriam, voluptates, inuidiam &c. Diuites fraudem, mendacia vsuras &c. Ecclesiastici Simonias, beneficio-
5. rum pluralitates, vitam scandalosam, hæreses. *Quinto*, *Ecce* in locis sacris multa patrantur peccata, in Ecclesia, in domo Dei, in monasterijs, in locis sacris. hęc miranda sunt: & ploranda
Luc. 19. 41. omnia, sicut in hac via Christus super Ierusalem fleuit, ne &
Ascensus Christi notat. nos in eadem mala incidamus. *Secundum* verbum est. *Ascendimus*: Quod significat, *primo*. Christum etsi Dei filium, ac sum-
1. mum, ascendere nihilominus. Non quod secundum diuinitatem fieri possit celsior; sed quod per naturę humanæ passio-
Phil. 2. 9. nem, gloriam maiorem mereretur, atque donaret Ecclesiæ
2. gentis multiplicationem, & copiosiores gratias. *Secundo* itineris huius significatur difficultas. Descensus, ascensu facilior est, ita & laboris plus habet, excursus in cælum, quā in infernum. Tamen quemadmodum qui equo vehitur, facilius in
Pietas quibus laboriosa. montem, quam de monte proficiscitur: ita quem gratia spiritus sancti portat, in pœnitentię laborribus difficultatem non sentit tantam, quantam in vita illa, quam seculares facilem iudicāt. Boni religiosi Monasteriorum suorum rigorem, omnibus

nib' mũdi voluptatib. prçeligũt. Ora Deũ vt gratiæ tibi subsidia nõ deneget, ne *laborẽ fingas in eius præceptis*: sed cum Dauide, *viam mandatorum* eius alacriter *curras*. *Tertio*, significare nobis vult Christus, nouum se excogitasse modum, ac adinuenisse viam in cœlum, Lucifero pariter, ac Adamo ignotam. Hi ascendere volebant per superbiam, sed ceciderunt turpiter. Noua Christi via descensus est, vt sic cœlo appropinquetur. Voluit cõtẽni, conspui, illudi, humiliari, crucifigi, necari, sepeliri, & vt S. Paulus inquit descendere, *inferiores partes terræ*: quod vtique ex populi arbitrio descendere est: & hanc ingrediens viam, ascendebat sursum in cælum. Hanc viam mundani nesciunt: impossibile videtur, vt descendendo ascendatur. Nota igitur *sursum*, ac *deorsum* diuersorum terminorum respectu dici: vt enim sphçrica est terræ forma, ita ex omni parte habitatur: regionem nobis oppositam tenent, quos dicimus *Antipodas*, illis in nostra luce nox est, lux in nocte nostra, cumque illis sol occidit, oritur nobis: & contra. Tale inter secularia, & spiritualia, inter diuina, & humana, discrimen est: honor enim, dignitas, pompa seculi, quæ nos vt alta suspicimus, abiectissima sunt in oculis Dei: & qui nobis abiecti videntur, contemtibilesq;, in Dei oculis sursum ascendunt. Corã Deo itaq; celsus apparere vis? ac in cælis locũ possidere eminẽtiorẽ? humilia te in terris. Cũ nobis plenilunium est, cçlis obuersum lunç hæmispherium lumine caret, cum autem nobis nouilunium est, lunaque aduersa quasi obtenebratur, opposita pars lucet plene: ita qui mundo cõtemtui sunt, Deo sunt gloriosi, & qui mundi fulgorem captat, à Domino deponitur. *Tertium* verbũ est *Ierusalem*. Quod indicat, Christum pro nobis pati voluisse, in vrbe ipsa Ierusalem potius, quam in alia vlla ciuitate quinque de caussis. *Prima*. Quia ibi antea occisi erant Prophetæ: vt aiebat ipse. *Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt*. Et. *Non capit Prophetam perire extra Ierusalẽ*. Atque ita docere nos vult Christus, cædes, ac passiones Prophetarum vim merendi habuisse, ex mortis suæ communione, ac similiter quod omnia bona nostra opera, fundari debeant in passione ipsius, ac exin virtutem merendi adipisci. *Secundo*, vt doceret pro toto se mundo pati, ac mori: pro Iu-

Psal. 118. 32. 3. Noua via in cælum. *Ephes. 4. 9.* Sursum deorsum. Pulchre opposita. Aliud simile. Dominus Ierosolymis passus. 1. *Matth. 23. 37.* *Luc. 13. 33.* Fundamentum meriti. 2.

dæis s.& gentibus. Ierosolymis enim potestas spiritualis summa, erat apud Iudæos; laica apud Gentiles. Vtrique horum Christum occiderunt: Iudæi ipsum condemnantes, & iudicē ad sententiam perurgentes; Gentes manibus suis ipsum crucifigentes. Omnes enim peccauerunt, tam Iudæi, quam Græci, & peccatis suis causam dederunt morti Christi. *Tertio*, Ne
3. passio ac mors illius vlli maneret ignota. Omnis enim generis homines Ierosolymis, in totius Iudeę metropoli, commorabantur, & vndique illuc ad Paschæ festiuitatem confluebant. Voluit itaque Christus ibi, ac eo quidem die pati, vt omnes venirent ad fidem, ac passionem, meritaque eius participarent. *Quarto*, Vt mors eius mundo tanto appareret igno-
4. miniosior; grauior enim est quæ coram multis, quam paucis infligitur contumelia. Nihil in Christi passione debebat esse mediocre. tristitia ingens animæ, vsque ad mortem: crudelis-
Psal. 21.7. sima in corpore tormenta, qualia nemo sensit. paupertas extrema crucifixi, sine velamine: maximum dedecus mundi, omnium sustinentis opprobria. Ah quanti fuit Christo, tua redemptio. *Quinto*, quia nusquā erant extra Ierusalē qui Christum ita persequerentur, ac occiderent. homines enim impares, raro congrediuntur. Nō componit se infirmus, sano; nec mendicus opulento; nec flagitiosus, Religioso, ac sancto, sed inuidia ac persecutio fere est inter suppares, & æqualium vitium homines, sic figulus figulo, œnopola œnopolæ, opifex opifici inuident. Christi tanta erat sanctitas, & miraculis iam tantopere confirmata, vt nemo ei se auderet obijcere, exceptis solis Iudaicis sacerdotibus, & maxime Pharisæis qui omnium volebant videri sanctissimi. Hi agebant Ierosolymis, ac videntes suam à Christo obscurari sanctitatem, imo tāquam impiam redargui superbiam, insurrexerunt in eum, & in excidium eius intenderunt operam. Agnosce hic superbiæ nequitiā, quæ ex sui orta amore, ad Dei persecutionem eleuatur. Custodi te in humilitate, quæ te ab inuidentia, & odijs
III. custodiet vicissim, & super hostium capita constituet.

Tertia vice agit hic Christus de passione sua aperte.

Et omnia consummabuntur, quæ scripta sunt per Prophetas, de filio hominis. Iam tertium aperte de passione ac morte sua loquitur Christus.

Primum

Primum quidem, cum Sanctum Petrum fundamentalem petram fecisset Ecclesię, suumque constituisset Vicarium in terris, iam paulatim disponens ad discessum discipulorum animos, quos Vicario suo credere cogitabat. *Secundum* autem. Cum post transfigurationem liberasset iuuenem à dęmonio. Vbi primum diuinam suam probabat naturam, ac dein de humana loquębatur, quæ pati debębat, vt intelligeremus eandem personam Deum, & hominem, pro nobis passam, ac mortuam. Alias etiam de illis egit; sed obscure, breuiterque, vt cum diceret: *Soluite templum hoc.* Et *baptismo habeo baptizari*: Item: *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.* Causæ cur, tam frequens ei de passione sua colloquium, inter cæteras: hę octo reddi possunt. *Prima*: vt testatum faceret nobis, quod non inuitus, aut ægre, sed volens, libensque pro nobis mortem adiret. Mortem enim, passionemque tanto ante præsciens, declinare facile potuisset. Itaque docet nos. *Primo*: Passionis suæ beneficia tanto pro nobis studio tolerata, magni facere. *Secundo*, ipsum ex animo redamare, qui nulla necessitate, tantam nobis ostendit charitatem. *Tertio*, Sine murmuratione, & querelis amplecti, quidquid nobis Domini manus immittit, ad salutem. memores verborum Isaiæ, *oblatus est quia ipse voluit & non aperuit os suum.* *Secunda* causa est: Quia passionem suam vehementer desiderabat, dicens: *quomodo coarctor, donec perficiam.* Videns enim tot perire animas, ob medicinæ, quæ ex ipsius morte, ac passione expectabatur, defectum, sentiebat continuum in anima sua passionis stimulum. Ideo quia *de abundantia cordis os loquitur*; superbi de dignitatibus, auari de quæstu, luxuriosi de impudicitijs, gulosi de curanda cute, ita & Christus libens loquebatur de passione. *Tertia*, vt paulatim passionis mysteria discipuli caperent: vt enim in vascula angusti oris non vno impetu liquor infunditur, sed sensim, ac guttatim instillatur, ne pereat: ita agendum fuit Christo cum Apostolis, qui magna hæc mysteria necdum portare poterant, successu temporis, & rerum instruendi. *Quarta*, vt anima-

[Margin notes: Matt. 16. 18. Mar. 8. 29. Luc. 9. 20. — Matt. 17. 18. Mar. 9. 14. Luc. 9. 37. — Alias tecte. Ioan. 2. 19. Luc. 12. 50. Mar. 10. 38. Ioann. 3. 14. — Octo causæ cur Christus de sua passione toties locutus. — I. Christus volens passus. — 1. 2. 3. — Isa. 53. 7. — 2. Caussa. Luc. 12. 50. — Matt. 12. 34. — 3. — 4.]

animaret discipulos, ac solidaret in fide, cum ea geri viderent, quę tam sæpe antea audierant. Ideo cum eiecisset diabolum, ita eos allocutus est: *ponite in cordibus vestris sermones istos: filius enim hominis futurum est, vt tradatur in manus huminum.* quasi diceret, notate quæ modo operor miracula, & quæ loquor verba: proderunt enim hæc passionis meæ tempore, ne à fide deficiatis. *Quinta* est, vt discipuli de morte pariter, ac de resurrectione, audientes prædictiones ipsius; vbi alterum viderent impletum, non diffiderent de altero, sed post mortem, certam eius resurrectionem expectarent. Cum ex aliquo viam, quæ recta in vrbem deducat, inquirimus, illeque nobis signum dederit certo loco occursurum, ac deinde aliud, & sic deinceps ad ipsam vsq; ciuitatem, si in principio sex, septem, quas descripsit nobis, reperimus, conditiones, nihil dubitamus de cæteris. Sicut Samuel cum inũxisset Saulem in Regem, prædicebat, quæ obuia habiturus esset in via, duos nimirum viros, ad sepulchrum Rachelis, dein tres alios ad quercum Thabor, cum tribus capris, & tribus panibus, dein apud custodias Philistinorum, prophetarum cuneum, &c. cum Saul omnia hæc reuera comperisset, certus erat de regno, quod ipsi Samuel etiam predixerat. Plurima nobis Christus prædixit, quæ euentis comprobamus, vt. v. g. quod fides immota perstabit, quod Ecclesia dilatabitur, & manebit *vsque ad consummationem seculi:* quod hæretici multi, & pseudoprophetæ venirent, sed eam non euertent, &c. Omnia hęc quotidiana probamus experientia, ideo nec dubitandum nobis est de reliquis Christi prædictionibus, vt quod de omni verbo otioso exacturus sit rationem, quod mundus cum omnibus quæ in eo sunt finẽ sit habiturus, quod pios cum Christo gaudia, malos tormenta cũ diabolis, æterna maneant &c. *Sexta* vt perpetua, ac præsens sit apud nos Passionis Christi memoria. Christus agit, vt solet peregrinaturus, qui singulare quippiã deducẽti se amico procurãdũ cõmittit, nec contẽtus semel monuisse, ter, quater, eadẽ negotia repetit, ac demũ discedẽs, obsecro ait, esto memor datæ cõmissionis, mea. n. multũ interest, ac omnino velim effectũ. Ita inquã, & Christus passionis suæ memoriã, vt rẽ maximi pretij, cõmẽdat; ꝑpter maximos, qui ex ea nascũtur fructus.

Luc. 9. 44.

5.

1. Reg. 10 3.

Matt. 16. 18.

Matt. 24. 29.
Matt. 25 33.

Fructus passionis.

ctus. *Imprimis* .n. in ea remedia sunt tẽtationibus omnibus superbiæ, auaritiæ, inuidiæ, gulę, alijsq; peccatis, per Christi humilitatem, paupertatẽ, charitatẽ, virtutesque reliquas Passio hæc *fasciculus myrrhæ* est, qui inter vbera nostra, sub corde cõmorari debet: & munimen est à turbationibus hominum, de quibus Dauid: *abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum*. Passio est absconditum faciei eius, in ea enim tegebatur, & occulebatur diuinitas. Qui igitur noluerit cum hominibus turbari, in Christi vulneribus, vt foraminibus petræ se debet abdere. *Secundo*, in ea habes post lapsum, resurgendi media. Hic enim discis peccati fœditatem, quæ tanta est, vt solo Christi sanguine, ac vulneribus elui possit. Discis delere peccata tua, quæ Deum tuum, Christum tantopere torquent: ac modum simul, quo Deo Patri reconcilieris, ac satisfacias. Vt enim mediatorem se dedit Christus, inter te, & Patrem, verbera excipiens, quæ tibi debebantur; ita à Patris ira absconderis, si sequaris ipsum continuo in omnibus operibus in ipsum respiciens. *Tertio*, ibi perfecta in omnibus angustijs consolatio. Vides enim in multo maiori tecum tribulatione, regem summum, si vno tecum Rex tuus clauderetur carcere, teque mensa reficeret sua, esses æquanimior. Christus in passione sua, omni voluit carere solatio, vt illud donaret tibi. *Quarto*, scholam hic habes omnium virtutum, omnisque boni scaturiginem. quemadmodum enim cogitationes malæ omnium malorum sunt initia, ita cogitationes bonæ, bonorum omnium, ac inchoatio quædam spiritualis, perfectæque vitæ. *Septima*, Vt cognoscamus, magnam à nobis exigi gratitudinem. Rex Assuerus Mardochæi ope ereptus à morte, quam duo proditores ei machinabantur, annalibus istud iussit consignari, vt postea Mardochæo redderet præmium. Quod & factum. Cum enim noctem quandam duxisset insomnem, iussit sibi prælegi Annales, ac prædicta Mardochæi facta audiens, magno honore ipsi habito, per ipsum omnes seruauit Iudæos, ac eorum inimicos interfecit. Postulat idem à nobis Christus, vt dum tempus nobis est, passionem suã recogitemus, ac illa, quæ ꝑ gratitudine ipsi rependimus, facientes propositum firmum honorem ipsius augendi, hostes-

Marginal notes: 1. — *Cant. 1. 12.* — *Psal. 30. 21.* — 2. — 3. — 4. — 7. caussa. — *Esther. 2. 22.* — *Esther 6. 1.*

que adferunt: qualia sunt pati, mori, quanto ergo magis in ijs, quæ ipsi grauia non sunt v.g. in remissione peccatorum, subsidijs hominũ. *Quarto*, ꝙ passio, ac mors ipsius consummatio sit. *primo*: veteris Testamenti, quod vmbra quædam erat, ac imago futurorum. Vt enim pictor primum rudibus describit, quæ picturus est, lineamentis, ac postmodum, vt decet, perpolit: ita in Testamẽto veteri imperfecta omnia erant, & obscura: sed Christus passione, ac morte sua, omnia *adduxit ad perfectum*. iuxta S. Paulum. *Dein* eadem possio, omnium rerum est consummatio. Quia venit Christus *adimplere omnia, quæ in cœlo sunt, & quæ in terra*, inquit Apostolus. sine ipso imperfecta sunt omnia, sine ipso non placent Deo, nec merita nostra, nec passiones, nec preces, nec homines, nec quidquam aliud. Nemo ascendit in cœlum nisi Christus solus. Illuc si peruenire vis, cura sis membrum eius, & in ipso maneas. In cruce paulò ante mortem dixit, *Consummatum est*, vt nos ad se alliceret, ac de plenitudine sua impleret: quasi diceret, plena est cisterna, venite, haurite ad satietatẽ. Adeamus ergo ipsum in Ecclesia sancta, vbi plenitudo hęc custoditur; ac de sanctis promamus Sacramẽtis, per quę gratia abunde effluit, ibi.n. omnia bona, ac perfectionem inueniemus.

4. Passio Christi consummatio est. 1. Ephes. 1. 10. 2. Ephes. 4. 10. Ioan. 3. 13. Ioan. 19. 30.

Quomodo veteris Testamenti prophetiæ impletæ sint, patet ex quatuor Euangelistis: qui in vnam redegerunt historiam, quod sparsim, diuisimque apud Prophetas inueniebatur. Quas partes si coniunxeris, nihil pene inuenies in Christi passione, ꝙ nõ fuerit antea prædictum. De Iudæ proditione inquit Dauid. *Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationẽ*. aut vt Christus citabat; *leuabit contra me calcaneũ suũ*. De triginta argenteis, est apud Zachariã: *& appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos*. Fugã Apostolorũ in captiuitate eius, describit Dauid. *Longe fecisti notos meos à me*. De conciliabulo in domo Caiphæ, ait *Canes multi, vituli multi, tauri multi circumdederunt me, concilium malignantium obsedit me*. De Sannis in eadem domo: Isaias. *Non auerti faciem meam ab increpantibus, & conspuentibus in me*. De verberibus, quæ tum alibi passionis tempore, tum in flagellatione pertu-

Quomodo passio Christi prædicta. Psalm. 40. 10. Ioan. 13. 18. Zach. 11. 12. Psalm 87. 9. Psalm. 21. 13. Isa. 50. 6.

pertulit, idem Isaias sic: *Dedi corpus meum percutientibus, & genas meas vellentibus. posui faciem meam, vt petram durissimam. item: liuore eius sanati sumus.* De productione illa Pilati dicentis: *Ecce homo.* idem. *Vidimus eum, & non erat adspectus, despectũ, & nouissimum virorum virum dolorum.* De crucis baiulatione accipitur: *Principatus eius super humerum eius.* Crux enim regni ipsius sceptrum erat. item, *Dabo clauem Dauid super humerum eius.* Crux enim, clauis est cœli. De crucifixione, & ijs quæ in ea gesta sunt, hæc intelliguntur. *Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Cum iniquis reputatus est.* crucifixus videlicet, medius inter latrones, & *pro transgressoribus rogauit* dicens nimirum. *Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.* De Iudæorum sub cruce opprobrijs, totidem verbis loquitur Dauid. *Sperauit in Domino eripiat eum.* Has & complures impleuit Christus, ac per Euangelistas nobis clarius explicuit.

Ibidem. Esa. 53. 5. Ibid. 3. Isai. 9. 6. Isai. 22. 22. Psalm. 21. 17. Psalm. 68. 22. Isai. 53. 12. Luc. 23. 34. Psalm. 21. 9.

Nota postremo. Quod de passione sua loquens Christus seipsum nominat *Filium hominis:* tum, vt doceret nos, quod secundum humanitatem passus sit, non secundum diuinitatem: tum, quia seipsum totum nobis hominibus impendit, laborans, patiens, moriens pro nobis. Ita dicebat Isaias: *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* non secus, ac si noster magis esset, quam suus. Mirare hic benignissimam eius liberalitatem, si enim tuus est Christus, tua etiam sunt, quæ Christi sunt. Erubesce ergo ingratitudinem tuam, qui adeo in Dominum parcus es, ac tenax, vt ipsi, nec te nec tua offeras: quin in minimis etiam pro ipso, aut largiendis, aut sustinendis, difficilem te præbeas. Pro ipso omnia deserenda sunt, omnia illi offerenda seruitia, in tantorum beneficiorum recognitionẽ, at quandoquidem id non vis, eum saltem, quem mancipijs, iumentisque exhibes, ostende affectum. Si equus tibi perijt, quæris; si ægrotat, omni sumptu sanitatẽ eius procuras, si moritur, doles. & cum mortali peccato, Deum perdis, nihil inquiris, non studes eum recuperare per Sacramenta, quin & menses, & annos alienissimus à Deo, pacatus agis: quasi nec ipsi tecum, nec tibi cum ipso quidquam intercederet necessitudinis.

Christus, filius hominis.

Isai. 9. 6.

Hominis ingratitudo.

tudinis. Christus prior se tradidit tibi. Tu te ipsi redde, totũ, toti, integrum, integro.

IV.

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum. Addenda hic ex S. Matthæi, ac Marci Euangelijs, quædam videntur, apud quos sic est. *Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & illudent ei, & conspuent eum*. Hic admodum particulariter de sanctissima sua passione agit Christus. Octo de causis. *Prima*, Vt ostenderet omnia se præscire, quæ ipsi euentura erant: & quod non sine causa formidaret ipsius natura, immanissimos cruciatus, quos præconcipiebat. Facinorosis quibus, aut rogus, crurifragium, aut duriora parantur supplicia, non solet sententia multis diebus ante denuntiari, ne intermedio tempore grandi, ac diuturna torqueantur tristitia, aut lentam sic mortem, quin mille mortes, metu, ac exspectatione moriantur quotidie. Christus secundum partem rationalem non recusabat hęc tormenta, natura tamen inferior non desinebat formidare, tormentorum immanitatem recogitans. *Secunda*, vt charitatem suam probaret nobis, qui non mortem tantum, sed & tam grauem, pro salute nostra, spõte oppetijt mortem. Emptores imitatur, qui vendentibus pecunias annumerant, vt ijs conspectis, cedant mercib⁹. Christus redimit animas nostras pretiosissimis, quos hic enumerat, nũmis, cõdẽnatione flagellatione, illusione, cõsputatione, cruce, ac morte. atque adeo eas sibi vult tradi, care satis emptas: *nõ corruptibilibus auro, atq; argento*, (inquit S. Petrus) *sed sanguine immaculati agni*. & quandoquidẽ serui ipsius sumus, vult, vt & proximorum animas ad ipsum pertrahamus, quas æquali pretio comparauit. *Tertia*, vt doceret nos, mortem suam non ignominię, sed charitatis esse plenam, ac gloriæ. Nonnulli hæretici crucem formare nolunt, ne Christo opprobrium suum obijciant: sicut, inquiunt, paterna crux inuisa est filijs. Blasphemiæ hæ sunt insignes, non discernentium inter crucem malefactoris, & Christi crucem; qua diabolos vicit, pro peccatis totius mundi satisfecit, bona omnia tam spiritualia, quam corporalia promeruit,

Matt. 20. 19. Mar. 10. 33.

Tam particulatim passionem prædicit Christus.

1.

2.

1. Petr. 1. 18.

3.

Hæretici crucis inimici.

Crucis honor.

meruit, cœlos aperuit. Christo ignominiosum non est crucem pro nobis sustinuisse, quin titulus eius gloriosissimus, suauissimus, dignissimusque est. *Crucifixus Deus.* quem diaboli
Marc.16.6. 1.Reg.21.9. trepidant, qui crucis in aëre efformato signo fugantur, ac vires amittunt. Non illibens vtebatur Dauid gladio, quo Goliath prostrauerat: amabat tunicā duram S. Antonius, quam
Hier. in vita S.Pauli Eremitæ. S. Paulus primus Eremita de palmarum folijs contexuerat, eaque & corpus, & diabolum domuit. Christus crucem suam nobis venerationi & recordationi esse omnino cupit: huc in quotidiana instituit sacrificia, dicēs: *hoc facite in meā cōmemora-*
1.Cor.11.24. *tionē.* Ad hęc, sępe per crucis signū operatur miracula; ad eiusdem crucis honorem sextæ feriæ seruantur ieiunia. *Quarta,*
4. Christus non erubescendus. ne confundamur, in gloriam Christi boni quidquam operari, quod mundus cauilletur: verbi gratia humiliari, crebro confiteri, ignoscere delinquentibus, obliuisci, ac remittere iniurias. Nam quamuis mundus tales vt abiectos cōtemnat, sequuntur nihilominus exemplum, & doctrinam Christi.
5. *Quinta,* vt non in genere tantum, de passione Domini aliquando quædam meditemur, sed frequenter etiam, ac speciatim
Passionis diligens meditatio. singula eius mysteria reuoluamus, ac iam exerceamus nos in traditione eius, ac captiuitate, iam in eius condemnatione, iam in flagellatione, & sic de cæteris. Quemadmodum enim corpora, quæ eodem semper alimento nutriuntur, paulatim alimenti sui conditionem participant; ita & anima quæ in passione CHRISTI frequens est, easdem, quas in ea aduertit, paulatim in se transformabit virtutes. *Sexta,* vt certum
6. orandi modum, ex passione eius disceremus; quem sanctus
Philip.4.6. 1.Tim.2.1. Paulus vocat, *obsecrationem,* cum ob sacra quædam passionis mysteria, aliquid deprecamur, qua in Litanijs vtitur Ecclesia. *Per crucem tuā, libera nos Domine. Per flagellationem tuam, libera nos Domine. Per mortem tuam, libera nos Domine,* &c.

Hæc enim orandi forma efficacior est, quia Deo & misericordiam, & iustitiam suam proponimus. iustitiam quidem, quia passione sua satisfecit ad plenum Christus: misericordiam vero, quia rogamus hanc, pro nostra, satisfactionem gratiose acceptari, nobisque applicari. *Septima,* vt per tormen-
7.

torum

torum magnitudinem, peccatorum discamus grauitatem, ac verba CHRISTI pensemus, crucem baiulantis; *Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* ligna enim viridia non sunt, perinde focis apta, vt sica aridaque. Significat itaque his verbis. Quod Deus qui ipsi, etsi nihil commerito, non pepercit propter peccata hominum, multo minus parcet, quin horrendè æternis ignibus torquebit qui proprijs peccatis aridi, & virtutibus non imbuti sunt. *Octaua,* Vt doceat nos, ingratitudinem extremam eorum, qui nihil territi his tormentis, non quiescunt à peccatis, & augendis (quantum in se est) Christi doloribus. Clarum hoc faciet similitudo. Si duo essent amici, quorum alter scelerbus, ac latronijs supplicia meruisset, quem etiam iudex quæreret ad crucem, alter autem sumens flagitiosi habitum, eius loco duceretur, pulsaretur in via grauiter ab hominibus, pro latrone ipsum habentibus: Latro autem hæc videns, & amici charitatem non ignorans, merito ad liberationem eius laboraret. Sed quid si latro hic, absque misericordia rideret insuper amicum, ipsosque iudicij ministros in eum prouocaret, quin & ipse admota manu alligaret in crucem, & cum tortoribus crura, ac brachia ipsi frangeret, nunquid tanta ingratitudine mereretur ab amico suo accusari, & ad tormenta sibi debita, toleranda compelli. Ita nos cum CHRISTO agimus, quoties eum peccatis lethiferis offendimus: *Conculcamus eum iterum contemptui habeamus, iterum crucifigimus.* ideoque & tormenta nobis aggrauamus.

Luc. 23. 31.

8.

Heb. 10. 29.

Heb. 6. 6.

Enarrantur hic ab Euangelistis octo tormentorum genera quæ Christum vehementer torserunt. *Primum*, Quod tradendus esset Principibus Sacerdotum, scribis, & senioribus; quod affligebat ipsum magis, quia dilecti Apostoli Iudæ opera erat futurum, cui potestatem dederat operandi miracula, quem Sacerdotem consecrarat, in cœna corpore, & sanguine suo pauerat, Apostolatu insigniuerat, id est, summa Ecclesiastici regiminis dignitate. De hoc Dauid in psalmo, cuius titulus est: *In carminibus intellectus Dauid:* Innuens de CHRISTO loqui psalmum. *Si inimicus meus maledixisset mihi, susti-*

Octo genera tormentorum Christi.

1.

Psal. 54. 13.

sustinuissem vtique: & si qui oderat me magna locutus fuisset super me, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu: Quasi diceret: à te prodi omnino intolerabile. ideoque prosequitur. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes*. quasi in iustissimam tanti sceleris pœnam. *Secundum*, Quod Principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores, in domo Caiphæ condemnauerint eum morte. Quod tanto eum vrgebat magis quanto peccatum eorum grauius. Nam *Primo* quidem, peccabant ex malitia; scientes Iesum esse Messiam verum, sed nolentes agnoscere, eo quod peccata eorum corripiebat. *Secundo*, Erant Ecclesiastici superiores, ac capita populi, qui populum, ac plebem promouere debebant, ad Christum pastorem. *Tertio*, peccatum in personam Filij Dei erat maximum. Certum est peccata ex malitia, ac data opera admissa, grauiora esse, vt & illa quæ aliorum scandalum secum trahunt, & quę directe sunt contra Deum. Peccatum itaque eorum erat grande nimis, tanquam contra Patrem, quia abutebantur potestate ab ipso concessa: contra Filium, quem occidebant, contra charitatem Spiritus sancti, cum ex malitia Filium Dei persequerentur. Ideo & Christus stãs in domo Caiphæ, antequam condemnarent eum, dicebat: *Videbitis filium hominis, sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli*. tanquam proponens eis districtum Dei iudicium, quod pro impio hoc reciperent iudicio: volens eos grauitatem sceleris sui examinare, ac fugere. *Tertium*, Quod principes Sacerdotum tradiderint eum Gentibus, id est excommunicauerint, & fecerint extra Synagogam, quasi indignum, qui accẽseretur filijs Israel, imo, quem latronibus putabãt deteriorem, quandoquidem Barrabam latronem prælegerint. Contristabat hoc vehementer Christum ob tres caussas. *Prima*, quia nationem hanc præ reliquis diligebat, plurimaque illis bona præstiterat. Hoc enim Deo proprium est, vt magis diligat, quibus melius facit, nostro agendi modo plane contrariè: nos enim illos arbitramur nobis magis obligatos, quibus plurima ostẽderimus bona. Ratio est, quia Deus minus non possidet, sicut nos, & quia donare semper vult.

Marginalia: Ibidem 16. — 2. — Grauitas peccati Pharisæorum. — 1. — 2. — 3. — Matt. 26. 64. — 3. tormentum. — Tristatur Christus ob peccata Iudæorum. — 1.

vult. Similis est viro cũ magnis oneribus ambulanti, à quibus optet exonerari. Deus quo plura acceperit, eo & ipse plura pfundit instar fontis copiosissimi. Dona enim ipsius charitatẽ in nobis accendunt, & ad plura capienda disponunt, & contumeliam existimat donorum suorum recusationem. *Secunda*: ob dilectionem patrum Iudaici populi, Abraham scilicet, 2.
Isaac, & Iacob: sanctorumque Prophetarum, qui inter ipsos olim vixerant: Videbat se ab hac natione desertum, debere etiam deserere desertricem; & non tantum hic, sed & in futurum punire. hic enim exterminati sunt, & tanquam extorres, toto quasi orbe profugi, sedent vbique sub tributo, quasi luce indigni. *Tertia*, Quia non tantum ipsi in personis suis, alieni 3.
erant à suo Messia: sed & Gentes, ad mortem ac persecutionem eius stimulabant: causæ etiam omnium peccatorum alienorum. Hæc peccata erant aliena, quæ in ipsos etiam recidebant, ac tanto grauius, quanto plura adhibebãt media, ad irritandos in tormenta ac necem Christi alios. Inter aliena peccata, gradus summus est, illa imperare: at minis etiam illuc compellere, grauius est. Hoc ipsi fecerunt Pilato, minitantes illi delationes ad Cæsarem: *Si dimittis hunc, non es amicus Casaris*. Nec necis tantummodo, sed & flagellationis, coronationis, ac illusionum caussæ erant, cum Matthæus dicat: *tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & conspuendum*. Vnde colligere est, milites gentiles de consilio, instinctu, ac promissionibus Iudaicorum Sacerdotum, tam crudeliter flagellasse, coronasse, illusisse. Caue peccata aliena: non enim qui ea faciunt, peccant tantum, sed & ministri sunt diaboli. de quibus Christi vox est: *Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius*. Non dicit; qui paratus est, *vobis*, sed paratus est, *diabolo, & eius angelis*, i. ministris. Adeo vt gehenna facta sit diabolo, i. malignis spiritibus: & non minus ijs, qui alios ad peccata perducunt, cõsilio, iussu, fauore, cõmendatione, participatione, cõplacentia, dissimulatione, non impediẽdo, nõ indicando. Ah quã multi parui faciunt seductionẽ proximi, nõ cõsiderantes rationẽ reddendã, de peccatis quæ per ipsos admittũt alij, ac subeũda supplicia: luet pro omnibus famulis suis, vsurarius; lenones, pro omnib. suis scortis, ac scortatorib.

Peccata aliena.

Ioann. 19. 12.

Matth. 20. 19

Matth. 25. 41

epulones,pro omnibus quos iniurgitant; Cō
retici,pro omnibus quos seducunt; qui hæret
1.Tim.4.1. cionatores non tantū Angeli sunt diaboli,sed
ris,& *dæmonia* ab Apostolo vocantur, quasi e
Lapsus Iudæorum. dęmones. Nota hic, qua via in extrema mal
rint.*Primo*: Christū à Iuda emerunt,& acceper
consilio suo iniuste accusarunt,& condēnarunt
Pilato tradiderunt,malis artibus volētes interfi
Milites induxerunt ad ipsius flagellationē,corona
omnis generis ludibria. *Quinto*:minis adegerunt
Peccatum peccati alterius initium. eum addiceret cruci. Peccatū peccata trahit, qu
primum caue,fuge seductores omnes,qui ariolo
les sunt,vt Scripturæ testantur.nec periculosi mim
diantides,quæ filios Israel pertraxerunt in ruinam
2.Pet.2.15. præceperat Dominus.*Hostes vos sentiant Madianitæ*,
Iudas v.11. Apoc.2.14. *eos,quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos*.Ita omnes
Num.25.17. ctores,qui mala loquunt de proximis suis, vt & t
mam igni,& pereas:item qui à bono te seducūt, a
dent. Omnes hos deuita; Angeli .n. sunt & mini

4. tormentū ludibria. *Quartum* tormētum,ludibria sunt,quibus subs
Hæc duplicia erant;aut sine adiunctis doloribus; (
Sex Christi illusiones. lia enim ex se tormentum est magnum) aut cum c
sione, qualia erant in corona spinea. Sex modis
1. Christus. *Primo*, in nuditate,cum euestitus distri
columnam,& nudus populo exhiberetur à Pilato
Ecce homo:& cum nudus suspenderetur in Cruce,
Psal.21.8. bus rideretur,& inspiceretur,vt ait Dauid.*Ipsi vero*
2. *runt me,& inspexerūnt me,deriserunt me,locuti sunt labii*
runt caput.*Secundo*,in Exprobratione Prophetiæ, c
ne magno dolore,immundis scrutis obuelarunt ip
Luc.22.64. & percutientes dicebant:*Prophetiza nobis Christe*, *qu*
3. *percußit*.*Tertio*,in exprobratione sapientię eius: cum
Herodis,veste indueretur candida,tanquam stultus
rode,& militibus eius spretus,irrisus, (neq; sine do
poris;quia rudes,ac insolentes milites,nō solent sine
4. illudere)ac sic demū per plateas ad Pilatum remissu
In exprobratione regni:cum vestiretur purpura,& c

tur spinis. data ipsi arundine, pro sceptro, funibus, pro armillis: screatu, ac sputo, pro gemmis, ac vnionibus: flectentes ante ipsum genua, quasi aliorum principum legati, salutãtes eũ Regem Iudæorũ: Productus est ad populũ à Pilato, sicut solent inaugurandi Principes, quibus acclamari solet *Viuat Rex.* 1. Reg. 10. 24.
Sed hic populus clamabat horrendum *Tolle, crucifige eũ: nos regem non habemus, nisi Cæsarẽ. dimitte nobis Barrabã. sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ioann. 19. 15. Matt. 27. 21. *Quinto*: in exprobratione diuinitatis. *Si filius Dei es, descende de Cruce. Quia dixit filius Dei sum.* 5. Matt. 27. 40. *Sexto*: illuditur ab omni sexu, omni ætate, omni cõditione. de ipso locut⁹ est Dauid: *Aduersũ me loquebãtur qui sedebãt in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinũ.* 6. Psalm. 68. 13. Et Ierem. *saturabitur opprobriis.* Quẽadmodũ. n. ventriculus satur, aut saccus plenus, nihil vltra capit Thren. 3. 30. ita & Christus, vndiq; plenus erat opprobrijs. Vendebatur, vt mancipiũ; ridebatur, vt morio, consputabatur, tãquam infamis; flagellabat̃, vt raptor; conculcabat̃, vt vermis; crucifigebat̃ vt latro. Per omnia hæc opprobria, inducit Dauid, Christũ Patri supplicantem. *Tu scis improperium meum; & confusionem meam, & reuerentiam meam.* Psal. 68. 20. ostendens ijs vehemẽter se affici.

Quintum tormentum erat, in ipsius flagellatione; quæ omnem excessit modum: sanctissimum enim corpus, totum lacerum, totum concisum. vt nihil in eo prẽter vulnera spectares ac sanguinem. 5. tormentum flagelatio. Qualia autem hęc fuerint vulnera, colligere est ex flagro vno, cuius pars, cum omni veneratione, prope Dilingam in Monasterio *Noerissheim* asseruatur. Flagra Christi qualia. Nodus videlicet coriaceus, æneis intextus filis grossioribus, aculeatus tribus cupreis pinnis; quæ ad ossa vsque peruaderent, neruos diuerberarent, venasque conciderent, ac vniuersum corpus sanguine perfunderent. Et quamuis hæc, apud Euangelistas, non adeo clare exprimantur, apud Prophetas tamẽ inueniũtur nõ obscure, in figuris etiã aperte, prænotata. Nam ꝙ Iosephi tunicã, sãguine hędi tingebãt fratres eius, & ꝙ de Christo Gen. 37. 31. percunctantur Angeli: *quis est iste veniens de Edom, tinctis vestibus de Bosra. Quare rubrum est indumentum tuum?* Isai. 63. 1. Ibid. 2. Significat totũ Christi corpus rubricatum, non secus ac si sanguine lotum fuisset.

Sextum est consputatio. quæ nisi enormis fuisset, ac supra modum fœda, non facerent de ea mentionem Scripturæ: 6. Consputatio.

Isai.53.4. Isaias dicit: *faciem* Christi visam coopertam,co
aspectu, propter ingestas sordes, vt *quasi lepram*
Has immunditias, aliquo modo lineo velo ext
da mulier Veronica cum crucem baiulans Do
tem exiret Caluariæ. Seruatur idem linteum R
tro, & cum summa deuotione visitur.

7. *Septimum* est confixio in crucem, qua compre
Crucifixio quæ includat. *mo*: totius corporis quasi nerui extensio, ita vt *dinu*
sent *ossa omnia*; inquit Dauid. *Secundo*, manuum pe
1. nera, per obtusos clauos. *Tertio*, redapertio omni
Psal.21.18 vulnerum, per hanc corporis extensionem. *Qu*
2. ceri, nudi, tenerrimiq; corpusculi. *Quinto*, ariditas
3. xima. De qua Dauid: *Aruit tanquam testa, virtus m*
4. *mea adhæsit faucibus meis. Sexto*: sine nouis doloribu
5. se mouere, nec caput quidem, spinis confossum.
Psal.21.16
6. menti huius assiduitas, ac prolixitas. pependit en
7. cruce Christus, minimum tres horas.

8. tormentum mors. *Octauum*. Ipsa fuit mors, quam etsi Iudæi violen
bant: multum tamen ab alijs diuersa ratione accid
nim necessitate quadam morimur, cum corpori
mitas vulnere, morbo, aliaue violētia, ita quassatu
diuturnior māsio impossibilis sit: at Christi corpu
tis ante mortem horis, ita erat flagris, sanguinis de
que tormentis fractum, vt iam naturaliter viuere n
Viuebat interim, donec venisset hora à Patre mor
ta, qua volens animam suam, libensq; tradidit: na
supernaturali virtute eam conseruabat in corpore
Ioann.10.18. volens, quæ prædixerat: *nemo tollit animam meam à*
ponam eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam &
mendi eam. Nota hic dolores ingentes quos pertulit
eo maxime tempore, quo iam supra naturam viueb
animam non detinebat naturaliter; atq; ita, nec m
erāt operationū organa, atq; ideo cū magno dolor
V. bat omnia, itū, statum, baiulationē, locutionē, alia
Post narratam passionem resurrectio narratur. Cōsidera hęc ô homo, & vide quantū Deo ꝑ his p
reddere. *Et tertia die resurget*. Nota in his verbis tria.
Christus narrationi passionis subiungat resurrectio

de ca-

de causis. *Prima*, vt recrearet Apostolos resurrectionis memoria, passionis auditu contristatos. Secutus consuetudinem testamenti veteris, vbi post minas, consolationis aliquid subiungere solet Dominus, vt recte notauit S. Ieronym. Sic apud Isaiam cũ dixisset. *Va genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, &c.* tandem subiungit. *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, &c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur; & si fuerint rubra quasi vermiculus, veluti lana alba erunt.* Similiter in omnib. Prophetis, qui amara dulcibus miscent, cum scribunt filijs Israel, quibus Deus erat notus, ac de quibus aliqua spes emendationis. Scribentes autem de punitione gentiũ, qui nec Dei notitiam habebant, nec quærebant: vt Nahum de Niniue, & Assyrijs, qui oppresserant decẽ tribus Israel, ac postmodũ vastabant à Chaldæis: & Habacuc, de Babylonijs, & Chaldęis, qui duas cœperant tribus, ac postea seruierũt Medis, & Persis, nihil subdũt in fine solatij. Qui enim obduruerũt in peccatis, & ex certa peccant malitia, solam expectare debent calamitatem interminam. Reliquis peccatoribus primum pœna proponitur, dein consolationes, vt timore pœnę absterreantur à malo, & amore virtutis rapiant ab bona. Contra sua instituit diabolus: allicit primum blanditijs, lętis, iucundisq; ad peccata; ac postea terrore, ac desperatione agit suos in barathrum præcipites. *Secunda*, vt discamus huius mundi mala finẽ habere, ac ideo formidanda nõ esse; gloriã autẽ subsecuturã sine fine. Hortatur nos eodem ad patientiã argumento, S. Iacobus, proponens sanctos, qui hic multa perpessi, iam in gloria exultant æterna. contra autem perit voluptas sæculi, & pœna, tormentaq; manẽt. *Tertia*. Quia fructus passionis Christi est, resurrectio Corporis Christi; ac nostræ primum quidẽ animæ, deinde & corporis; idq; dupliciter. Tum, quia Christus passione sua nobis gloriosã corporũ resurrectionẽ promeruit, tum etiã, quia in hac vita fortiores nos, & ad mortem animatiores reddidit. Nam ante mortẽ Christi mors corporis terribilis admodum erat, plena horroris, ac anxietatis. at postquam ille eam deuicit, atq; eneruauit, puellulæ etiam, quales Agnes, Prisca, &c. hilari eam animo exceperunt.

Hier. in c. 3. Amos.
Isai. 1. 4.
Ibid. 16.
Qui Prophetæ minis solatia subiiciant.
Diaboli fraus.
2.
Iacob. 5. 10.
3.

Christus de passione multa, de resurrectione pauca dicit.

Nota. *Secundo*, Christo de passione sua multũ fuisse sermonẽ, de resurrectione vnum solũmodo verbulũ: *tertia die resurget.* Quod ipsum Euangelistæ etiã secuti sunt; longam de passione texentes historiã, vix tactis eis quæ ad gloriam eius spectãt v.g. de transfiguratione, quæ vmbra quædam fuit gloriæ ipsi⁹ dicunt: *Et transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius, sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix.* de Ascensione nihil quam: *& eleuatus est in cœlum, & sedet ad dexteram Dei.* Quorum ratio est *inprimis*: Quia digni non sumus tantæ gloriæ auditores, nimium adhuc inde absumus, vt coloni, à corona & sceptro. *Deinde* quia pauci admodũ recta à terris in cælum euolant. maior pars aut ad inferos descendit, aut ad purgatoriũ. Quemadmodum enim, inquit Christus, pauci sunt serui fideles, & prudentes, plerique infideles sunt, & imprudentes, peccantes ex ignorantiã, infirmitate, aut malitia. *Tertio*, vt Deo seruiamus non tam retributionis spe, quam ex charitate, quæ in nobis passionis Christi meditationibus accenditur. Hinc etiam illud, quod in historijs multa legamus particularia, de inferni, ac purgatorij pœnis, pauca de cœlorum gloria, quæ omnem captum excedit.

Matth. 17. 2.

Marc. 16. 19.

Caussæ huius.

1.

2.

Luc. 12. 45.

3.

Cur dicat Dominus *Filius hominis*.

Nota *Tertio*: Quod loquens Christus de passione, ac resurrectione sua non dicat: *Ego*: sed *filius hominis tradetur*, &c. quasi de tertio quodam, & non de se loqueretur. Qua Phrasi communiter vti solet; non quod ipse ea perpessus non sit, in propria persona: sed quia ea patiebatur, ac gerebat pro nobis. significans nostram esse culpam; & nostros resurrectionis, ac passionis esse fructus. *Traditus enim est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* Contra Prophetæ cum de passione Christi agunt, loquuntur quasi ex persona sua: dicentes: *diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserũt sortem; Foderunt manus meas, & pedes meos. Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, &c. Significantes, nos esse caussam passionis Christi, quod pro nobis tolerata sit, & ex persona nostra: vt solatium firmum, ac fiduciam haberemus obtinendæ à Patre misericordiæ, cum miseri peccatores in nobis merita nulla agnoscimus. Possumus enim ei cum Sancto Paulo respondere: *Christus dilexit me, & tradidit semetipsum*

Rom. 4. 25.

Psal. 21. 17.

Psal. 68. 22.

Gal. 2. 20.

pro

pro me. Magna hæc pusillanimis est cōsolatio: ijs maximè, qui vel ætate, vel infirmitate, aut teneritudine, à magnis pœnitentiæ laboribus prohibentur. Offerunt Deo passionē Christi, tanquam à se toleratam; ipse enim pro eis sustinuit; non excludentes, cum hæreticis bonorum operū merita, sed confidentes magis de Christi passione, quam de bonis suis operibus: tum, quia illa incerta sunt, & forte peccatorum sordibus inquinata, tum, quia vim merendi ex Christi passione trahunt.

Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Ter repetit Euangelista, non fuisse hęc intellecta ab Apostolis; innuere volēs, rudem ignorantiam, quæ eiusdem rei repetitione signari solet. Nihil ægrius capimus quam passiones, paupertatem, labores, mortificationes, abnegationes, laudamus ieiunia satura, crucemque absentem: si nostram pulsauit ianuam, inuisa est; excludimus quantum licet, ac possumus, si nec hoc, cum murmuratione, ac exiguo tandem admittimus merito. Similes sumus Principibus Sacerdotū, Scribis, & Pharisæis; qui Christo ex cruce pendenti dicebant. *Si filius Dei es, descende de cruce, & credemus tibi:* Horremus conciones de cruce, volumus alias; de regno Dei, de beatitudine, de cœlo, de gloria, has vtraq; aure attendimus consolatoria, ac puluillos quærimus; non salem, ac vina mordacia. Conciones de castitate, abstinentia, liberalitate, patientia, & similes obscure nobis sunt, duræ, & occultæ. Christus æterna veritas clare inclamat. *Væ qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis. Væ vobis diuitibus, quia habetis hic consolationem vestram. &, Beati pauperes Spiritu, mites, qui lugent, qui esuriunt, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam,* &c. Quis audit? quis intelligit? quis credit? surdis canitur. Tres huius ignorantiæ causas commode dederimus, quoniam & trina est repetitio.

VI. — Ad passiones obscurdescimus. — Matt. 27. 42. — 2. Tim. 4. 3. — Luc. 6. 25. — Matt. 5. 4. — Triplex huius mali caussa.

I. *Prima*, ingenij nostri stupiditas, quod sublimia non fert, vt nec oculi vespertilionum, fulgorem solis. Ita non capiebant Apostoli, qūo immunis ab omni peccato Christus, dimitteretur à Deo, ad tormenta tam immania, item qūo Deus cū esset, pati posset, aut quomodo patiendo pugnetur, ac triumphet.

Existimabant Christum cum summa solennitate Ierosolymę suscipiendum, ac corporali potentia straturum inimicos, fugaturum, ac subiecturum. Eadem immo crassiori stupiditate laboramus & nos, dupliciter: *Primo*, ex natura nostra cũ diuina non capimus: de qua ad Nicodemum Christus. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si cœlestia vobis dixero, credetis?* Nam non capiebat regenerationis mysterium Nicodemus, sicut nec nos comprehendere possumus, quomodo aqua baptismi corpora lauans, abluat & animas, aut quomodo Christus corporaliter existens in cœlo, idem corpus vbique in terris sub Eucharistia constituere possit, aut quomodo tantus vir, sub tam breuibus cum carne, ossibus, neruis, &c. hostiæ terminis contineatur. In hac ignorantia succurrit nobis fides, quæ intellectionem, aut scientiam, cognitionemque rerum non exigit, sed assensum tantum, ac susceptionem eorum, quę nobis Deus proponit. *Secunda*, nostra stupiditas, à peccato est: quod natura sua excęcat, atque obtenebrat. Sicut enim qui à luce auertitur, cõuertitur ad tenebras, ac quo longius ab ea recesserit, eo videt etiam minus: ita qui in peccatis mortalibus extra Deum viuunt, extra lucem sunt in tenebris; densioribus quidem, quo peccata à Deo alienant magis, verbi gratia, gula, cuius filia est ingenij stupor. luxuria, vnde cæcitas mentis, inquit Sanctus Gregorius, ac supra omnia hæresis, quæ aufert fidem. Hinc mirandum non est, stulta videri sæcularibus, quæ reuera sapientia sunt: vt mundum relinquere, vitam asperam in certa Religione deligere, honores, dignitates, diuitias aspernari, &c. contra sapientia reputari, quæ reuera stulta sunt, verbi gratia, non parcere laboribus, ac molestijs, vt diuitiæ, vt honores quærantur, quæ breui relinquenda sint, & magnas, grauesque trahunt rationes, Item tempus in phalerando, ac comendo corpore, choreis, iocis, fabulis, epulis, alijsque vanitatibus perdere, vnde vtilitas animæ nulla, damna nascuntur non modica. Cum tamen tempus rerum sit pretiosissimum, cuius breui vsuram amittemus, sine vlla spe, vel horulam in æternũ recuperandi.

Altera huius inscitiæ causa est, non ingenij stupiditas, sed obscuratio inordinatorũ affectuum, amoris maxime, ac odij. hinc

Marginalia: Stupiditas nostra duplex — 1. — Ioan. 3. 12. — 2. — Lib. 31. Mor. cap. 31. — 2. causa inscitiæ.

hinc iuxta dictum Sapientis: *nec stultus verba prudentiæ admittit*, Proue. 18.2.
& iuxta Apost. *animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei.* 1. Cor. 2.14.
quia videlicet obtenebrant eum desideria carnis. fœneratores in vsuris peccatum non videt, nec in ebrietate potatores, nec in corporis cultu superbi, nec in Simonia, aut beneficiorum pluralitate, sacerdotes auari. Cum argueret auaritiam Christus, ridebatur à Pharisæis auaris, & incredulis. Hi similes sunt ægrientibus, qui palati, linguæq; vitio dulcia amara Luc. 16.14.
iudicant, ac contra, aut qui per coloratum vitrũ, alba, atque incoloria, colorata iudicat. Veritas vitiosis affectibus tegitur, atq; occulitur. Ideoq; inquit hic Euangelista. *& erat verbum istud absconditum ab eis.* Charitas de dilectis suis mala non intelligit, nec audit: nam *malum non cogitat*: inquit Apostolus. & odium de hostibus bona non admittit. sed facile audit, intelligit, credit, quæ de ijs narrantur mala. Amor Christi ita Apostolos obnubilarat, vt credere nec capere possent, quæcunq; de Christi morte narrabantur: arbitrabãtur eum loqui in parabolis, ac mysterijs: & quamuis alias, post auditas ex ipso parabolas, audacter responderint, se intellexisse *hæc omnia*: simplicia iam tamẽ verba non intelligunt, iam tertium inculcata, propter magnam qua detinebantur, caritatem. Cõtra Iudæi, qui ipsum oderant, statim sciebant quo tenderet, quod vno verbo tantum de cruce insinuabat. *Ego vt exaltatus fuero à terra*: hoc enim erat, quod volebant. Cor hominis modulo, ac formæ simile est, quæ, ad sui similitudinem, efformat imagines sphæricas, quadrangulas, qualis est ipsa. Si charitatis rotũditas in corde est, omnia accipiuntur in bonum, si odij ac inuidiæ anguli sunt, omnia in malum. qualia intus fouemus studia, talia & illa quæ audimus, effigiamus. 1. Cor. 13. 5. Matt. 13. 51. Ioan. 12. 32.

Tertia causa est. Cum inducti argumentis quibusdam, falsa quædam pro veris credimus: rati bonas esse nostras rationes, quod ijs accidit qui contrarias propugnant, ac ratione tuentur opiniones. Talis etiam inscitia fuit in Apostolis, qui ex Pharisæorum doctrina persuaserant sibi, Christum mansurũ *in æternum*, & euecturum ipsos ad dignitates maximas, ac restituturum regnum Dauid. Hinc duo filij Zebedæi primas petebant in eius aula. Duo discipuli cũ quibus ambulabat in 3. Caussa. Matt. 20. 20.

Luc. 24. 21. Emaus, dicebant se putasse: *quod ipse esset redempturus Israel.* Haec ignorantia in omnibus est, qui quærunt excusationes in peccatis. Vsurarij, per interesse, quod (vt aiunt) non intelligunt Sacerdotes, & Doctores. potatores, per suauitatem, ac recreationem, auari, per prudentiam; comtuli per honestatẽ, ac con-
Eccle. 7. 9. Ioan. 5. 19. ditionem suam quæ talia exigat. Nec audiunt verba Sap. *Ne pecces in multitudine ciuitatis. mundus* enim *vniuersus in maligno positus est.* Nonnulli rationes, & argumenta de scripturis cudũt, quibus sua probent. quemadmodũ ijs suadere volebat Chri-
Matt. 4. 6. sto diabolus, vt præcipitaret se de pinnaculo tẽpli. Tales sunt hæretici, qui apud idiotas, luxuriam, gulam, inobedientiamque suam, aliaq; peccata innumera, Dei verbo propugnant, ꝙ ad phantasiam, ac cerebrũ suum torquent, & explicant. Ita Monachi vota sua deserunt, paupertatis, castitatis, obediẽtiæ vitęq; monasticæ; ita carnes manducantur in quadragesima, excutitᷣ iugũ obedientiæ, & quæritᷣ exemtio ab Ecclesiasticis constitutionibus, & præceptis. Vides hic iam gradus ad heresim, malos se carnalesq; affectus, ac Scripturarũ quædã, quib. operiantᷣ, tectoria. Ora Deũ, vt intellectũ tuũ illustret, vt trib.

Tres scientiæ ignorãtiis oppositæ.

his ignorantijs; tres habeas oppositas scientias. *Primam* per fidem. *Secundam* per donum Sapientiæ ꝙ gustum tibi det. *Tertiam* per bonas rationes, quæ fidẽ in te roborẽt, & cõfirment.

VII. *Factum est autem, cum appropinquasset Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.* Cum de passione sua apud Apostolos egisset Dominus, procedit ad pietatis, ac miraculi operationem. *Primo*: vt Diuinitatem suam adstruat, ac discipulos in fide stabiliat, non humanitatis tantum suæ, secundum quam

Christus opera misericordię subiungit narrationi passionis.

1. mori & poterat, & debebat: sed & diuinitatis, quæ miracula
2. operari poterat. *Secundo*, vt nos quinq; doceat. *Primum*: nõ sufficere bona audire, loqui, meditari, sed post meditationes,

Quinque documẽta

colloquia; ac auditũ applicanda illa esse ad vsum. fructus. n.
1. diuini verbi est, opus bonum. *Secundum* vnicuiq; pauperem
2. proximum pro viribus esse iuuandum. Christus infirmos, ac deformatos sanare poterat, hoc nos nõ possumus; iuuare interim pecunijs, consilijs, fauore, opera possumus; vnusquisq; tribuat, ꝙ inuenerit manus eius; alius corporalia, alius spiritu-
3. lia. *Tertium* vbiq; prodesse, inquit Theophylactus, non in no-

stra

ſtra tantum patria, ſed vbicunq; locorum agamus. Vbiq; .n. diſcipulatū Chriſti præferre debemus, de quo ipſe: *In hoc cognoſcēt omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueretis ad inuicem*.i. mutuo benefaciatis. interior enim charitas, per externa tantum officia agnoſcitur. *Quartum*. Quod Deus omnib. bonum propoſitum facientibus, illud ipſum implendi largiatur commoditatem. Vt cum Abraham, & Loth, peregrinos expectarēt, exercituri hoſpitalitatē; cōuiuas acceperūt Angelos. Hinc ipſe etiā vbiq; claudos, cæcos, defectuoſoſq; inuenit. Eueniet idē & tibi, ſi ſerio emendationē ꝓponas. inuenies.n. in Eccleſia ſacerdotes, qui confeſſionē excipiāt, ante Eccleſiam pauperes, quib. bene facias; in via pios, quorū ædificeris exēplo. Idē in malū dæmō agit, vt cadas. Si gulā quæris, helluonē mittet, qui te ad tabernas ducat; ſi venerē, ſpecioſam aliquā, vt Dauidi, Bethſabeen, obijciet tibi; ſi aleā, ingeret ſociū, nutas in fide, iā aderit continuo, qui te euertat, hęreticus, diabolo te dare vis, ꝑſto erit ad placitū magus. Patet hoc in Theophilo quodā, Adanæ in Cilicia Archidiacano, tēporibus Iuſtiniani Imperatoris. Hūc cū amouiſſet ab officio Epiſcopus, in puſillanimitatē incidit, pp magnā quā inſons ſuſtinebat infamiā. Vidēs hæc diabolus, noctu ædes Iudaici cuiuſdā magi vt adiret, induxit: à quo nocte ſequēti, ad diabolorū quoddā ductus eſt conſiſtoriū, omnē ipſi operam addicentium, quin nō priſtinos tantum, ſed & ampliores pollicebant̃ honores, modo Chriſtū, cū B. Virgine abnegare vellet, ac illud ipſum ſanguine conſignare. Fecit omnia miſer Theophilus, ſeruauit etiā ꝓmiſſa ſua diabol⁹: ſed Dei benignitate, & B. Virginis interceſſione, poſt paulo ad ſe reuerſus eſt, vt ſupra breuiter cōmemoraui. *Quintum*, Corporis cæcitatem multo citius curari quam animę. Toties, ac tot iam verbis, de morte ſua cum diſcipulis egerat Dominus, & tamē intellexerunt parum: tribus etiā annis, ſed ſine fructu, prædicauerat Phariſæis. Vnum hic verbulum dicit. *Reſpice*, & ſanatur cæcus. Diſce grauiores, & periculoſiores eſſe animæ, quam corporis morbos, ac leuius eſſe reſuſcitare mortuum, quam conuertere peccatorē. Quare peccata mortalia vita, ac Deum roga, pro paſſionum vitioſarum depoſitione, illæ enim animorum morbi ſunt.

[Margin notes: *Ioann. 13. 35.* — 4. Deus dat occaſionem boni. *Gen. 18. 3.* — Diabolus peccati oportunitates ſuggerit. *2. Reg. 11. 2.* — *Sur. tom. 1. 14. Febr.* — *Dominica 2. poſt Epiph. § 5.* — 5. Anima corpore difficilius curatur.]

Diffi-

Quæstio. *Matt. 20 30. Marc. 10. 64.*

Difficultatem mouent de hoc cęco: fueritne idem de quo Matthæus & Marcus scribunt? Dicunt enim hi illuminatum cæcũ à Domino exeunte de Iericho, Lucas, eunte in Iericho: Matthęus item de duobus cæcis loquitur: Marcus de vno tãtum, quem *Bartimeum* nominat. Euthymi[9], tres putat esse historias, S. August. duas; vnam videlicet quam S. Lucas in hoc descripsit Euangelio, alteram quam Matthæus & Marcus prosequuntur. Quod enim Matthæus vnum, Marcus duos dicat, inde accidit quod ille vnus esset principalior, *Bartimeus* videlicet: alter autem ignotior. Alii ex his tribus vnam solum conficiunt historiam, & putant cæcum hunc primum portæ sedisse vicinum, qua Christus ingrediebatur Iericho, ac clamasse *Iesu Fili Dauid miserere mei*: cum autem trãsisset neglectũ Iesus, cucurrisse continuo ad portam oppositã, qua Christus de ciuitate erat exiturus, ibidemq; cum cæco quodam altero præstolatum aduentum eius, & sanitatem, prandebat enim in domo Publicani Zachei, antequam exiret Iesus. Interpretio S. August. communissima est. Quamuis .n. multa in hisce historiis coinciderint, quod secus viam sederint, ꝙ iisdẽ verbis vsi sint, ꝙ increpiti sint à transeuntibus, quod fortius nihilominus exclamauerint, quod idem à Christo interrogati sint: *Quid tibi vis faciam*, quod iisdem verbis sanati. *fides tua te saluum fecit*. Possunt nihilominus distinctę esse historię, quod prior cæcus sanatus, alios instruxerit duos de sanitate à se, tali modo recuperata, vt & illi eandem tentarent rationem: dans nobis exemplum, quid facere soleant sancti, vt adeo impetrent, quæ nos etiam postulamus, v. g. peccatorum remissionem, conscientiæ quietem, gaudium spiritus, fiduciam bonã, attentionem, deuotionemq; in precibus, humilitatem, reliquasq; virtutes, ac vitam demum æternã, eaq; in ipsorum vita obseruantes, iisdem instemus vestigiis, eadem vtamur agẽdi ratione. S. Gregorius, per hunc cæcum, genus humanum ait, significari, quod tam propriis, quam primorum parentũ peccato, excæcatũ est. Omnis enim peccator, quantumcunq; sibi prudens videatur, ac diues; cęcus est, & pauper, vt Christ[9] Angelo Laodiciæ iubebat scribi: *Nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*: Quemadmodum enim cæci.

[Margin notes: 1. responsio Euthymij. 2. August. *Lib. 2. de con sen. Euang. c. 65.* 3. aliquorũ. *Luc. 19. 6.* B. Aug. sententia optima. *S. Gre. Hom. 2. in Euang.* *Apoc. 3 17.* Cæci mala.]

Primo

Primo quidem: lumen non vident. *Secundo*, ductore egent. *Tertio*: facile cespitant. *Quarto*, de rebus, non vt sunt, sed ex auditu iudicat: aurum aliquando pro cupro, & cuprum pro auro habens, ita & peccator. *Primo*, Lumine diuinæ gratiæ destituitur, iuxta S. Ioannem: *qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, in hoc veritas non est. Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas est. Secundo*, Ductore eget, sicut Saulus, qui ducebatur Damascum, ibiq; ab Anania baptizabatur. Instrui debebat à piis, eruditisq; hominibus; sicut Dauid à Nathan, & Gad, cum in peccato luxuriæ suæ multos menses incurius viueret. *Tertio* facile ad maiora decidit. Sicut Petr⁹, qui in domo Caiphæ se sociauerat malis, ac primo simpliciter negabat Christum, deinde iurare cœpit, quia nō nosset hominem; tertio, etiam anathematizare. Peccatum peccatum trahit, donec peccantem in abyssum demergat. *Quarto*, non vt sunt res æstimat, sed vt narrari audit. Si audiat pulchrū esse noua quadā formula vestiri, nouas discere saltatiunculas, noua tentare, credit & obsequitur. Pauper etiā est peccator, veris spoliatus animæ suæ diuitiis, sicut Ierosolymitan⁹ ciuis, qui descēdens in Iericho in latrones incidit, qui & spoliauerunt eū, & vulnerarūt. Carnificibus similis est diabolus, qui maleficorū ora obuelat, quorū vitā laqueo vel gladio extorquet, ne ictū videant veniente͂. Ita excæcat nos diabolus, & omnia nostra aufert, vt nos in morte͂ inducat æternā. Cogitāda hæc sunt omnibus peccatoribus, maxime diuitib. qui pauperes in hoc mundo adspernantur. Idem. n. in Iudicii die sentient, quandoquide͂ illic tanquā inopes, deformes, miserabiles apparebūt, nō possidētes spirituales, quæ ibi in pretio sunt, diuitias. Cū spiritualiter cæcus mēdicus, gratiæ lumen à Christo obtinere vult; cū cæco hoc Euangelico, dece͂ faciet. *Primo*: curabit cæcitate͂ suam agnoscere, & inopiā. principiū enim sanitatis, morbi cognitio est. Ridebant Christū Pharisæi ꝙ eos cæcos reputaret, cū viderent sibi videntes. Quādiu ignoras miseriā propriā, desperāda sunt in te auxilia. *Secundo*, Viam occupabit, qua transiturus est Christus. nec declinabit extra illam. *Beati enim* (inquit Dauid) *immaculati in via*. Pauperes occupare solent viarum angulos, hinc rex mādabat seruis suis

Peccatori applicata.
1.
1. Ioann. 2. 4.
1. Ioann. 4. 8.
2.
Act. 9. 8.
2. Reg. 12. 9.
2. Reg. 24. 13.
3.
Matt. 26. 74.
Psalm. 41. 8.
4.
Luc. 10. 30.
Peccator illuminandus quid agere debeat.
1.
Ioann. 9. 41.
2.
Psal. 118. 1.

Matth. 22. 9. Vita Christi — suis *exitu ad exitus viarũ*.i.extremos angulos. Via quã cum discipulis suis Christus ambulat, Ecclesia est: extra quã nec egreditur, nec Spiritum S. mittit. Medium huius vię, est semita iustorum: qui nec ad dexteram declinant, nec ad sinistrã.i. nec nimis multum, nec parum nimis agunt: in excessu.n. ac defectu vitium est: nam virtus in mediocritate cõsistit, ac medio. Deut. 5. 32. Ibid. 17. 11 Ibi. 28. 14. — Deus præcepit filijs Israel, vt recte ambularent in mandatis suis, & sacerdotum doctrina; nec ad dexterã, nec ad sinistrã. hæc enim viarũ extrema sunt, ad quæ in Ecclesia peccatores, Sedere quid. — non progredientes subsistunt, sed desident: quasi securi, cum merito timere debeãt, vt à cœlorũ superna ciuitate excludãtur. Bonũ interim ꝙ sint *secus viã*.i. apud recte ambulantes ac bonos. Sermonibus enim, exhortationibus, ac pia bonorum vita Christũ audiunt transeuntẽ, cum videlicet dulcẽ aliquã inspirationẽ sentiunt, aut deuotionem, per ea quæ vident, ac audiũt. Idcirco oportet cæcos hos obseruare, occasiones cõuersionis à Deo oblatas. Quotidie ad sacra cõuenient: Corpus.n. Domini spectatũ cũ reuerentia, nõ minus transmutare Virtus Eucharistiæ. — potest animã, quã Basilisci adspectus corpora, in perditionẽ. & quemadmodũ aulici, quocumq; eunt, pastillorũ suorũ odores diffundunt: ita & Christi corpus in Ven. Sacramento, gratias aliquas spargit, quæ piorũ mentes mouent: Verbum Dei audient, quod efficax est, & penetrat vsq; ad *diuisionem animæ & spiritus ossium quoque & medullarum*. *Tertio* mendicabit à Heb. 4. 12. 3. — transeuntibus eleemosynas.i. à bonis, qui cũ Christo in cœlũ proficiscuntur. Petet ipsorum intercessiones, & communicationem meritorum ipsorum. & sicut gratum est pauperi quid quid offert, ita & hic egenus noster, nullas omnino spirituales respuet eleemosynas. Quemadmodum enim septem corporalia sunt misericordiæ opera, hoc versiculo comprehẽsa:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Ita & septem spiritualia sunt: quæ spiritualiter pauperibus, secundum animam fiunt. hoc versiculo comprehensa.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, or[illegible]

Quare cum pius aliquis, medicum [illegible] monet, aut corripit peccantem, gratũ habebit, & eo bene [illegible]em vtetur.

Mali

Mali cæci mendicant ab omni creatura aliquid, aut recreationis, aut cõmodi ignorantes quid faciãt, sicut corporaliter cæcus, audiens adgredientem bestiam, opinatur hominem accedere, & rogat eleemosynam.

VIII. *Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset.* Corporaliter cæci vt plurimum curiosi sunt, vt audiant quæ non vident. ac ideo sciscitantur multa, vt multa cognoscant. Bonum foret, si rationes cæcitatis suæ expenderent, ac dein Deo gratias agerent, neminem enim nobilissimo sensu spoliat, sine bona ratione, ad animæ salutẽ, aut suam gloriã. *Primo*, in cæcitatem quidam incidunt, vt glorificetur Deus: vt de quo S. Ioannes scribit, interrogasse discipulos. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Respondit Iesus: *nec hic, nec parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Secundo*, Quidam cæcitatem pro probatione accipiũt, vt sint exemplum patientiæ: vt S. Tobias, cui dicebat S. Raphael Angelus: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Tertio*: Alij vt mundum, ac sæcularia omnia relinquentes, cœlestibus sedent cogitationibus: vt Isaac,[a] Iacob,[b] & Heli.[c] Tales sæpe sunt decrepiti, diuitesque, qui rerum temporalium cura nimis fuerunt intricati, & raro interna tractarunt. Deus his misericorditer commoditatem, ac tempus donat, priorem vitã bene recogitandi, ac pœnitentia cæcitatis pro præcedentibus delictis satisfaciendi. Ita non legimus à Christo diuiti vlli cæco visum restitutum, mendici omnes erant, ac pauperes; quibus in visu, ac manibus quæstus omnis. diuitibus autem iam positus est in lucro tibus, nec famuli, famulęque desunt, qui cæcitatis defectum suppleant. Molestum solum est, sedere in tenebris, & lumen cœli non videre: vt aiebat Tobias: at leuis hęc nobis videri debet pœna, tum, quia id tantum ablatum nobis est, quod cum muscis, ac culicibus habebamus commune, vt respondebat S. Franciscus, monẽti vt à lachrymis temperaret, ac oculis visuque parceret. Parua enim (inquit) est iactura visus, quem & muscæ habent. tum, quia cæcitas tanto plus pro peccatis satisfacit, quanto est onerosior, & id tollit quod inter quinque sensus habemus pretiosissimum. tum etiam, quia interiorem visum, vim-

Causæ cæcitatis.
1.
Ioan. 9. 2.
2.
Tob. 12. 13.
3.
a Gen. 27. 1.
b Gen. 48. 10
c 1. Reg. 3. 2.
Christus non legitur diuites cæcos sanasse.
Tob. 5. 12.
Cæcitas parua pœna.

vimque ingenij ac cognitionem Dei acuit & auget. S. Audomarus Terwanensis Episcopus, in senectute, vt auctor est Folchardus [a] Bertinensis, visum perdidit; cumq; eum recepisset, intercessione Episcoporum, qui ipsi aderāt, in translatione corporis S. Vedasti, [b] non acquieuit, sed iterum cæcitatē impetrauit à Domino, vt narrat Alcuinus. [c] Didymus Præceptor Sancti Hieronymi, cum cæcus esset, plenus erat omni scientia illarum rerum etiā, quæ sine visu vix addiscuntur, vt Matheseos. ac ideo à S. Hieron. non cæcus, sed *videns* dicitur, tanquam interiores habens columbæ oculos, quos in sponsa sua commendat Christus. Ruffinus quotidie rogare scribit solitum, non vt visum reciperet, sed vt cordis lumē internum videret, externum enim lumen distrahit magis, quam colligit mentis intelligentiam: adeo vt Philosophi quidam, inter quos Democritus, philosophandi causa, oculos sibi eruerint.

a Folchardus in gestis eius Tom. 5. die 9. Septemb.
b Habes id in vita Vedasti tom. 1. Sur. 6. Februar.
c Præfat. in librum Didymi de Spiritu S.
Cant. 4. 1.
Lib. 2. histor. cap. 7.
Cicer. 5. Tuscula. qqum.

4. *Quarto*, Quidam excæcantur à Deo, ne sæculi huius mala videant, quibus affligerentur magis. quale Sozomenus de Mari Chalcedonēsi Episcopo refert oculis capto. qui cum intellexisset Iulianum Apostatā Constantinopoli Fortunæ sacra facere, eo deduci voluit, quo cum peruenisset, increpuit Imperatorē, impium eum dicens, ac Apostatā. Nihil ad hæc Iulianus, nisi: *caligas bone senex, Galilæus tuus Iesus sanare te non potest.* Ad quæ Maris. *Eo quidem nomine gratias ago Deo meo, qui me orbauit luminibus, ne vultum tuum, qui tam ad omnem impietatem proiectus est, aliquando adspiciam.* Idē respōsum à B. Pigmenio Martyre ac sacerdote Romano, idem Imperator retulit, vt alij testātur.

Socra. l. 3. hist. c. 10.

5. *Quinto*, Quidam cæcitate à Deo puniuntur, propter peccata sua; tum, vt futura caueant; tum, vt præterita defleant. Sophronius Patriarcha ita se, cæcum, de cæcitatis suæ causa, narrantem, audisse scribit Alexandriæ. Iuuenis eram non labore, sed furtis victitans: Atque ita vidi aliquando diuitis viri funus, splendide vestitum efferri, quod sepultum, celebratis de more sacris, refodi, exui, nihilq; reliqui præter lodicem, abituriens vero cogitaui & hanc mecum sumere. Quod cum facerem, & cadauer vellem relinquere denudatum, surrexit mortuus, & digitis suis oculos meos eruit. Ac ita profugi inde cæcus, & victum mendicitate quæro.

Maritus l. 5. c. 4. ex Martyro. Vene. Beda. Ierosolymit. in prato spiritu. c. 77.

Quar-

Quartum: quod spiritualiter cæco faciendum sedulo, incũbit; est, sciscitari quid agatur in via? non rerum nouarum, aut vanitatum; sed eorum, quæ ipsum concernunt, verbi gratia, de transitu viuentium, de strepitu mundi, de Christo, ac similibus. videlicet quod omnes pertranseant, nemo hic maneat, quod moriendum sit omnibus, quod omnia pereant quæ in mundo sunt, quod in mundo nihil sit præter strepitũ, tumultum, molestias, bonorum progressuum impedimenta, vbi inueniatur Christus, quomodo accedatur &c. Hęc quęret ex ijs qui præcedunt, id est, ex Ecclesiasticis Superioribus, Sacerdotibus, Religiosis, qui in processionibus, Venerabile Sacramẽtum antecedunt, quod sæculares homines subsequũtur: tum, quia nobiliores sunt, in profectione Ecclesiæ in cœlum; quomodo nobiles solent antambulare Principẽ, ignobiles comitari à tergo: tum, quia ipsorum in ligando, ac soluendo à peccatis, sententia, sententiã Christi antecedit vt S. ait Bernardus, *Sententia Petri præcedit sententiam cœli.* Nam vt inquit Hilarius, *Quidquid Petrus, & posteri eius in terra iudicant, hoc ipsum in cœlo confirmatur*. Ecce, inquit B. Maximus, Taurinensis quãti in cœlis sit B. Petrus, cuius data in terris sententia, in cęlis nõ reprobatur. data enim est illi aperiẽdi, ac claudẽdi cęli potestas. Quidquid autem de Petro dictum est, intellige de omnibus, qui parem per ipsum acceperunt potestatem. libenter itaq; cæcus noster spiritualis consulet Sacerdotes, & Doctores Ecclesiæ, quorum est demonstrare Christum, & cæcas ad ipsum adducere animas, & de morte, de sæculi inquietudine, de suauitate iugi Christi, cum omnibus colloqui.

4. Quod faciat spiritualiter cæcus.

Cur in processionibus Ecclesiastici præcedãt laicos.

Serm. 1. de Apost. Petro & Paulo.

Hilar. c. 16. in Matth.

IX.

Dixerunt autem ei; quod Iesus Nazarenus transiret. Maximũ misericordiæ opus, quod pauperi exhiberi possit, est; Christũ illis ostendere, vt hi faciebant. Quemadmodum enim omnia donauit nobis, & condidit Dominus; vt inde ad eius veniamus cognitionẽ, & amorem: ita vult vt pauperes eleemosynis nostris, ad Dei cognitionẽ, & virtutum studia, promoueamus nec faciamus minus, quam pleriq; hæretici, qui pauperculos eleemosynis, & spe quęstus ad cõciones suas seducũt, ac sectas. Misericordia enim à Dauide appellatur; *misericordia Dei*: non tantum, quia ad omnes se extendit, sicuti omnibus benefacit

In eleemosynis pauper quoq; spiritaliter iuuandus.

2. Reg. 9. 3.

Matth. 5. 45. Dominus; verũetiam, quia, homines ad Deum adducit. Du-
Per eelemo lynas dupliciter fit bonum spirituale. pliciter per eleemosynas Dei cognitio, & virtutis studia, in ho-
minib. augentur: sicut duo hominum genera sunt, quibus vti-
liter benefit. *Alij* peccatores sunt; qui tali via instruũtur, & con
1. uertuntur. sicut S. Elisabeth pauperes docebat Catechismum,
Iacobus Montanus in eius gestu. tom. 6. Sur. 19. Nou. infirmis procurabat Sacramenta, inuoluntarios etiam rigo-
re, & pœnis cogebat esse frugi. *Alij* eleemosynis tuis ad maiora
bona promouentur, & merita: quales sunt pij, qui per eas in
2. bono suo statu iuuantur, vt Religiosi, qui ex mendicitate vi-
Eleemosyna vna alteri præstat. uunt, & Deo seruiunt. Verum quidem eleemosynas omnes
ad Dei gloriam datas, danti prodesse; non tamen æqualiter o-
mni pauperi prosunt, & quædam etiam Deo acceptiores sunt,
ac magis fructificant. Si enim misericordiam facis alicui cor-
poraliter, qui tuo beneficio non fit melior, eleemosyna equi-
Eccles. 29. 15. dem ascendit in cœlum, & *in conspectu Domini pro te deprecatur:*
inquit Sapiens. peccator interim, qui eam transfert, manet
exclusus. Conuerte ea homines aliquos, aut Christianam per
illam doce doctrinam, aut aliquid aliud, salutare accipienti-
bus: & intrabit in oculis Domini, & secum trahet illos, per te
adiutos, & duplici nomine accepta est Deo: tum, quia ex cha-
ritate profecta; tum, quia proximum est lucrata: ac tanto pro-
cul dubio gratior, quanto per eam plures conuertuntur. Sin
Religiosos iuueris eleemosynis, in precibus, sanctisque exer-
citijs suis, in animarum subuentione, alijsq; pietatis operibus,
iam eleemosyna tua ab his in cœlum defertur, & conspectui
Dei exhibetur, & fit Deo commendatior per ipsorum inter-
cessiones, & merita. quæ tanto ipsi gratior est, quanto dignio-
res, sunt qui illam offerunt; quo plures, quo sanctiores, quo
Eleemosynæ 4. genera. vtiliores proximis. Disce igitur quatuor eleemosynarum ge-
nera. *Primum*, Earum quæ ex naturali quadam miseratione fi-
1. unt; vt proximus sine vlteriori consideratione, in corporis ne-
Eleemosynæ malorũ quid mereantur. cessitatibus iuuetur. vt gentiles, ac Christiani nequam, non
pauci liberalissime solent benefacere. pro quo præmij tem-
poralis aliquod recipiunt; longiorem scilicet vitam, prosperi-
tatem, aut per illa etiam disponi solent, ad fidẽ, aut diuinam
Act. 10. 4. gratiam, vt Cornelius centurio. Pij eleemosynis his cœlũ me-
Piorũ eleemosynæ. rentur, tanquam bono aliquo opere, ex charitate causato: na-
turalis

turalis enim ipsorum commiseratio diuina gratia non minuitur sed perficitur. *Secundum*, Earum quæ ex charitate fiunt, vt iuuetur peccator, quamuis ipse iuuari hac ratione se nō sinat. 2.
Tertium, Earum; quarum occasione peccata declinantur, & promouentur virtutes. *Quartum*: Earum, quæ caussæ sunt vitæ perfectæ, ac lucri animarum. Quare considera quomodo impendas pecunias, id est, quo fructu dispenses eleemosynas. Quemadmodum enim stabiles, ac imputribiles merces mercaris libentius, quam res pretij minimi, quas tamen aliquando emis necessario; ita satius est illic collocare eleemosynas, vnde plura speras refundenda pro te merita: quam apud médicos ostiarios, etiamsi & ipsis aliquando necessario subueniendum sit. Si pauperes, nec inueniat manus tua, quod tribuat; labora vt alios, quibus media sunt, ad beneficentiam inducas, vt particeps fias eleemosynarum: sicut Apostolus Corinthios, aliosq; Christianos mouebat, mittere gratiā suā pauperib. Ierosolymā; qui omnia pro Christo reliquerant. Refert Palladius, pia fraude vsum fuisse Macariū Alexandrinū. Erat Alexandriæ matrona nobilis, quæ vt comeret se, ac cognatā honeste elocaret, anxie quærebat pretiosissimas gēmas. Venit ad ipsā, dicens, se multos apud gēmariū vidisse smaragdos, & hyacinthos, facili pretio parabiles ipsi futuras cōmodas; daret tantū 50. illis redimendis aureos. Fecit perquā libens, & quotidie dictas expectabat gēmas. Cumq; nemo adferret, tandē eas à Macario postulauit. Respondit. imò inquit Domina, si comitari placet, videbis; & habebis, si voles, alioquin pecuniā tuā recipies. Comitata est hilariter. Reduxit eam in Nosocomion, & duplicis generis pauperes illi ostendit, in quos pecunias dispē derat; pauperes videlicet, claudos, infirmos, viros, ac mulieres. Mulieres inquiens quas vidisti superius; hyacinthi sunt, quib. non inuenias meliores; Viri dein inquit, quos infra vidisti; smaragdi sunt, pretij maximi. si non placent, restituetur tibi pecunia. Erubuit videns se deceptam, ac Dei gratia acquieuit, facto hoc solum dolens, quod misericordiæ opus per alienam astutiam, non per propriam pietatem, ante fecisset.

3.
4.
2. Cor. 8. & 2. Cor. 9. a.
C. 5. historia Lausiaca.

Cæcis spiritualibus quid respondendum.

Quantum ad spiritualiter cæcos, docemur hic; quid illis respondendum sit, cum nos de Christo, aut de mundo inter-

rogant. dicemus Iesus Nazarenus prope abest, sed transit. Adest nobis in vita hac, & in ea inuocandus, ac orandus est, vt inquit Isaias: *Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est.* Cum in peccato morimur, recedit à nobis, nec inuenitur etiamsi quæratur, sicut dicebat Iudæis: *quæretis me, & non inuenietis; & quo ego vado, vos non potestis venire.* Recedit etiam in hac vita à nobis, cum gratiam suam subtrahit, &, cum Pharaone cor nostrum indurat. Quod fit, cum ex minoribus ad maiora peccata relabimur, ac inde in peius, ac sic consuetudinem paulatim accipimus peccandi, & venimus in profundum, ac tum, vt inquit Sapiens, *contemnimus* Dei admonitiones, & gratiam. Quamuis enim omnes dum viuunt, per gratiam Dei à peccatis resurgere possint, &, quia *omnes saluos fieri vult*, eam nemini negat; non tamen omnes piam illam habent voluntatem, vt conuertantur: quia & illa ipsa à Deo est, vt inquit Apostolus. His, ac similibus verbis, incutiendus timor est spiritualiter cæco, ac stimulandus ad vitæ correctionem. Sicut enim *timor Domini principium est sapientiæ*, ita raro (inquit B. Augustinus) magni peccatores conuertuntur, nisi per nouissimorum metum, quæ qui memoratus fuerit, *non peccabit in æternum.*

Isai. 55. 6. *Ioan. 7. 35.* Deus quomodo induret. *Prou. 18. 3.* *1. Timot. 2. 5.* *Philip. 2. 14.* *Psal. 110. 10.* *Cap. 5 de Catechizandis rudibus.* *Eccles. 7. 40.*

X. *Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.* Imperfectus ait, cæcum hunc Christi sensisse aduentum. Vt enim rosa, odorem, spargit suauem; ita & Christus accedens ad homines. S. Bernardus dicit, nos sentire aduenientem Christum, cum spiritualem aliquam in nobis percipimus mutationem; vt auersionem, ac tædium mundanorum, desiderium seruiendi Deo, gustum diuini verbi, suauitatem spiritus, &c. Cum hæc in nobis persentiscimus, certum est Christum in auxilia nostra propinquum esse; ac tempus est cum cæco hoc clamandi: *Iesu fili Dauid, miserere mei.* Quod *quintum* est, ad restitutionem spiritualiter cæci requisitum: Duo hic insinuantur notatu digna. *Primum,* Orandi modus. *clamabat* enim. Quamuis non procul abesset ab illo Christus, ille tamen procul erat à Christo. Quemadmodum enim illum videre poterat Christus, non autem ille Christum: ita peccatori adest Christus prope auxiliaturus; peccator autem gratia orbatus abest ab eo lõge.

Imp. hom. 36. *Bern ser. 4. de modis orandi.* 5. Quod facit cæcus Duo notanda. I. Modus orandi.

Necesse

Necesse itaque non vt loquatur tantum, sed etiam vt clamet, non tam exaltatione vocis, (quam in Sacerdotibus Baal ridebat Helias) sed cordis affectu; sicut clamabat Moyses sine voce, qui ita clamauit ad Dominũ, vt tacere iussus sit, impetratis omnibus quæ postulauerat. Multorum ora clamant; qui Deum labijs honorant, *& cor eorum longe ab eo*; vt ex Isaia, dicebat Christus. Hi dum loquuntur tacent, inquit B. Gregorius. Non sufficit clamare ex corde, sed ex toto corde clamandum est. sicut de se dicebat Dauid, *Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine*. Ex corde clamat, qui serio quod orat, petit; non tamen ex toto corde orat, si quidquam in se habet, quod ipsum, quo minus impetret, impediat. qualia sunt peccatũ aliquod, bona male parta, occasiones peccatorum, aut si medijs non vtitur, quibus debet, vt impetret. vt si sanctus esse quærat sine operibus bonis, à peccatis eripi, sine confessione; aut verum cordis sentire gaudium, sine Sacramentis, alijsque diuinis exercitijs, &c. Hinc disce; paucos ad Christum clamare, pauciores etiam ex toto corde. Quotidie templa adimus, certas preces dicimus, sed ex consuetudine magis, quam ex deuotione; nescimus quid à Deo petierimus, & si scimus, legendo tãtum petiuimus, vix attẽdẽtes nostra verba. Optima oratio est, quã docet nos Spiritus sanctus. de quo S. Paulus, ait quod *postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. Quod tum fit, quando *ex abũdantia cordis os loquitur* ea, quę necessitas suggerit: vt pijssima Samuelis mater Anna[a], Tobias[b], & Sara[c], cum essent in angustijs. Ita & hic faciebat cæcus; alijque qui à Christo corporalia subsidia flagitarunt, vt idẽ discas in tuis difficultatibus agere.

3. Reg. 18. 27.
Exod. 14. 15.
Matth. 15. 8.
Isai. 29. 33.
Lib. 2. Moral. c. 18.
Psal. 118. 145.
Rom. 8. 16.
a 1. Reg. 1. 7.
b Tob. 3. 1.
c Ibid. 10.

2. Notabile Singulorũ verborum explicatio.

Secundũ; in ipsa oratione est; cuius singula verba habẽt energiã, & mysterium. Verbũ *primum* est, *Iesus*, id est, Saluator: significans Christi Diuinitatem, quæ sola nos potest saluos facere, sicuti sola nos potuit de nihilo creare. Quemadmodũ enim artificiosissima pictura artificis alicuius qui in prouincia parem non habet, erasa, aut confracta à nemine restitui potest; nisi ab illo qui primo eam confecit. ita animæ nostræ ea est nobilitas, vt solius Dei manus in creatione, & reparatione, admittat, Credet itaque spiritualiter cæcus, Christum verum esse Deum, ac suam deplorabit iniquitatem, qui tam ornatam

Iesus.

Cur dictũ Iesu. Dei imaginem vitiauerit, ac coinquinauerit penitus; orans Deum, vt reparet id quod solus potest. Aduertendum quod
1. nõ dixerit *Deus* aut *fili Dei* sed *Iesu*. *Primo*: quia non sufficit credere Filium Dei esse Christum, quod & Iudæi credebant, sed hoc insuper quod hic Christus, & Dei filius, Iesus sit in persona; sicuti non sufficit credere aliquam in mundo sanctam esse Ecclesiam; sed hoc etiam, quænam illa sit, Romana nimirum,
2. quæ sola nomen habet Catholicæ. *Secundo*, vt ad misericordiam eum inflecteret, proponens illi officium, quod in mundo venerat administrare: homines sc. saluandi, quasi dicat. Nomen, & munus tibi est Saluatoris, quæso itaque te, vt nominis tui Etymologiam in me ostendas.

Fili, Dauid. *Secundum* verbum est *Fili Dauid*: Humanitatem Christi significat; quam nostræ salutis caussa suscepit. Debuit enim secundum humanam naturam pati, vt salutem nobis mereretur; & secundum diuinitatem, reddere debuit meritum hoc valoris
Filius Dauid cur. infiniti. Non vocat se Adami filium, aut Abrahæ, aut Iacob; quamuis ex illis etiam esset progenitus, sed *Dauid*. *Primo*: vt au-
1. ctoritatẽ suam regiam declararet, de qua ait Scriptura: quod
Isai. 9. 7. Ibid 61. 1. *super soliũ Dauid sederet*, & inde eriperet pauperẽ; rogans vt hæc
2. in ipsius sanitate adimpleret. *Secũdo*: quia Dauid misericordis-
1. Reg. 19. 6. simus erat, qui nõ tantũ suis parcebat inimicis, sed eos etiã lu-
2. Reg. 16. 11. gebat ac potegebat: vt Saulẽ Absalonem, Semei. Atq; ita tacite
2. Reg. 19. 4. Nobilium monitio. rogare voluit cęcus, vt imitaretur misericordias patris sui Dauid; & docet nobiles oẽs, semper ad nobilitatis suę truncũ primũ, retorquere oculos, ac ad caussas ob quas posteritas nobilitata est; vt eosdẽ & ipsi posteriores rami fructus faciant. Sicut enim monstrũ esset, si aliquod animal, sub humano capite, asininũ, caninum, aut porcinum, extenderet tergũ; ita pdigium est, qui ex nobili ortus parentela, in porcũ, ac bestialẽ conuersationẽ degenerat. Disce cũ hoc cæco, cõfidere in Christo, qui homo factus est, vt Deum te faciat: Ne diffidas, & exaudiet te. Nam etsi in veteri lege supra modum terribilis erat; tum, quia
Exod. 20. 19. eum audire filij Israel contemnebant; tum, quia tanta in cœlo eius est maiestas, vt ab eo summi abscondantur Seraphim: hu-
Isai. 6. manæ tamen naturæ societate ita comis, & affabilis est omnibus, vt pauperes mendici eum alloqui audeant, & inuocare.

Tertium

Tertium verbum est *Miserere:* Quod docet nos, quid à Christo in precibus nostris petamus. nihil in particulari, sed solũ ipsius misericordiam, & cum Dauide: *magnã* ipsius *misericordiam*. Faciemus quod mendici solent; qui nõ solent honeste indui, cũ stipẽ petunt: sed vel maxime tum se deformant laceris pannis, vlcera, affectaq; mẽbra ostẽtantes; ne audiant, nõ decent tales mendicum vestes, vel sufficis adhuc laborib⁹, ac lucrando victui, &c. Ita & nos miseri in spiritu cæci. Deum cum omni obsecrabimus humilitate; tam exteri⁹, quam interius. Qui enim fastuose vestiuntur, aut stant, ac oscitant vno flexo poplite, aut similib. se cõponunt acediosorum, ac superborum gestib. paupertatem suam nec ostẽtant, nec agnoscunt. Cum decumberet Lazarus, miserunt sorores eius ad *Iesum*, solum dicentes, *Quem amas infirmatur*. Cum venisset ad eas Iesus, non orabant aliud, sed tristitiam lacrymis testabantur. Tu fac similiter. propone, cum animi dolore, miserias, calamitates, egestatem tuã Christo, quod passionibus inquieteris, superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, amoris proprij, alijsq;, quæ te supplantant, ac premunt: ꝙ virtutum, & corporalium etiam rerum, sit apud te penuria; tam tibi, quam amicis, quam filijs, quam parentibus, &c. Ora vt hanc necessitatem tuam misericordiæ suæ oculis adspiciat, ac vbi magnæ sunt miseriæ, magna succurrat pietate. *Miserere.* *Psal. 50. 1.* *Ioan. 11. 3.*

Quartum verbum est *mei*. Non dicit *nostri*, sicut in Dominica oratione, pro multis petitur: *da nobis, dimitte nobis, libera nos* &c. sed *mei* inquit: petens sibi. non ꝙ orationes nostrę proprię esse debeant nobis; qui omnes Christianos bonorum nostrorum debemus facere participes, per cõmunionem sanctorum, vt cõmembrum eiusdem corporis: sed duabus de caussis. *Prima:* vt discamus, ante omnia vitia nostra adspicere, ac deponere, *& animæ nostræ misereri* (vt inquit Sapiens) *placentes Deo*. Quidam alienis semper occupantur delictis, & nunquam quod in tergo est mãticę inspiciunt. Quidam proximos ad frugem, ac perfectionem inducere laborant, sui negligentes, ac incurij: quales erant Scribæ, & Pharisæi, alligantes onera grauia in aliorum humeros, & nolentes digito ea mouere. Non minus pro anima, in spiritualibus: quam pro corpore facies. Primum tibi tuæque familiæ prospice de necessarijs, *Mei.* *Cur dixerit Mei.* *I. Cogitatio miseriæ propriæ.* *Eccle 30. 24.* *Matth. 23. 4.*

dein ad proximi subuentionem accingeris. Maiori diligentia æquum est, vt pro tua, quam aliena labores anima, quia nihil tibi æque propinquum, nihil æque à Deo præceptum, ac cõmendatum est; & quia corpus proximi aliquando laudabiliter, præ tuo aliquãdo etiam necessario, curas; animam autem alienam, præ tua nunquam. *Altera*: vt de beneficijs diuinis, nõ in cõmuni tantum aliquid dicamus, ac cogitemus; non secus, ac si communitati hominũ, & nõ singulis collata essent, sicut aliquando priuilegia ciuitatibus quibusdam, aut regionibus, donãtur; vnde particularibus ciuibus exigua nascitur vtilitas. Dei enim beneficia ita cõmunia sunt, vt ideo nihilo minus tibi, ac mihi, ac singulis, prosint; ac si singulis solis data essent; sicut non minus mihi lux solis, aut lunæ seruit, quam si solus habitarem mundũ. Non plus fructus ex Christi passione caperes, si pro te solo mortẽ sustinuisset, quam iam cũ pro omnibus. Quare sicut inter fratres, & sorores complures, de patre dicere consueuisti, pater meus: ita dicas Christo, Redemptor meus; ac cum Apostolo; *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*. vt obligationem suã agnoscas melius, ac efficiaris gratior, firmius in illum confidas, qui pro te passus, & mortuus est, & semetipsum pro te dedit.

2\. Beneficia Dei quomodo communia.

Gal. 2. 20. Isai. 53. 12.

XI. *Et qui præibant, increpabant eum, vt taceret*. Præcũtes hi alij erãt, quã qui antea cæco de Christi accessu locuti erãt. illi enim bene ipsi faciebant, hi volebãt impedire. Ab illis disces, pauperes iuuare; ab his, pauperib. nõ obesse. Deo enim cura est de pauperib. ideoq; punire solet, qui aliter eos quã decet tractãt. Cũ Propheta Elizæus pauper vtiq;, ascẽderet in Bethel, clamabant pueri ponè. *Ascẽde calue*. sed immisit in eos de sylua, vrsos duos Dominus, qui 40. & 2. ex illis dilaniarunt pueris. S. Iacobus mortaliter eũ peccare dicit, qui honorãdi ditioris caussa, pauperẽ, cum ignominia, in scabello pedũ collocat. Pharao qui egenos opprimebat filios Israel, varijs à Deo plagis punitus est, ac demũ, cũ omni exercitu, in mari rubro suffocatus. Vnum ex quatuor in cœlũ clamantib. peccatis, est *oppreßio pauperũ*. Quoniã enim in terris nõ habẽt auxiliatorẽ, clamãt in cælũ ad Dominũ, tutorẽ pauperũ; & ipse exaudit, sicut promisit, ob naturalem sibi miserationem. Ideo caueant sibi, qui Xenodochia, Nosoco-

4. Reg. 2. 23.

Iacob. 2. 3.

Nosocomia, aliaque pia loca, quibus pauperes sustentantur, grauant exactionibus, tributis, alijsque oneribus in damna pauperum. Subtrahuntur enim illa pauperi, ac inde est quod sustententur pauciores, imo quod aliqui egestate pereant. Moguntiæ anno Domini 969. famis tempore, Hatto Archiepiscopus magnam pauperum multitudinem coegit in horreum, ac collectã accendit, dicens hi sunt qui fruměta nostra vorant musculi, & terræ non prosunt: Sed non abijt hoc ipsi à Deo impune. Innumerabiles enim in exitium eius misit mures. Abigebat eos pro viribus Hatto, sed frustra, penetrabant omnia, ignes etiam; vt ad ipsum peruaderent. Tandem in turrim confugit, ciuitati Bingensi vicinam, in Rheni medio, vt sic mures effugeret, transnatarunt, ac parietes vsque in conclaue ipsius conscenderunt, ac discerpserunt viuum. Hinc vsque hodie *murium turris*, specula illa appellatur. Imperator etiam Mauritius grauiter, sed misericorditer tamen; à Deo in hac vita affligebatur: cum enim multi subditorum ipsius, in hostium potestatem venissent, quos singulos aureo vno, atque altero, ex captiuitate potuisset redimere, ac præ auaritia renuisset, omnes illi ab hoste necati sunt. Nocte quadam in visu vidit Imperator omně hanc occisorum turbam, in aula quadam magna, ante Christum Iudicem, consurgere, ac ipsum de tam inhumana accusare auaritia. Non habebat quod responderet Imperator; itaque rogauit illum Christus Iudex, vtrum in hac vita, an in altera, hæc luere mallet. Ait ille, O Domine; hic potius quam postea. Age, inquit Iudex, fiet vtris: vnus militum tuorum Phocas, & te, & vniuersam tuam occidet familiam, ac tuum tenebit Imperium. Accidit. Tumultuantes enim contra Imperatorem milites, Phocam salutarunt Cæsarem, qui Mauritium cum omni domo sua cœpit, ac in oculis ipsius quinque filios trucidauit, ac dein ipsum sequenti anno, & vxorem, ac filias. Noli contemnere pauperes, potentem enim habent patronum in cœlis, qui sententiam pro bene, aut male, de ipsis meritis, formabit.

Historia memorabilis.

Gregorius Cedrenus Zonaras. Eutropius lib. 17. rerum Roman.

Quantum ad sensum mysticum. Cùm quis ad Christum se conuertere cogitat, multi præeuntium quanta possunt

Obstacula quę spiritualiter cæcis obijciũtur.

1. obijciunt obstacula. *Primo*, Diabolus, dux malorũ omnium, & princeps harũ tenebrarum: & qui hominẽ ante Christum possedit, laborat quantum potest, vt sub ditione sua eundem retineat, eoque magis, si videat, quod paret fugam: vt felis murem apprehẽsum stringit vnguibus. Ac si cogitationibus, malisque suggestionibus non præualet; magnas excitat tragædias, & turbas: sicut venatores videntes feram incurrere in retia, silent, at si regreditur, ac retia declinat, clamant, insonant magno strepitu, vt iterũ cogant in casses. *Secundo*, Caro,
2. cum desiderijs suis, ac concupiscentijs, ac anteacta peccata, quæ diaboli organa sunt, etiam præeunt: illis enim, antequã Christo, præstabantur seruitia. Hæc suscitantur à diabolo, ac duobus modis impediunt hominem: tum, ob difficultatem, quæ in superanda natura timetur, ac deserenda tam inolita peccandi consuetudine, quæ S. Augustinum nõ modice concutiebat ante conuersionem: tum, ob desperationem, in quã demergere studet hominem multitudine, ac grauitate delictorum suorũ diabolus; vt Cainum, qui desperans dicebat: *Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear*. *Tertio*, mundus, cum asseclis suis: qui vtique ministri sunt diaboli, ac famuli fideles, qui operam adhibent omnem, vt hominem cõuersionem meditantẽ, secum sub diaboli potestate detineant, maxime, quando illuc à diabolo instigantur. Hi sunt, *primo*: Parentes, amici, ac consanguinei, de quibus ait Christus: *inimici hominis domestici eius*. Ita Laban [a] impedire studuit Iacobi iter, & Michol [b] ridebat maritum suum Dauid, saltantẽ ante Arcam
2. Domini. *Deinde*, Sæculares, qui cultum illum Dei dissuadent, quia suauitatem eius nunquam degustarunt: aut quia emolumenti, commodique aliquod sentiunt, ex conuictu eius, qui conuertitur. Talis erat Pharao, qui filios Israël, cõtra Dei vocationem, non voluit dimittere ex Ægypto, propter priuata,
3. quæ ex ijs capiebat cõmoda. *Tertio*, Quidam etiã Ecclesiastici superiores, Sacerdotes, qui malis consilijs homines à melioribus bonis auertunt, vt qui vitã carpunt Religiosam, aut continentiæ vota, in ijs, quæ sæculum nõ exeunt, aut frequentem Sacramentorũ vsum, in Coniugatis, opificibus, sæcularibus, mercatoribus, &c. Hæc illis displicent, quia Dei spiritu orbati sunt,

Lib. 8. Cõfess. cap. 5. 7. 11.

Gen. 4. 13.

Et ministri.

1.

Matt. 10. 36.
a *Gen. 31. 23.*
b *2 Reg. 6. 20.*

sunt, nec sciunt quid antiquitus inter Christianos, de Sanctorum Episcoporum consilio, in hoc negotio practicari soleat. Similes hi sunt Pseudoprophetis, qui Achab irritabant cõtra Micheam: & Pharisæis, qui famulos, ac familiares suos studebant à Christo alienare. Omnes hi præeunt Christum. *Primo,* Quia voluntatẽ, ac iudicium suum præponunt placitis eius, quasi ea in re prudẽtiores. *Secundo,* Quia effugiunt Christum, qui insequitur illos, vt capiat, ac doceat se sequi. Quemadmodum S. Paulum, præcurrentẽ arripiebat, ac post se collocabat, vt Christum sequens, Christum semper haberet præ oculis ac vitã eius sequẽs, ipsum cõprehenderet, sicut ipse testatur: *Sequor autẽ si quo modo comprehendam, sicut & cõprehensus sum.* Id est, vt cõformis sim vitæ Christi, ac ita viuam, sicut vixit ille, cum enim ignorarem eum, & ad arbitrium meum præcurrerem, cõprehendit me, tenuit, ac sequi se fecit. Qui à Christo hic capi nõ vult, vt vitam eius sequatur, illum capiet, ac in gehennam præcipitabit: sicut Pharaonem [a] demersit in mare, & rebelles murmuratores Core, Dathan, & Abiron, [b] cum Sodomitis, & Gomorrhæis [c] sepeliuit in inferno. Disce, neminem à virtute impedire, ne percutiat te Dominus. Virtutem sectare, ac sectantes promoue.

1. Reg. 22. 8. Ioan. 7. 47. Præeunt hi Christum. 1. 2. Actor. 9. 1. Phil. 3. 12. a Exod. 14. 27. b Nu. 16. 32. c Gen. 19. 24.

XII. *Ipse vero multo magis clamabat; Fili Dauid miserere mei.* Pauperibus solenne est, obiurgationes, opprobria, cõtumelias experiri, non desinunt interim rogare, vbi spes affulget eleemosynæ, necessitas enim cogit illos, deuorare iniurias. Iccirco ne offendaris, si quãdo semel repulsam passi, te nõ dimittãt mẽdici: Deus enim per eos, maiora tibi cogitat reddere beneficia, quã daturus sis: sicut Christus assiduis cæci clamoribus inclinatus, ad sanãdum, laudẽ recepit maiorem, quã cæcus ipse sanatus. Leontius Neapol. in Cypro Episcopus, in Africa fuisse scribit telonarium auarum, nomine Petrum, immitem, durumque pauperibus. Contigit tempestate quadam, vt pauperes ciuitatis, ad solẽ apricantes, hyberno frigore, colloquium instituerẽt de ciuibus, quorum eleemosynis gauderent, eosque numerarent, simul & illos à quibus accipiebant nihil. Orabant pro benefactoribus, & execrabãtur tenaces, à quibus solas reportabant repulsas. Inter cæteros, loquebantur de Petro

Reperitur tom. 1. Sur. 3. Febr.

hoc

hoc telonario, de quo communis erat omnium querela: nemini enim stipem, nemini etiam, auarissimus, spem eleemosynæ dederat. Interim erat qui certare volebat se eadem adhuc die aliquid ab ipso impetrare: deposuerunt vtrinque. Properauit statim pauper ille, ad ædes Petri: vbi illum in ianua offendit, rogabat eleemosynam. Recusabat Petrus: institit etiam humilius, nihil accepit, nisi mala verba. Substitit pauper importunus ipsi, ac molestus. Eadem forte hora Pistor panes illuc in corbe intulit. Indignatus mendico Petrus panem vnum arripit, ac iacit in mendicum. Sustulit pauper, ac detulit ad socios. Post biduum, in morbum periculosissimum Petrus incidit, ac vidit visionem. Videbatur adstare Christo iudici & diabolos, omnia quæ vnquam admiserat peccata, in lancem vnam congerere. Conquirebant Angeli vndique, quæ poterant, bona sed nulla erant, præter panem illum vnicum, quem in lancem posuêre appositam, illa subsidit statim, & æquauit trutinam. Tum dixit illi Iudex; Vade, & plura in hanc lancem confer, vt sit ponderosior, alioquin abripient te dæmones. Petrus cogitabat apud se, si tanta eleemosynæ huius vis est, vt peccatis meis sit ponderosior, & maxime panis vnius, non ex pietate, sed ex impatientia, proiecti: reuera tempus est, vt totum me dem eleemosynis. Quod & fecit: cumque postmodum nautam videret nudum, nec pecuniæ ipsi essent ad manum, summam suam illi donauit vestem byssinam, rogans vt illam indueret: sed nauta erubescens ita vestiri, indumentum vendidit. Doluit Petrus eo nomine, ac inter orandum, conquerebatur Domino: at Christus eadem indutus tunica, ipsi apparuit dicens, Petre ex quo hanc mihi vestem dedisti, nunquam deposui. Cogitabat Petrus; si Christus etiam inter pauperes connumerari vult, ego diues haberi nolo, ac elegit paupertatem. Vendidit itaque omnia sua, & pauperibus distribuit, ac triginta argenteis se à famulo suo curauit vendi Ierosolymis, ac in magna demum sanctitate vitam finiuit. Has virtutes, pauperis improbitate, inuenit Petrus, victus importunitate mendicantis, quamuis enim non erat tantum extortæ eleemosynæ pondus, vt libraret peccatorũ lancem, præparabat tamen

auarum,

auarum, ad conuersionem, per pauperum preces, ac hoc efficiebat, vt illi eleemosynæ virtutem ostenderet Dominus.

Quantum ad sensum mysticum. Disce hinc *sextum* quod spiritualiter cæco faciendum incumbit; vt lumen recipiat. Nimirum cum conuerti cogitat ad Christum, stabilis manebat in proposito, etiamsi totus ipsi aduersetur mundus. quin aduersis rebus animabitur magis, ostendens se non coactum, aut ex metu, sed ex vera charitate, ad Dei ministeria accederi. Duplex calor est: *alter* naturalis, qualis est igni: qui anteperistasi frigoris acuitur; vt brumali aura, vel ventorum afflatu: *alter* violentus, qualis est aquis bullientibus: hic flatu, ac frigore remittitur. Qui Dei charitatem habet, non refrigescet, aut flaccescet tribulationibus, & persecutionibus, vt in Martyribus clarum est, qui pœnis, ac torturis accendebantur magis. Cum itaque sentis, per aduersa bonum tibi propositum labefactari, hoc cogita; veram tibi nondum esse charitatem, aut necdum adultam satis, vt difficultatibus ferendis par sit. Candela ventulo exstinguitur, quia modica est; ignis magnus, eodem magis inardescit, atque accenditur, Roga Deum, vt nihil te moueat, ac Christus tibi in omnibus adsit. Sectare cæcum hunc, in difficultatibus: qui non disputabat multum cum præeuntibus, qui ipsum retardare volebant; quin nec illis loquebatur, negligebat ipsorum dicta, & clamabat ad Dominum. Cum arguit te quis in bono, quod agis, aut impedit in eo, quod proponis; quærens. Cur quæso relinquis sæculum? Cur nō agis sicut cæteri hominum? Nunquid omnes alios vis condemnare? &c. Tace, ac pro irrationalibus illos habe, qui non intelligant rationes diuinas: animum tuum ad Deum cōuerte, sicut Christus, quum in domo Cayphæ, ante Herodem, ante Pilatum, grauiter accusaretur, & interrogaretur multa. Generosus equus facile catelli latratum contemnit. Contemne diabolum, & infatuatum sæculum; & timebunt, ac reuerebuntur te, & relinquent in pace.

Sextum quod faciat spiritualiter cæcus.

Calor duplex.

Aduerte quod cæcus hic, non iteret in oratione sua *Iesus*, sed solum, *fili Dauid miserere mei*. Subticens duabus de causis Sanctissimum nomen *Iesu*. *Prima*, vt discamus non vti leuiter 1.

Cur cæcus nū repetat nomen Iesus.

illo

illo nomine; cum omni honore, ac veneratione dignum sit & in eo nomine *flectatur omne genu*; in cœlo, & in terra, & infra terram. Male itaq; quidã, ad omnia insolita quæ audiunt exclamant *Iesus* vel *Iesus* Maria. Docuit hoc homines diabolus, in nominis illius vilipendium: sicut enim imago Christi, aut Deiparæ Virginis, prototypa, illa repręsentat oculis, sic nomina illa, eadẽ repręsentant auribus. Atque ideo sicut inhoneste imagines eorũ tractare religioni est: ita, & nomina illa audire, sine reuerentia. Iudæis tãti nomẽ Tetragrãmaton erat, *Iehoua*, vt nunquã illud eloquerentur, sed cũ in scripturis occurreret, eius loco legebãt *Adonai* aut *Elohim*: & cũ semel in anno, quatuor illorum literarum mysteria exponerentur, attendebant proiecti in terram. Certe nomen *Iesu* pluris merito nobis esse debeat; quo nõ tantum Filij Dei denotatur Diuinitas; sed immensum etiam illud Dei beneficium, quo nos, sanguine suo, morte, ac passione, à morte eripuit. *Altera*. Quia aptiores sumus meditãdæ Christi humanitati, quę per nomen *Filij Dauid* significatur, quã diuinitati, quæ nomine *Iesu* exprimitur. Itaq; meditamur vtilius, quæ secundũ humanitatem passus est pro nobis Christus, quam miracula, ac diuina ipsius prodigia. Illa enim imitari non possumus, sicut hæc; viuendo humiliter, ferendo patienter quidquid à Deo, & ab alijs nobis immittitur.

Philip. 2. 10.

Iudæorum obseruãtia.

2\. Aptiores sumus ad humanitatem quam diuinitatẽ Christi meditandam.

XIII. *Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.* Christus cæcum hunc mirabiliter honorauit, in quatuor. *Primum:* Quod eius causa substiterit, ac expectarit. *Secundo*, Quod eum ad se aduocauerit. *Tertio*, Interrogando, quid vis vt faciam tibi? *Quarto*, Commẽdans eius fidem. Declarans sibi charos esse pauperes, ac in honore; si virtutẽ cũ paupertate cõiungant. Iosue solis, ac lunæ progressum impediuit voce; miser hic cęcus Deum ipsum, ne progrediatur, detinet, solis lunæque creatorem. Si cõsiderarent Christiani oẽs paupertatis thesaurũ, ac nobilitatem, nõ tãtopere eam aut horrerent, aut male viuẽdo dehonestarent, nec apud ditiores vilescerent egeni. Hodie enim ea fere pauperũ Christianorũ est vita, vt idẽ pene videatur nebulonem, ac pauperem esse. Raro templa visitant, nisi mẽdicaturi: sacra, & cõciones nõ audiunt, rixantur, cõtendunt, fidei rudimẽta ignorãt, & ad solã mendicitatẽ instituunt filios. Multi opificia discere

Christi beneficia in cæcum.

Iosue 10. 13.

Pauperum dignitas.

discere nolunt, quia plus inueniunt commodi in otio, quam in labore. Hi paupertatem suam deturpant grauiter, non cogitantes; pauperes, secundum S. Iacobum, electos esse à Deo: *Iacob. 2. a* quales erant Apostoli, & primi Christiani: quod infiniti diuites abdicarint diuitias, elegerint paupertatē vt Christo electi essent, ac chari. S. Franciscus amabat illos, vt matres; ac ducebat, tanquā vxores. S. Dominicus execrabatur eos, qui in ordinem suum allaturi erant opulentiam. *Tom. 4. Sur. 5. August. lib. 3. vita eius cap. 5. & 13.* Pauperes nostri putant, à Deo se, sicut ab hominibus, derelictos. Itaque Deum derelinquunt, & seipsos abijciunt, ac non raro peccatis suis morbos, ac miserias accersunt. Ierosolymis paralyticus iacebat ad piscinam probaticam, qui iam octo supra triginta annos in infirmitate habebat, nihilque audierat de Christo: quē cum sanasset Christus, monuit: *Iam noli peccare, ne deterius quid tibi contingat.* *Ioan. 5. 14.* Indicans pauperibus; infirmitates eorum, sæpe ex peccato prouenire. *Exemplū.* Nostris temporibus, pauper quidam villicus, in Hispanijs, prope Hispalim, omni industria cū vxore ac liberis quærebat victum, sed omni labore, nihil præter antiquā lucrabatur inopiam. Tandem abiecta spe, irascebatur Deo, quod eum de paupertate non eriperet. Nocte quadam exijt domo, nescius quo iret, nihil aliud nisi contra Deum murmurans. Mane non procul ab Hispali, audiuit in campo, pueri voce se vocari nominatim. Respexit neminē vidit. Procedens eandem secundo audiuit vocem, sed neminem vidit: post tertio vocatus, puerulum sibi vidit astantem, qui manu tangebat hominis brachium: inhorruit pauitans, tū demum allocutus eum infantulus. *Eia*, inquit, *contremiscis ad contactum pueri, & Dei maiestatem, quam huc vsq; blasphemas, non formidas? vade ad templū societatis Iesu, & ea quæ dicentur diligenter attende.* Quibus dictis disparuit puerulus, villicus autē recta eo se cōtulit: cumque eo venisset, concionabatur ibi vir quidam Sanctus Societatis nostræ Presbyter, mihi non ignotus, Baptista nomine, qui tum disserebat de pauperum supra diuites felicitate. Villicus statim compunctus est, & post concionem sacerdotem in eadem Ecclesia adijt, ac peccata sua omnia confessus est, ac nominatim illa quæ ista nocte peccarat murmurans contra Dominum; & cōsolatus, domū abijt, ac hilariter dixit vxori: Agamus Deo de tenuitate nostra gratias: habet enim

Quinque rationes cur pauperes diuitibus feliciores sint.

paupertas boni plus quam opinemur. Vt hæc confirmentur quinque hæ seruiant rationes. *Prima,* Quia pauperes Christo similes sunt, qui (vt Dauid ait) *pauper erat & mendicus*, non habens vbi reclinaret caput. *Secunda,* Quia multis carent occasionibus peccandi, quibus abundant diuites; vt superbiæ, gulæ, otij, &c. Multos enim perdunt diuitiæ, quos saluasset egestas. *Tertia,* Quia minorem reddent pauperes rationem in die iudicij; quia pauciora ipsis sunt credita. Iuxta illud Christi: *Cui multum datum est, multum exigetur ab eo.* Ne obolus quidem in districto illo iudicio negligetur, vbi etiam de verbo otioso reddenda erit ratio. Vnde Chrysostomus: nõ Domini inquit facultatum nostratum sumus, sed dispensatores Dei; qui eas nobis largitur, vt rursum in pauperes erogẽtur. *Quarta,* Quia fidentius & liberius spiritualia à Deo dona rogare possunt pauperes, vt sint diuites in fide: quandoquidẽ diuitiæ externæ ipsis negatæ sunt. Diuites dignitates flagitant, honores, & commoda; accipiunt etiam. Pauperes diuinam poscent gratiam, amicitiam, vitam æternam, & ipsi accipient: quoniam illa à diuitibus & mundanis non petuntur. *Quinta,* Quia in agone tranquilli discedent, cogitantes in vita sua nõ recepisse se cum epulone bona, sed cum Lazaro mala: ideoque tempus esse vt bona æterna post hanc vitam acquirant.

1. *Psal. 39. 18.* *Psal. 85. 1.*
2. *1. Tim. 6. 9.*
3. *Luc. 11. 15.* *Hom. 34. ad pop. Antioch.*
4.
5. *Luc. 16. 25.*

Sex documenta obseruanda pauperib.

Quandoquidem igitur pauperum status tam fortunatus est; omnino conuenit vt pauperes ad eum se decenter componant, ac sex hæc documenta custodiant. *Primum,* Vt cum Lazaro mendico patientes sint: hic enim nunquam contra epulonem murmurabat, etiamsi non seruos tantum eius, sed & canes videret abundare panibus, ac negari sibi audiret micas quæ sub mensam decidebant. *Secundum,* vt, cum S. Iob, Deo etiam pro paupertate agant gratias, ac glorificent, agnoscentes & sentientes in eo diuinum beneficium. *Tertium,* vt in timore Domini filios suos instituant: exemplo Tobiæ, qui sic docuit filium. *Pauperem quidem vitam gerimus; sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.* Itaque nec ipsi, nec filij eorum, diuina mãdata præuaricabuntur furtis, mendacijs, fraude, impudicitia, alijsque peccatis; quibus pauperes plurimi inquinantur. *Quartum,* vt labori se dent; ac manib⁹ lucrentur

1. *Luc. 16. 21.*
2. *Iob 1. 21.*
3. *Tob. 4. 23.*
4.

necessaria. Iuxta Apostolum enim *qui non laborat non manducet*. 2. Thess. 3. 10.
Idcirco peccant, qui cum corpore adhuc valeant, ex mendicato viuunt, circumeuntes oppida & ostia: & quibus necessaria suppetunt, & superflua quædam commoda mendicant. Hi nō omnino excusantur à restitutione; non ipsis quidem à quibus acceperant (illi enim ista à se iam alienarunt, & dederunt Deo.) Sed pauperibus alijs, quibus meliori iure competit.

Peccat qui mendicat valens lucrari, & tenetur restituere.

Tom. 3. Surij 2. Maij.

Exemplū.

S. Antoninus, Florentinus Archiepiscopus, duos esse in ciuitate sua intellexit cæcos; qui ex eleemosynis in futurū collegerant alter ducentos, alter trecentos coronatos. Abstulit illis hanc pecuniam, & magis indigentibus distribuit, relicto quantum statui ipsorum sufficeret. Non hacent hæc locum in pauperibus religiosis: qui ex Dei amore paupertatem eligunt: illi enim vtiles sunt in alijs communitati, ac victum suum bene merentur, ac à ciuitatibus permittuntur mendicare: ac multi eorum tantum reliquerunt sæculo, vt facile victum compenset. *Quintum*, si victum parare sibi nequeant, 5.
humiliter à ditioribus petant, propter *charitatem Dei*. Quicunque enim diuinam audierit charitatem, quæ ipsum ad passionem compulit, & ad sanguinis vitæque dispendium, saxeus est, & exors charitatis, si neget eleemosynam. Sin autem nihil præter aspera verba impetrent, ne impatientiam suam gestu, voce, aut verbo prodant; sed cogitent ipsorum esse patientiam, qui in Christi nomine rogant eleemosynam: atq; ita in hac vita remunerabit illos Christus. *Sextum*, 6.
vt meminerint quotidie pro benefactoribus suis orare: atque ita eleemosynarios ipsis multiplicabit Christus, qui nihil aliud vult, quā diuites per beneficentiam, precesque, ac merita pauperū, & pauperes per patientiam adducere in gloriam.

Saxeus est qui negat ex charitate petenti eleemosynam.

Quod substiterit Christus expectans cæcum: docet, nos male imitari. *Imprimis* Christum, cum viduas, pupillos, pauperes, non nisi post multam expectationem ac moram, ad colloquia aut subsidia admittimus. Venit nobilis, auditur statim, ac expeditur; pauperes neglectui sunt. Christus expectabat pauperem, & continuo petitionem eius benigne audiuit. Quales nos hic Christo exhibemus in personis pauperum, talem ipsum experiemur in futuro iudicio. *Deinde*, Paratum 2.

Quod substiterit Christus quid sibi velit.

I.

Act. 7. 56. esse Christum succurrere afflictis: ita enim Stephanus stãtem vidit in cœlo, quasi ad auxilia promptum. Quare cum Dei
Psal 90 15. motionem in animo tuo sentis, noli hæsitare: Christus enim, qui te amat, tibi aderit, & iam paratus est, vt cum te, & pro te
3. depugnet. *Tertio*, vt pauperum clamores libenter audiamus,
Ec. l. 4. 8. nec tanquam muti & surdi transeamus. Monet sapiens. *Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacifica, in mansuetudine.* Dantes eleemosynam satisfacimus pro peccatorũ debitis, & pro debitis etiam alijs ignotis. Non ergo corrugabimus frontẽ petiti eleemosynam; volunt enim medici hac ratione à nobis nostra auferre debita. Si pecuniæ desunt, verbũ sali ẽ benignum dona, ac cõsolatorium.

Quid significet quod Christum pauperem vocarit ac adduci iusserit. Quod Christus pauperem hunc vocarit ad se, & miserit etiam quosdã qui eum adducerent; significat quod duobus modis electos suos nobis commendet pauperes. *Primo*, vt ad ædes nostras eos aduocemus, ac ibidem opitulemur, vt de S. Anastasio presbytero refert Amphilochius, qui leprósum do-
1. mi suæ alebat, ac proprijs ipsi manibus ministrabat quotidie:
Exemplũ. fecerunt similia plurima principes. *Secundo*, vt discipuli Chri-
In vita Basilij Magni to. 1. Sur. sti (id est) Episcopi, Pastores, Presbyteri, æque aut magis tecta adeant pauperum quam diuitum. Mittunt nonnulli Sacella-
2. nos, aut Vicarios suos ad pauperes; quoniam parua inde spe-
Acceptio personarũ. rantur emolumẽta; ditiores reseruant sibi. Hi acceptores personarum sunt, & corporalia magis, quã spiritualia respiciunt, ac pecunias lucraque olent magis, quam Spiritus sancti Charismata: non secus ac potatores vinum, aut cereuisiam; parum certe animarum curæ vtiles. Perplacet etiam Christo, visitari pauperes infirmos à ditioribus, & præparari domi quæ vsui ipsis futura sint, vt cibos medicamenta, indusia, vestesque
Ephes. 4. 28. alias. Nam tale quid præcipit S. Paulus. *Qui furabatur iam non furetur; magis autem operetur manibus, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.* Præstat etiam ipse hoc per te facias, filiosque doceas, cum reuerentia, aperto capite, pauperi eleemosynam porrigere, tanquam Christo non homini, vt opus hoc misericordiæ, humilitate sociatum, meriti maioris fiat.

XIV. *Et cum appropinquasset, interrogauit illum dicens, Quid tibi vis fa-*
Marc. 10. 49. *ciam.* S. Marcus ait eos, qui cæcum adducebant, dixisse: *anima-*

animaquior est; surge vocat te: ac quod proiecto vestimento exilierit, accurreritque ad Christum. Vnde *septimum*, quod spiritualiter cæco faciendũ est, sumere licet. Videlicet nõ hæsitabit diu, nec dolebit, nec pedetentim prodibit; sed quamprimum se ad diuina obsequia se sentit vocari, exiliet cõtinuo lætus, & omnia abijciet impedimẽta: quemadmodũ S. Petrus & Andreas,[a] reliquerunt nauiculas; S. Matthæus [b] telonium; Iacobus & Ioannes parentes suos; Non dicet, modo non est mihi oportunũ, habeo aliud quod agam, importune cecidit, lugebunt parẽtes, offendẽtur amici, quid dicent denique homines? ac similia sæcularium languentiumq; hominũ verba: *Nescit enim* (inquit S. Ambrosius) *tarda molimina Spiritus S. gratia.* & *Licet sparso crine, & scißis vestibus, vbera quib. te nutrierat mater ostendat: licet in lumine pater iaceat, per calcatũ perge patrem, siccis oculis ad vexillum crucis euolans:* (inquit Hieron.) Si mundi obloqia attẽdis nunquã ages bene; quia mundus tanquã Diaboli mãcipium omnia bona execratur. Christus minime quid cæcus peteret ignorabat: atq; ideo, nõ vt sciat, rogat; sed multis de causis alijs. *Primo*, vt fidẽ cæci comitib⁹ suis ostẽderet. Quidam enim solũ corporales eum petere existimabant eleemosynas, tũ à Christo; qui nonnunquã etiam illas erogabat: tũ ab alijs, ipsius instinctu. Hac ratione docet occultas proximorũ virtutes manifestare, cælare vitia, etiã vera, ac notoria. Aperire enim alteri occulta proximi peccata, qui ea ignorabat, detractio est, & mortale peccatũ; si mortale peccatũ erat ꝙ propalabatur, ac tenetur ad nominis restitutionẽ detractor, qui detractionibus suis læsit; etiamsi & vere & sine mẽdacio narrasset. Qui de publicis proximi vitijs sermones miscet, etsi detractor nõ est, garrulus tamẽ est, nõ otiosa tantum, sed & dãnosa verba proferens, quibus, refricata delicti alieni memoria, minuitur charitas proximi. *Secundo*, vt doceat nos quales demus pauperibus eleemosynas: quidã enim satisfecisse sibi videntur dũmodo aliquid dederint, nõ cõsiderãtes vtrũ qui petit, eius rei ꝓ tẽpore habeat necessitatem. Qui esurit nõ iuuatur haustũ potus, aut qui sitit, fragmẽto panis: da secundũ vniuiusq; necessitatẽ, nudis vestes, sanis cibos cõmunes, ægris medicinas, aut suauius quid ꝓ ipsorum indigentia: & hæc quidem ratio

Septimum quod faciendum spiritualiter cæco.

a *Matt. 4. 19.*
b *Matth. 9. 9.*

Lib. 2. in Luc.

Epist. 1. ad Heliodor. in principio.

Cur Christus interroget cæcũ 1.

Detractor tenetur ad restitutionẽ etiamsi vera narret.

Dãda eleemosyna opportune.

maxime habenda est in Religiosis, qui ex solis eleemosynis victitant, Minoritis, Capuccinis, Clarissis; Inquire quid illis
3. desit, vt particeps fias meritorum ipsorum. *Tertio*, vt doceat quam gratæ ipsi sint nostræ postulationes, sine quibus dare
Hierem.33.3. non vult, quæ tamen nobis necessaria nouit. Ita ad Ieremiam
Cur Deus rogari velit. inquit. *Clama ad me, & exaudiam te.* Cuius ratio est: quia libens nobiscum confabulatur; quemadmodum in Canticis sponsæ
Cant.2.14. suæ dicit: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora:* tum etiam quia orando ipsius dona aliquo mo-
4. do promeremur, ac ad ea nos præparamus. *Quarto*, vt bonita-
Serm 1. de conuersione Pauli. tem suam probet nobis (inquit S. Bernardus.) Dicendum nobis foret, cum S. Paulo: *Domine quid me vis facere.* at quan-
Actor.9.6. doquidem ipsi hoc non dicimus, rogat nos quid nobis fieri velimus. Admodum ridiculum esset inter homines si seruum suum otiosum videat Dominus, ac quærat in qua re vis deseruiam tibi, pro eo quod diceret: ministra mihi, fac hoc aut
Ioan.15.43. illud. Verum Deus bonus est, & adspicit infirmitatẽ nostram, nec tam seruorum quam filiorum loco nos habet, qui quid faciendum sit necdum intelligimus, nec exequi valemus
5. propter debilitatẽ virium. *Quinto*, Quia neminem inuitum, aut inuoluntarium saluat. Demonstrat hic luculenter libertatem arbitrij, qua Dei dona recipiant, ac Dei donis coope-
Psalm.9.10. rentur. Deus non Creator tantum, & Redemptor, sed & Ad-
Deus non operatur solus nostrã salutem. iutor in scripturis dicitur: quo significatur (vt inquit B. Augustinus) Deum per se solum salutem nostram non operari, sed nobis collaborandum esse. Non diceris adiuuare Saxum
Aug. serm. 13. de verbis Domini. vt ascendat, quando solus illud leuas. Deus adiuuat nos in nos in bonis operibus omnibus, sine ipso enim nihil possu-
Ioan.15.5. mus. Iuuamus etiam ipsum, quando gratia ipsius vtimur. S.
1.Cor.15.10. Paulus dicit. *Abundantius omnibus laboraui; non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Atque ita quando mandat aliquid Scriptura,
a *Ioel.2.12.* simul Deum rogat vt eadem præstet in nobis: vt, *Conuertimini*
b *In cõpleto.* *ad me in toto corde vestro.* [a] *Conuerte nos Deus salutaris noster.* [b] Item,
c *Psal.81.11.* *aperi os tuum & implebo illud.* [c] *Domine labia mea aperies.* [d] Item, ve-
d *Psal.51.17* e *Matt.11.28.* *nite ad me oẽs, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* [e] Item,
f *Ioan.6.44* [f] *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Item, [g] *Fa-*
g *Ezech 18. 31 & cap.36. 26.* *cite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & dabo vobis cor nouum, &*

spiritum

ſpiritum nouum. Ideo venire tibi in mentem non debet, quod bonus, perfectuſque eſſe poſſis, ſine tua opera: ſed & tibi admouenda eſt manus, ac Dei adiutor eſſe debes, in tui conuerſione, ac peccatorũ fuga, & deſtitutione vitiorum. Noli timere eſt tibi auxiliator fortis, fac tantũ ꝙ potes. *Sexto,* vt agnoſcamus, ac confiteamur peccata noſtra. Qui enim morbũ ſuum ignorat, periculoſius ægrotat; tam corporaliter, quã ſpiritualiter: quia medicum nec quærit, nec admittit. Regius Propheta Dei adiutorium flagitans, dicebat: Domine *quoniam iniquitatẽ meam ego cognoſco, & peccatũ meum contra me eſt ſemper.* Cauſa cur multi Cõcionatores, doctrinamque eorũ, cõtemnant, quod raro ac imperfecte confiteantur; ea eſt, quod peccata ſua non agnoſcant, atque ideo nec deplorent, nec doleant. Salutaris itaq; eſt crebra cõfeſſio; Sacramenti enim virtute mẽtis oculus aperitur; ac interrogationibus Confeſſarij inſtruitur, ad dignoſcenda peccata. Deus peccata ignoſcere nõ vult, niſi ea confitearis, & plane modo contrario procedit, atque Iudices ſæculares, apud illos enim ſi crimina ſua cõfitetur malefactor, pœnas dat, ſin negat, & teſtibus nõ cõuincitur, dimittitur impune. At in tribunali Chriſti, in Sacramento Confeſſionis, ignoſcuntur, ſi cõfitearis: ſin peccatũ aliquod mortale ſubticueris, nihil dimittitur: quandoquidẽ nõ dimidiat Deus gratiam, id eſt, vnũ peccatũ mortale, ſine alio, non dimittit: quicunque vnũ ſolũ ſciens, volenſque ſubticet, pro omnib⁹ luit. Obſeruant quidam, quod Saluator noſter, nunquã ſtolidos, ſtultoſue curauerit à ſua ſtultitia; nõ tãtum, quia vtilior forte erat ipſis ad ſalutẽ ſtultitia, ſed ideo etiam, quod morbũ ſuum tales nõ agnoſcerent. Quare à Chriſto auxilia ne exſpectes, ſi ſpiritu fatuus es; (vt ſcriptura peccatores appellat) ſed & fatuitatem tuam agnoſce, atque à Deo ſanitatẽ expete. *Septimo,* Vt ad Chriſtũ accedens cogites, quid ab eo petas. Si alicuius rei poſtulandæ gratia adeundus tibi Rex eſt, aut Princeps; nõ negotia tãtum, ſed & verba, quib⁹ proponas, præmeditaris: nec ab eo minutũ quid, vt partẽ panis, aut cæreuiſiæ hauſtum, rogas, iniuriã enim faceres ipſi, petitis illis minutijs. Quo Princeps maior eſt, eo & maiora eſſe debent, quæ ab eo flagitãtur. Quare antequã ad Eccleſiam, aut preces, te cõponas, primũ

Margin notes: 6. — Pſal. 50. 5. — Deus alio ordine iudicat quam iudices ſæculares. — Stulti non leguntur à Domino curati. — Eccl. 1. 17. — 7.

maximam suam considera egestatẽ, & magna pete. Verũ quidem est, ab ipsius manu omnia prouenire, nec scyphũ aquæ, aut micam panis, nobis extra ipsius liberalitatẽ esse, quæ etiã

Matth. 6. 11. quotidie rogamus: *Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie:* quicunque tamẽ gratiã, virtutes, cœlũ, aliáq; spiritualia dona, ipsum rogat, multo ei est gratior. Ideo enim in Dominica oratione petitiones de regno eius, de sanctificando nomine ipsius, de perficienda ipsius voluntate, primo loco posuit ante petitionẽ panis quotidiani, quia hunc sine illis non libens elargitur. Hunc adijcit tanquã rẽ minoris pretii, sicut canib⁹ fragmẽ panis proijcimus. Christus in vltima cæna dixit Apostolis: *Hactenus in nomine meo nõ petistis quidquã:* nõnulli tamen, prima regni loca ab ipso petierãt; at quia gloriam quærebãt terrenã, nulla habita est illa postulatio: ideo dicebat; *rogate vt gaudiũ vestrũ sit plenũ.* Postulate multa, & magna: *aperi os tuum,* & implebitur. Pete per Iesu Christi merita, quorũ infinitus valor est, & nihil tantum est, quod illa nõ exequent. Admodum diues est, qui diuitias, & robur suum, in meritis Christi collocat.

Orationis Dominicæ petitiones quomodo ordinatæ.

Ioan. 16. 24. Matth. 20. 21.

Ioan. 16. 24. Psal. 80. 11.

XV. *At ille dixit; Domine, vt videam.* Non dicit, *Fili Dauid:* sed *Domine:* quasi indicare volens, quod Filius Dauid, id est Christus, secundũ humanã naturã, misereri quidẽ posset, sed nõ visum restituere: quod Filius Dei, id est, Christus secundũ diuinitatẽ potest tãquam creaturarum omnium Dominus. Atque ideo quamdiu dicebat solum; *Fili Dauid* lumen non recepit, at quando dixit *Domine* infusum est ei lumen à Deo Domino illud scil. de qua Propheta. *Dominus illuminat cæcos.*

Imperf. hom. 36.

Cur cæcus dicat, Domine.

Psal. 145. 8. Multum profecit clamorib⁹ suis ille cæcus, aucta enim est ipsi fides, & prius cordis, quã corporis visum accepit, Christũ agnoscens Dominorũ Dominũ, ac eum tanquã Dominũ suũ suscipiens, voluntati ipsius per omnia subiectus. Dicens enim *Domine,* totũ se subijcit, volens se, suaq; ad voluntatẽ, & gloriã eius cõponere. Hoc sensu accipiendũ est, nomen *Domini:* cum Christum *Dominum* nostrum appellamus. Alio enim modo Dominus est mancipiorum, id est, malorum, qui seruili timore, & non ex charitate ipsi famulantur, imitantes spiritus immundos; qui coacti, & pœnarũ metu voluntatẽ eius faciunt.

Iacob. 2. 19. Cæcus nihil petebat præter visum, quãtumuis pauper, & elee-

eleemosynarum egens, cogitabat enim visu, ac sanitate reddita, victũ manib⁹ lucrari, & imposterum abstinere mẽdicationibus. Docet nos illud q̃ in spirituali cæco, *Octauum* est: petere, videlicet, vt videat. Si veniret ad nos Christus, & rogaret sicut cæcum, *Quid vis vt faciam tibi?* Quid peteremus? Procul dubio quilibet quod optat maxime, alij diuitias, alij honores, alij cum Amnon explere libidinem, alij cũ Herodiadis filia, capita inimicorum, alij nihil omnino sicut Pharisæus, qui solum se corã Deo laudabat, nihil rogans. Rex Salomon petijt à Deo sapientiam, vt bene regeret populũ: & adeo accepta fuit hæc Deo postulatio, vt superadderet diuitias, gloriam, honorem, aliaq; omnia vitæ iucunda: Esther animã suam, & suorũ rogabat, & Auunculo suo Mardochæo magnã insuper impetrauit auctoritatem, ac plenã potestatẽ delendi hostes oẽs iudaici nominis. Dauid petebat effugere necem sibi à Saule intentatã: & largitus est ei Dominus, hic longæuitatẽ, & postea vitã æternam. Publicanus petebat peccatis suis magnis misericordiam; & inuenit iustitiam: prælatus à Deo Pharisæo, qui bis ieiunabat in Sabbatho, decimas dabat eorũ quæ possidebat, & grauissimas ex Pharisæorũ instituto subibat pœnitentias. Si enim à Deo postules, quæ libẽs dat, semper vota nostra liberalior excedit. Nulla huius cæci oratione oratio melior *Domine vt videam.* Quod petendũ omnibus spiritualiter, cæcis etiã vidẽtibus, vt sc. clarius videant, quãtumcunq; enim anima nostra acutũ videre putetur, semper clarius adhuc videre potest & illuminari magis, id est, perfectiorẽ accipere Dei cognitionẽ. Idẽ rogat Dauid: *Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiam in morte, ne quãdo dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.* Cæcitas nostra impedit, quo minus aduentatẽ Satanam sentiamus, qui ad nos accedit suggestionib. malis, qui aduersum nos dimicat, per complacentiam, ac delectationem, qui nos percutit per consensum, qui nos necat per consummationem mali operis, qui nos sepelit vitiosa consuetudine, qui denique nos in infernũ præcipitat, in perpetuam suam seruitutem, post infaustum ex viuis decessum. Spirituali visu videmus diaboli tentationes, ac modum superandi: cum S. Antonio qui mundum vidit laqueis obsitum, & effugiendi media, profun-

Margin notes: 8. In spirituali cæco. — *2. Reg. 13. 5. Matth. 14. 8. Luc. 18. 11. 3. Reg. 3. 11. Esth. 7. 3.* — *Psal. 20. 5. Luc. 18. 14.* — Efficax huius cæci oratio. — *Psal. 12. 4.* — Athan. in vita eius.

profundam videlicet humilitatẽ. Quamobrem ora Christũ,
3. Reg. 3. 12. vt cæcitatẽ tuam illuminet: at ne ores, sicut Salomon qui magnum lumẽ, ac cognitionẽ accepit in intellectu, & nihilominus in tã enormia lapsus est peccata, vt adhuc de salute ipsius dubitetur. Sapientiam petierat, & nõ misericordiam; sicut cęcus hic, qui ante omnia bis clamauit; *miserere mei.* *Scientia* vbi
1. Cor. 8. 1. Rom. 1. 21. sola est, *inflat*, & deijcit: vt de gẽtilib⁹ Philosophis ait Paulus, & experientia de Salomone, Tertulliano, Origene, alijsq; compluribus, (quales sunt, tũ veteres, tũ noui hæresiarchæ,) facit testatum, qui cũ Lucifero sapientissimo altissima cõscendunt (Lucifer enim propter excellentẽ scientiã in scripturis *Cherub.* id est, magister plenus sciẽtia seu cognitione appellatur) ac cũ ipso turpissime ruunt. At sapientia cũ Dei misericordia, q̃ hominem in charitate, & Dei gratia cõseruat, (sicut in Ecclesiæ Doctoribus Athanasio, Basil. Naz. Chrysost. Hieron. Ambr. August. Gregorio, alijsq; plurib⁹ fuit) laudabilis admodũ est, atq; vtilis: Quia nõ tantũ in diuina gratia cõseruat hominem, sed in charitate etiã, ac bonis operib⁹ radicat, ac fundat. Tales enim diuina cognitione ad charitatẽ Dei inflãmantur, & per charitatẽ roborãtur, ad domãdas passiones, & acquirẽdas virtutes: atq; ita impletur prophetia S. Ioan. qui de ciuitate Ierusalem
Apoc. 21. 16. scribit: quod *longitudo, latitudo, & altitudo eius sint æquales.* Sublimis diuinarũ rerum notitia, charitatẽ æqualiter dilatat, quo. n. Deus perfectius cognoscitur, eo & ardẽtius amatur, tũ propter eminẽtiam eius, quæ ipsum facit amabilẽ: tũ, propter maxima beneficia eius, quæ ipsius cognitione magis innotescunt. Qui Deum nouit, ac videt, laborat vt ei placeat, & æque in longum extẽditur, id est, in voluntate cõfortatur, & crescẽte cognitione, ac amore etiã crescunt vires, ad expugnã-
Ioan. 14. 23. dum seipsum, atq; ita fit quod Christus dicebat Apostolis: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus.* Id est, Tres personæ Diuinitatis, quarũ vnicuiq; suæ attribuuntur proprietates, ad talem venient: Pater, cum potentia; Filius, cũ sapientia: Spiritus sanctus, cum charitate. Hæc euenerunt cæco, qui à Christo Filio, ac sapientia Patris illuminabatur, atque hoc beneficio, ad amorem, per Spiritũ sanctum, accendebatur, & accipie-

accipiebat à Patre cęlesti, potentiã, ac robur, ad eũ sequendũ, ac laudandũ. Principiũ omniũ, notitia est, quã habem⁹ à Filio Dei, Christo. ipse enim omniũ bonorũ nostrorũ fons est, & largitor. qui nobis sapiẽtiã, amorẽ, ac vires, passione sua ꝓmeruit.

Et Iesus dixit illi; respice, fides tua te saluũ fecit. Christus non dedignatur bonis verbis pauperẽ hunc consolari, ac eũ ita exhilarari. Cũ dicis pauperi. *Iuuet te Dominus*: verba quidẽ das bona, orãs Deũ, vt pauperi in necessitate adsit; sed hoc pro cõsolatione, ac bono verbo nõ accipiũt, quia nihil nisi verba ipsis dãtur. Defuncti talib. verbis iuuãtur, cũ de sentẽtia Sapiẽtis præcamur. *Requiescãt in pace*: quia solũ precib. nostris iuuari possũt. Viui autẽ, etiã externis medijs iuuãdi sũnt. ideo enim tẽporalia cõcessit tibi Dominus, vt inde pauperib. distribuas. Loquere ergo sermones efficaces; dic, iuuabo te, expedi loculos, da ꝙ iuuet, & sentiãt. Pauperes interim cũ nihil accipiũt, præter *adiuuet te Dominus*: nõ mussitabunt, nec murmurabũt: qui enim ipsis precãtur, animas ipsorũ iuuant, quæ auxilia si grati suscipiant, suscitabit Dominus alios, qui corporib. etiã ipsorũ succrãt. Quę verbis illis sit vis, ostẽdit B. Antoninus Florẽtinus Archiepiscopus, cũ ad eũ lectissimorũ pomorũ corbẽ, quidã detulisset, sperans aliquã recõpẽsam, vt ante narraui. verba enim *Deus sit merces tua*: multo erant ponderosiora, quã corbis cum pomis omnib⁹. Vnde discas pl⁹ te à paupere recipere, quã dederis; cũ accepta eleemosyna, Deũ tibi ꝓ mercede adprecãtur. XVI. *Ecc l. 38. 24.* *Vincentius Mainardus in vita eius apud Sur. Domic. 3. post Epiphan. §. 9.*

Nota hinc duo. *Primum*, Christum ea dare cõsueuisse, quæ rogabatur; nõ autẽ ista, quæ non rogabatur. Leprosi volebant mũdari. Christus dicebat *mundare*. Paralytici alijq; infirmi curari volebant à languoribus suis, & liberabantur. Cæc⁹ hic petebat visum, & respõdit ei Christus: *respice*. vt discamus, quado aliquid à Deo petimus, nec accipimus tamẽ, stare per nos; qui male petimus; iuxta S. Iacobũ: *petitis, & non accipitis; eo quod male petatis*. Et duo filij Zebedęi nesciebant, quod peterent. Illa pete, qu æ prosint animę tuæ, & ex animo pete, & cum fiducia: vt idem monet S. Iacobus. *Secundum*, Quod præter visum nihil dederit huic cæco Christus. tum, quia alia non petierat; tum, quia omnia nõ simul donat ne ipsum deseramus, sed quotidie habeamus caussam reuertendi. Ita docuit nos *panẽ* petere; non *Christus dat quę petuntur.* *Matt. 8. 3.* *Matth. 9. 27.* *Iacob. 4. 3.* *Matt. 20. 22.* *Iacob. 1. 6.* *Matth. 6. 11.*

annuũ, sed *quotidianũ*, dicẽs: *panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie.* vt quotidie pulsem⁹, ac oremus. Nã si scirem⁹, quã libens nos audiat, orãtes etiã vel frigide, nulla nobis diei hora sine precib⁹ trãsiret. *Delitiæ* ipsi⁹, *esse cũ filijs hominũ*; & attẽdere illos ex corde loquẽtes; sicut mater cõfabulatione infãtuli sui delectatur.

Prou.8.31.

Cum dicit Christus, hic & alibi: *Fides tua te saluũ fecit.* Nõ vult significare, quod non ipse, sed fides sine ipso dederit sanitatẽ: aut ꝙ sola fides interno cogitatu, sine omnibus alijs, tale quid efficiat, sed docere vult: *Primo*: quod ipse nos; non tamen sine nobis, nostraq; saluet opera. *Secundo*: quod hęc nostra operatio ex fide nascatur. *sine fide enim impoßibile est placere Deo. Tertio*: quod efficax debeat esse hæc fides, non manens tantũ in intellectus apprehensione, (vt nonnulli volunt hæretici) cogitantibus sc. nobis; quod pro nobis passus sit Christus, & quod passio eius valeat, me sine meis meritis saluare. sed quod exire debeat ad opus: sicut Magdalena, per fidẽ, in domũ Pharisæi ingressa, pedes Christi lacrymis lauit, capillis tersit, spretis Pharisæorũ obloquijs: & sicut Chananæa muliercula Christũ inuocabat, & adorabat, & patienter se canẽ appellari sustinebat: sicut & hic cæc⁹ ex fide clamabat, & perseuerabat; etiã correptus à trãseuntibus. & quod vocatus statim accurrerit, abiectis impedimẽtis omnibus. *Quarto*, quod fides illa præparet hominis animũ ad diuina dona, atq; eorũ mensura sit. si magna est, magna impetras; si parua, parua. magnitudo autẽ eius ex operibus dignoscitur. Sicut enim de medico, qui morbos oẽs, etiã grauissimos, curat, affimare licet; esse expertũ; & de operario, ꝗ molarẽ gestat, esse robustum; ita sine dubio affirmare potes, magnã illi esse fidẽ, qui magna per eam operatur, vt qui per eam mundũ relinquit, qui Religionẽ pauperẽ ingreditur, qui molestas subit pœnitentias. Tales erant veteris Testamẽti Patres; De quib. S. Paulus & sancti Apostoli, ac martyres, qui pro fide sanguinẽ fuderunt, & tormentis necati sunt. Quando aliquid à Christo postulas, adfer tecum fidem magnam, sicut magnũ adferres ęnophorũ; si illum scires bono vino implendũ. Christus copioso fonti similis est, qui vberrimas scaturit aquas, ac facilius integra labra replet; quam angusti oris vascula. si paru⁹ sis, ac angusti oris, multũ diffluet: laxus esto, ac profundus, & accipe

Quid sit; Fides te saluum fecit. 1. 2. *Heb.11.6.* 3. *Luc.7.38.* *Math.15.25.* 4. *Hebr. 11. per totum.*

accipe vniuersa, quæ donãtur tibi. *Quinto*, Docere nos vult Christus; quod eodem modo per fidem, sanitates animarum, remissionem sc. peccatorũ, iustitiã, aliasq; virtutes largiatur hominib⁹; sicut per eandẽ fidẽ, operatur sanitates corporũ. Ijsdẽ enim quib. ad cæcũ, etiã ad Magdalenã verbis vsus est: *fides.* sc. *tua te saluã fecit*. Quare sicut per fidem à Deo postulamus, *panẽ quotidianũ*: nec tamen laborẽ manuũ negligimus, quẽ Domin⁹ promouet: ita nec spiritualia dona dat, nisi nobis cooperãtib. ac collaborantibus. Et sicut dicere potest homo; lucratus sum victũ meũ, nõ excludens auxilia Dei; ita & pij dicere possunt, lucrati sumus regnum cœlorum, non exclusis meritis Christi. 5. Luc. 7. 50.

XVII. *Et confestim vidit, & sequebatur illum, magnificans Deum.* Simul ac dixit Christus *respice*. Cæcus visum recepit, ac vidit. *Primo*, vt doceret nos; Miracula à Deo fieri in momento: & quæ per diuinam suam virtutem operatur, ad illa non eget tempore; sed omnia illa in instanti, sine tempore, facit. Ita cęlum, & terram, & quæ in ijs sunt, ex nihilo, in instanti creauit: ita aquam commutauit in vinum, in instanti: ita & panem, & vinum, in corpus, & sanguinem suum transubstantiat, in instanti: ita animabus nostris infundit gratiam, & filios Dei facit, ex filijs diaboli, in instanti. Ratio est; quia actiua eius virtus, infinita est. Ideo sicut homo quo maiore agendi vi præditus est, celerius operatur, si secundum vim suam actiuam agat: ita Deus cuius virtus infinita est, infinita celeritate, quæ agit, absoluit; non in tempore videlicet, sed in instanti, quo temporis initiũ, ac punctum designamus, ac à Philosophis *momentũ* nominatur. Cum ergo in afflictione iaces, noli despõdere animum, potest enim te iuuare Dominus; antequã tu de auxilio eius cogitare. Nonnulli tamen, non tam subito sanantur, sicut hic cæcus: Cæcus alius primũ indistinctè vidit homines, tanquam arbores ambulantes, donec secũdo ipsi manũ imponeret Christus; quod non accidit Christi vitio, sed infidelitate iuuandorum; vt discamus, defectum præsentis auxilij, in nobis esse. Christus paratus est tibi in momento & culpas oẽs, & pęnas peccatorũ dimittere: quia te videt indispositũ, deficientẽ in cõtritione, quę illuc requiritur, ideo per Sacramentalẽ absolutionem, primũ culpas remittit: ac dein pœnæ reatum per satisfactionẽ tuã, ac pœniten-

Christus statim vt loquitur sanat. 1. Ioan. 2. Marc. 8. 24. Imperfectio ex nobis est.

pœnitentiã.quo ſicciora ſunt ligna,eo ardent facilius.Exſicca omnẽ in te tui amorẽ,& cõtinuo Chriſti amore inflãmaberis.
2. Diſcis *secũdo*:promtus eſſe in auxilia proximi, vt cõfeſtim opẽ tuã ſentiat.ita enim & tu in neceſſitatib. tuis, à Chriſto parata
3. auxilia,inuenies.*Tertio* diſcis;ſtatim videre, quãdo à Domino
Pſal. 44.11. iuberis.qui per Prophetã Dauidẽ dicit:*Audi filia,& vide*; Item:
Pſal.33.9. *guſtate,& videte,quã bonus ſit Dominus*.oſtẽdit Abrahamo ſtellas
Gen 13.15.
Deute.32.49. cęli,& terrã Chananæorũ,quã addixit illi: oſtẽdit etiã Moyſi, ante obitũ terrã promiſſam;& videbãt illa quæ Deus illis promittebat.Chriſtus vult vt ſit ſępe ſeculi videam⁹ vanitatẽ,&eã cũ amara ipſius paſſione cõponamus,itẽ,vt ipſius corpusSanctiſſimũ contẽplemur,&cũ eo cõponamus,quę patimur nos. item,vt maximã eius recogitemus paſſionẽ,ac cũ illa hominũ conferamus dilectionem.Hoc facientes,& ipſi obedientes,& nobis vtiles erimus; bene internis ac externis vtentes oculis.

9.Quod cęcus facere debet ſpiritualiter.

Cæc⁹ recepto viſu,nõ erat ingratus:ſed ſequebatur Chriſtũ, & magnificabat Deũ.Docens *Nonũ*:quod ſpiritualiter cęco faciendũ eſt,videlicet;poſtquã oculos eius aperuit Chriſtus, ſequetur eũ,gratiaſq; aget.Quã diu cæci ſumus,ſedem⁹ in tene-
Exod.10.21. bris,cũ Ægyptijs,nec pedem in virtutib.promouemus.ſequimur mundũ,ſequimur diabolũ; qui etiã cæci ſunt, & Dei cognitione orbati:atq; ita ſimul in gehennæ foueã cadimus.iux-
Matth.15.14 ta illud Chriſti:*Si cæcus cæcũ ducat,ambo in foueã cadunt*.Sed recuperato viſu;duo nobis cum hoc cæco facienda reſtant.*Primũ*:

Duo faciẽda poſt reddità viſum.

I. Chriſtũ ſequi,nõ vt cõmuniter vulg⁹ ſolet;in cõmodis,in glorioſis,in proſperis;ſicut Capharnaitæ:ſed quãqua verſum eat, ſicut fecerũt Apoſtoli.Ibat iã Ieroſolymã,vt caperetur,flagellaretur,coronaretur;ſi ipſum ſequi vis,procul dubio ad ſimilia
2.Timo.3.12. deuenies.iuxta Apoſtolũ:*Oẽs qui pie volũt viuere in Chriſto,perſe-*
Acto 14.22. *cutionẽ patiẽtur.Per multas enim tribulationes, oportet nos introire in regnũ Dei.*Noli vinci à malo:charitas aduerſitate probatur.Cũ Dauid à filio ſuo Abſalone fugatus eſſet Ieroſolyma;ſequebatur eũ Ethęi Getheus, amicus eius,ac peregrinus. Cui Dauid,
2.Reg.15.21. *Cur venis mecũ,reuertere in Ieruſalem, & qui eſſe.* Cui Ethæi. *Viuit Dominus,et viuit Dominus meus Rex,quoniã in quocũq; loco fueris,Domine mi Rex:ſiue in morte,ſiue in vita,ibi erit ſeruus tuus.* Cũ S.Paul⁹ proficiſceretur Ieroſolymã,Propheta quidam erat nomine Agabus,

gabus, qui vincula, & carceres, ipsi prædicebat. & cũ rogarent eũ discipuli, ne ascenderet Ierosolymã; respõdit, *Ego non tãtum alligari Hierosolymis pro Christo paratus sum; sed & occidi*. Hi fideles serui sunt, qui passionẽ nõ declinant, imo ad illã pro Christo se offerunt. Idem in Ecclesia eius vsu venit. vbi multi ei adhærent, quũ pericula, & persecutiones cessant. Duob. modis sequeris Christũ. *Primo:* Ambulans, sicut ipse ambulauit. vnde S. Ioannes, *qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare*. & hoc facientes, sequimur post Christũ, eũ habẽtes vbiq; præ oculis, sicut eũ videmus semper, post quẽ in via gredimur. Ita monet nos S. Paulus, *adspicere in auctorem fidei, qui proposito gaudio sustinuit Crucẽ*. S. Gregorius *illum dicit videre, & sequi, qui bonũ intelligit, & operatur: videt autẽ, et non sequitur; qui intelligit quidẽ, bonũ, sed bene operari contemnit*. Primi iusti sunt; de quibus Propheta: *Iustus ex fide viuit*. Non dicit *quicunq; credit ex fide viuit*: multi enim corde credũt, & fidẽ factis negant. sed *iustus*, videns Christũ per fidẽ, vitam ad fidei dictamẽ cõponit. *Secũdo*, permittens deduci te à Christo, ac regi. sicut qui in exteras regiones proficiscitur, sinit se duci, ac ductori credit; aut sicut equus, sequens Dominũ. Vtinã nõ haberem⁹ iudicia propria, nec illa sequeremur, quã tranquillè, & cõmodè proficisceremur in cęlũ. Sequere Christũ, qui tibi Ecclesiã, ac Superiores dedit duces; crede illis, ac sequere sine scrupulo: reddere enim debebunt *rationẽ* ducatus sui, in die iudicij, & Christus qui te amat, & vult, vt ad se venias, non permittet vt aberres. Ideo ipsis relinque curam, & tu de obsequendo cogita.

[Margin notes: *Act. 21. 13.* — Christum duob. modis sequimur. — 1. — *1. Ioan. 2. 6.* — *Heb. 12. 2.* — *Greg. hom. 2. in Euang.* — *Abac. 2. 4.* — 2. — *Simile.* — *Hebr. 13. 17.*]

Secundũ est, Magnificare Deum. Deus solã à nobis exigit gratitudinẽ; eamq; vult quã maxime. sciens ꝙ aliud reddere non possim⁹: Gratitudo in quinq; sita est rebus. *Primũ*: in recordatione beneficij. ideo in veteri lege sẽper festa instituit, vt memoria esset beneficiorũ eius. Huc etiã seruit sacrificiũ Missæ, ꝙ mortẽ Christi repræsentat: & imagines, quæ iuxta S. Gregoriũ *idiotarũ codices* sunt, &c. *Secundum*, in vitæ bonitate, qua ipsi placem⁹, ac seruimus. *Tertiũ*, in gratiarũ actione, tã corde, quã ore: quæ tamen Deo accepta non est, nisi vita bona præcedat. Ideo de cęco primũ dicitur *sequebatur*; & dein: *magnificans Deũ*. *Quartũ*, in petẽdo. Christ⁹ enim nõ cupit laudẽ, sine desiderio, sicut

[Margin notes: 2. Quod facere debemus. — Gratitudo in quo cõsistat. — 1. — *Exod. 23. 14.* — *Greg. l. 9. ep. 109.* — 2. — 3. — 4.]

Luc.18.11. ſicut ipſum laudabat Phariſæus. Vult vt defectum tuũ agnoſ-
5. cas,& auxilia roges. *Quintum*, in plena tui reſignatione: vt nihil optes aliud, quam ab ipſo gubernari in omnibus.

XVIII. *Et omnis plebs vt vidit, dedit laudẽ Deo.* Hic fuit finis, & intentio Chriſti in omnibus, quę operabatur; vt videlicet daretur laus, honor, & gloria Deo Patri; nõ à paucis, aut paucis locis; ſed vbiq;, ab omnib⁹. Ita in Dominica oratione, primã petitionem fecit: *Sanctificetur nomen tuũ.* Vt idẽ & nos peteremus, ac illud ipſum procuraremus, pro viribus. Quantũ enim ad Dei laudes, de quib. hic ſermo *imprimis* Chriſtũ, *Deinde* cæcũ, *deniq;* plebem ſequemur. *Primo*: Chriſtũ, Qui per omnẽ vitam, gloriã Patris auxit. Statim ac natus eſt; cecinerũt Angeli, *gloria in excelſis Deo.* In vita laborabat precibus, ieiunijs, cõuerſione hominum, ac pro ſeminãda Patris notitia. atq; in cruce, vnã adhuc lucrabatur animã, ne ſolus, ſed cũ præda beati Latronis, ad Patrem euolaret. Idem & nobis faciendũ, ac cogitandũ, quod miniſtri Chriſti ſimus, quos in mundũ miſerit, ad amplificandam diuinã gloriam, & lucrandas animas. Imo quod membra ſimus corporis eius, quę ad capitis nutũ obſequi debeant, vt ſumma Dei gloria, in cogitationib. noſtris, primũ, poſtremumq; locũ habeat. nihil enim illi poteſt comparari, & nihil cedit bene, quod in diuini nominis derogationem vergat. Cęlum, & terram perire, ſatius eſt; quam vel in minimo Diuino honori derogare. Atq; ideo, qui gloriam ipſius maxime promouerint ſublimius apud ipſum in cœlis coronabuntur; & qui maximè peſſum dederint, in inferno maxime peſſum ibunt.

Matt.6.9. Qui imitãdi in laude Dei.

1. Chriſtus. Luc.2.14.

2. *Secundo*: Cęcum ſequemur, q̃ viſo recepta, cauſam dabat populo laudandi Dominũ. quod *decimũ*, atq; vltimũ ſpiritualiter cęco faciẽdũ eſt; cũ nimirũ Dei beneficio ex peccatis extractus eſt, vitã viuet modeſtã, ac modeſtia ſua ędificabit alios. Quod nõ faciũt ij, *inprimis*: qui ex hæreſi ad Eccleſiæ ſinũ redeũt, nec vllo exteriori ſigno hæreſis deteſtationẽ probant. raro adeunt tẽpla, nõ vitant hęreticorũ cõſortia, libẽter de ſacerdotibus, & monachis mala audiũt, nõ lugent, cũ res Catholicorũ minus ſuccedunt, &c, Hi laruati ſunt Catholici; alij intus, alij foris, q̃ nõ dant Catholicis anſã, vt Deũ, cõuerſionis iſtius cauſſa, glorificẽt. Qui enim ex animo ab hæreſi cõuertunt, nec hæreſim, nec hæreticũ vllũ ſuſtinent, aut vident; ſine magno animi do-

Cæcus. 10. Quod ſpiritualiter cæci facere debent. Qui deficiant.

1.

lore, ac tristitia, ꝓpter maxima quæ ab illis acceperũt mala: similes canibus, qui vehemẽter latrãt, ac fugiũt, si quẽ cõspiciãt, à quo egregie vapularint. Et sicut prima mater Eua, cũ posteris; diuinę ordinatione, inimicitias exercet cũ serpẽte, qui eam primus decepit; ita illi agunt, qui serio cõuertuntur, & in veritate. Malũ enim hæresis, omnia mala superat; tã corã Deo, quã coram hominibus; in ciuili, ac canonico iure. *Quantũ ad Deum*; illũ amittunt penitus, quia nõ tãtũ charitate, & spe, sed & fide destituuntur. & iuxta mandatũ Christi, esse nobis debent *tanquam ethnici*. Et quoniã (iuxta hæresis suæ regulas) omnia ipsis mala placent, quæ cõsortes ipsorũ hæretici, Ecclesiæ inferunt; etiã participes sunt omniũ peccatorũ illorum, quæ cõmittunt in rapinis latrocinijs, direptionib⁹, demolitionib. tẽplorũ, monasteriorũ, internecionib. Ecclesiasticorũ, &c. adeo vt sanguis innocẽs multo magis veniat super illos, quã super Pharisęos; de quib. illud Christus ꝓnunciauit: Iure Canonico [a] Excõmunicãtur, [b] cẽsentur infames, [c] excidunt officijs, iurisdictione &c. Ciuili iure, ac imperatorio, [d] exilijs mulctantur, [e] bona addicũtur fisco; [f] adiudicãtur supplicio capitis; & hæc quidẽ supra pœnas Iure canonico sancitas: Quas Imperatores auctoritate sua cõfirmarunt. Imo nõ hęretici solũ, sed & qui libros eorum habẽt, ac legũt, grauiter & in ære, & in pelle ipsis luũt. Qui igitur mala hac experti, eadẽ nõ horrent; cõuersione sua, populũ Domini non exhilarant. De ipsis enim, illud Isaię affirmare liceat: *multiplicasti gentẽ nõ magnificasti lætitiã*. *Secũdo*, nõ exhilarãt cõuersione sua alios; qui Religionẽ ingressi, malè in Religione viuunt, nõ seruãtes vota sua. Similes sunt tales phlegmatibus, malisq; humoribus, qui stomachum corrumpunt, ac grauant. *Tertio*, qui semel, aut bis, in anno cõfitentur peccata sua, ac statim ad ea reuertũtur: sicut *canis ad vomitũ, & sus lota in volutabro luti*. Omnes hos cõuersionis modos vita; sed cum Christo vade Ierosolymam, proficiens quotidie in vade, & virtutibus.

Gen 3. 17. · Hæresis mala. · *Matt. 18. 17.* · *Matt. 23. 35.* · Pœnę canonicæ. · a *Extr. de hæret. c. 8. 13.* · b *Ibi c. 11.* · c *Ibi c. 9.* · Ciuiles. · d *C. de hær. l. 3. & 8.* · e *L. 4.* · f *ff. de pœnis l. vltimum supplicium.* · *Photius in Nomocanone.* · *Isai 9. 3.* · *2. Pet. 2. 22.*

Tertio: imitabimur plebẽ: q̃ visis operib. & auditis Christi verbis dabat laudẽ Deo. verba *inprimis*, ac opera ipsius cõsiderabim⁹, inspiciem⁹, ac meditabimur. *Deinde:* ad caritatẽ, ex illis nos excitabimus. *Tertio:* ex animo laudẽ dabimus Deo. *Primo:* ꝙ volens, ac libens Ierosolymã iuerit Christ⁹; vbi tormẽta, dolores, ac mor-

3. Populus. · Laudandus Deus.

ac mortem, sibi sciebat parari. *Secundo,* Quod vbique quæsierit bene agendi occasionem. *Tertio,* Quod nunquam cessarit à beneficijs, etsi proximam sibi sciret mortem. *Quarto,* Quod dedignatus nõ sit pauperem, cæcum, mendicum vocare, audire, interrogare, alloqui, sanare, & in comitatum admittere. Ora vt etiam te iuuet, & confide, quod facturus sit, si fideliter ipsi adhærescas.

ORATIO.

O Domine Iesu Christe, fili Dei, & fili Dauid; verus Deus, & verus homo, qui maxima charitate qua dilexisti nos, libens dedisti te in vincula, flagra, ludibria, & crucis supplicium, & eo fine Ierosolymam abiens, trans Iordanem, vbi hæc implenda erant, prædixisti vniuersa, quæ quæ erant futura, nec cessans à benefaciendo dignatus es, cæcos, mendicos aduocare, quid peterent sciscitari, ac desideria eorum perficere; insuper etiam ad comitatum tuum admittere: Oramus te, miserere nostri, aperi oculos nostros, vt magnitudinem tuam, ac ineffabilem charitatẽ videamus; nostram simul paruitatem, & prauitatem consideremus, ante te erubescamus, teq; timeamus. Passionem suam sanctam cordibus nostris imprime, & gratiam largire, vt cũ S. Paulo Apostolo tuo, nihil scire desideremus quam te Dominum Iesum Crucifixum. *Absconde nos in vulneribus tuis, laua nos pretioso sanguine tuo, fac nos meritorũ tuorum participes, & omnia aduersa nostra, cum amarissima passione tua, copula: omnia enim nostra à te sunt merita. Oramus etiam te Domine, pro omnibus pauperibus, impatientibus, superbis, iracundis, huius mundi ac sui amatoribus, vt passionis tuæ meditatione conuertantur. Ac maxime pro vanis sæcularibus, qui admodum parum solliciti de deuotione, quam instans exigit Quadragesima, his diebus, totos se ad voluptates externas profundunt, nõ cogitãtes, peccatis nõ sterni viam ad virtutes; nec distractionibus ad animi collectionem, nec crapula ad pœnitentiam; nec vanitatibus ad compunctionem. Oramus te, omnium corda intellectus tui dono illustra, & dono sapientiæ da nobis spiritualium gustum, vt te, ac mysteria tua videamus, gustemus, & præter hæc nihil desideremus. Per te Iesu Christe, qui cum Patre, & Spiritu sancto, viuis, & regnas in sæcula sæculorum, Amen.*

FINIS HVIVS PARTIS.

7-2-2

Digitized by Google